5
1c
arii Americae

270.7(81

UNIFAI
BIBLIOTECA
ACERVO: TEOLOGIA

UNIVERSAL
BIBLIOTECA
CENTRAL

CENTRO UNIV. ASSUNÇÃO
BIBLIOTECA

UNIFAI - BIBLIOTECA
DATA
N.º CHAMADA
207031

ACTA ET DECRETA

CONCILII PLENARII

AMERICAE LATINAE

ACTAS Y DECRETOS

DEL

CONCILIO PLENARIO

DE LA

AMÉRICA LATINA

ACTA ET DECRETA

CONCILII PLENARII

AMERICAE LATINAE

IN URBE CELEBRATI

ANNO DOMINI MDCCCXCIX

ROMAE
TYPIS VATICANIS

MDCCCCVI

Pbro. Dr. Nicolás E. Navarro

ACTAS Y DECRETOS

DEL

CONCILIO PLENARIO

DE LA

AMÉRICA LATINA

CELEBRADO EN ROMA

EL AÑO DEL SEÑOR DE MDCCCXCIX

TRADUCCIÓN OFICIAL

- BIBLIOTECA -
SEMINÁRIO DE FILOSOFIA
ARQUID. DE SÃO PAULO

ROMA
TIPOGRAFÍA VATICANA

1906

B. HERDER
FRIBURGO DE BRISGOVIA

Sine subsidio APPENDICIS Decreta Concilii haud facile intelligentur.

El APÉNDICE es indispensable para la buena intelligencia del texto.

NEMINI LICEAT SINE VENIA SANCTAE SEDIS
HOC VOLUMEN REIMPRIMERE

ESTÁ PROHIBIDO REIMPRIMIR ESTE VOLUMEN
SIN AUTORIZACIÓN DE LA SANTA SEDE

IMPRIMATUR:
Albertus Lepidi, Ordinis Praed.,
S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR:
Iosephus Ceppetelli, Patr. Const.
Vicesgerens.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS VERSIO HISPANICA AUTHENTICA DECLARATUR.

LETRAS APOSTÓLICAS

EN QUE SE DECLARA AUTÉNTICA LA VERSIÓN CASTELLANA.

- BIBLIOTECA -
SEMINÁRIO DE FILOSOFIA
ARQUID. DE SÃO PAULO

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS VERSIO HISPANICA AUTHENTICA DECLARATUR

VENERABILI FRATRI

IOSEPHO MARIAE IGNATIO

EPISCOPO S. LUDOVICI POTOSIENSIS

PIUS PP. X.

VENERABILIS Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. – Quod episcopis aeque ac fidelibus Americae Latinae erat in votis, id est, ut Concilii universae regionis illius acta in linguam hispanam verterentur, id Leo XIII, decessor Noster, perutile fore est arbitratus, tibique demandavit interpretandi munus, cauto ut eo demum tempore prodiret opus, quando opportunum Sedi Apostolicae videretur. Quae quidem quum advenerit opportunitas temporis, studio illo tuo singulari vereque diligenti impositam videmus extremam manum operi; quo sane factum est ut librum exhibueris eo praestantem genere dicendi, quo genere honorem tibi in America atque in Hispania peperisti, usque adeo ut inter sodales honestissimae Academiae Matritensis merueris iamdudum adlegi. Ad haec, sedulitate sollertiâque tua, non translationem

LETRAS APOSTÓLICAS

EN QUE SE DECLARA AUTÉNTICA LA VERSIÓN CASTELLANA

AL VENERABLE HERMANO

JOSÉ MARÍA IGNACIO

OBISPO DE SAN LUIS DE POTOSÍ

PÍO PAPA DÉCIMO.

VENERABLE Hermano, salud y Bendición Apostólica. Nuestro Predecesor Leòn XIII, juzgó que sería sumamente útil acceder á los deseos manifestados, tanto por los Obispos, como por los fieles, de la América Latina, de que se tradujeran al castellano las Actas y Decretos del Concilio Plenario de aquella región; y te confió el encargo de hacer la versión, con la reserva de que sólo saliera á luz, cuando pareciera oportuno á la Sede Apostólica. Y habiendo llegado esta oportunidad; vemos que has dado la última mano á la obra, con empeño singular y de veras diligente, merced al cual presentas un libro en que resplandece ese estilo, que te ha conquistado fama en América y en España, hasta el punto de que merecieras, hace ya muchos años, ser nombrado socio de la Real Academia Española. Además, con tu acostumbrada labo-

complexus es solam, sed versantem etiam sub prelo librum, eo nimirum spectans ut tali inceptum concluderetur exitu, qui memorabili dignus Concilio haberetur. Quamobrem plurimis te iustisque laudibus exornamus, quod tanti emolumenti opus patraris; praecellensque interpretationis meritum agnoscere ac testari publice in communem utilitatem volentes, authenticam illam et tum Concilii actis, tum expectationi Nostrae plane respondentem declaramus. Testem vero paternae voluntatis, et divinorum munerum auspicem, Apostolicam tibi Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXVII Martii anno MCMVI, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. X.

riosidad y eficacia, no sólo te has encargado de la traducción, sino también de la impresión del libro, anhelando llevar á cabo la empresa con tal esmero, que resultara digna del inolvidable Concilio. Por lo cual, te tributamos grandes y merecidos elogios por haber terminado una obra de tanta importancia; y deseando reconocer y atestiguar públicamente, atendiendo al interés general, el insigne mérito de la traducción, la declaramos auténtica y, no sólo conforme al texto original del Concilio, sino á la altura, en todo y por todo, de Nuestras esperanzas. Por último, en testimonio de paternal afecto y como prenda de gracias divinas, te damos cariñosamente la Bendición Apostólica.

Dado en Roma, junto á San Pedro, á 27 de Marzo de 1906, año tercero de Nuestro Pontificado.

PÍO PAPA X.

LITTERAE APOSTOLICAE

QUIBUS DECRETA

CONCILII PLENARII AMERICAE LATINAE

PUBLICANTUR ET PROMULGANTUR.

LEO PAPA XIII.

Iesu Christi Ecclesiam, qua late patet, tueri, eiusque utilitates ubique terrarum provehere, Pontificum Romanorum munus est atque officium. Nos igitur, quibus, licet immeritis, id modo muneris, Deo disponente, commissum est, uti ceteras catholicorum nationes, sic lectissimas Americae Latinae gentes, curas studiumque Nostrum desiderare nunquam permisimus. Ut enim christianae pietatis laude et ecclesiasticae disciplinae vigore semper florerent magis, cum multa alia opportunis temporibus praestitimus, tum Archiepiscopis et Episcopis universis auctores fuimus, ut coire in plenarium Concilium placeret. Id Nobis perutile summeque efficax videbatur: cognoscere enim de necessitatibus singularum ecclesiarum nulli melius possent, quam qui eas regere a Spiritu Sancto sunt positi; collatae autem Pastorum omnium sententiae cavere fidelibus pericula, disciplinae prospicere, cleri populique bono consulere aptius et validius valerent. - Quum vero et Concilium habendum unanimes sensissent Episcopi; et, pro ipsorum in Beati Petri Cathedram observantia atque amore, sedem Concilio nullibi quam Romae, in Nostris oculis, eligendam duxissent; Nos, datis die XXV Decembris MDCCCXCVIII Apostolicis Litteris *Cum diuturnum*, Concilium ipsum Romam convocavimus. - Sic demum coivere Antistites. Quaque primum animorum concordia, nullo varietatis gentium respectu habito, grave opus sunt aggressi; eâdem prosecuti, fausto optatoque exitu expediverunt. Nec minor concordiâ voluntas fuit impensusque labor; ut mirum non fuerit Concilium brevi spatio absolutum, quaeque tractanda proponebantur, agitata sapienter, gravibusque sententiis ac legibus decreta fuisse. - Ipso autem Con-

LETRAS APOSTÓLICAS

PUBLICANDO Y PROMULGANDO

LOS DECRETOS

DEL CONCILIO PLENARIO DE LA AMÉRICA LATINA

LEÓN PAPA XIII.

DEBER y sagrada obligación de los Romanos Pontífices es proteger la Iglesia de Cristo en su vastísima extensión, y promover sus intereses en todas las regiones de la tierra. Nós, por tanto, á quien, aunque sin mérito alguno, la divina Providencia ha confiado tan altos destinos, ni un momento hemos permitido que á las escogidas Repúblicas de la América Latina, falten los cuidados y los desvelos que hemos prodigado á las demás naciones católicas. Así como, en todos tiempos, hemos dictado las medidas más oportunas, para que en todas ellas brillen cada día más y más el esplendor de la cristiana piedad y el vigor de la eclesiástica disciplina, así también recientemente hemos excitado á todos sur Arzobispos y Obispos, á que tomaran la determinación de congregarse en Concilio Plenario. Bien comprendíamos su grande utilidad y suma eficacia; porque nadie mejor podía conocer las necesidades de cada una de sus Iglesias, que aquellos designados por el Espíritu Santo para gobernarlas; y la mutua comunicación de los pareceres de tantos Pastores, no podía menos que añadir eficacia y valor á sus esfuerzos para apartar de los fieles los peligros, robustecer la disciplina y proveer al bienestar del clero y del pueblo. - Unánimes estuvieron los Obispos con respecto á la celebración del Concilio; y dándonos una nueva prueba de su obediencia y adhesión á la Cátedra de San Pedro, opinaron que en ningún lugar mejor que en Roma, y á Nuestra vista, debería reunirse la sagrada Asamblea. En tal virtud, Nós, con Nuestras Letras Apostólicas *Cum diuturnum*, expedidas el día 25 de Diciembre de 1898, convocamos para Roma el referido Concilio. - A su debido tiempo se reunie-

cilii tempore, non destitere Patres perpetua Nobis pietatis et obsequii exhibere argumenta; quae Nobis quam grata accederent, coram, plus simplici vice, professi sumus. Ut vero Venerabilibus Fratribus benevolentiam Nostram ulterius testaremur, S. R. E. Cardinalium peculiarem coetum disignavimus, quibus, nomine et auctoritate Nostris, Decreta Concilii cognoscenda commisimus. - Quod cum ii, maturitate maxima diuturnoque studio, perfecerint; Nos, Patrum Concilii plenarii primi Americae Latinae desiderio obsequentes, Decreta Concilii eiusdem, ab Apostolica Sede recognita, praesentibus his Nostris Litteris publicamus, simulque edicimus ut eadem, per Apostolicas has ipsas Litteras, quibuscumque minime obstantibus, in universa America Latina singulisque dioecesibus, ab omnibus ut publicata ac promulgata censeantur ac sedulo observentur. Faxit Deus, ut quae a tot Pastoribus, providenti amantique animo, sancita sunt atque a Nobis recognita, eadem in singularum Ecclesiarum bonum et splendorem cedant.

Datum Romae, sub annulo Piscatoris, die prima mensis Ianuarii anni millesimi nongentesimi, Pontificatus nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

ron los Prelados. Con la misma conformidad de pareceres con que, á pesar de la diversidad de nacionalidades, dieron principio á sus graves tareas; con la misma las continuaron y felizmente las llevaron á cabo. Ni fueron menores que la concordia la buena voluntad y el asiduo trabajo; así es que á nadie maravilló que el Concilio se acabase en breve tiempo; y que las materias que se proponían, después de una prudente discusión, se decretasen bajo la forma de justas leyes y graves sentencias. Durante la celebración del mismo Concilio, no cesaron los Padres de darnos pruebas inequívocas de su piedad filial y veneración; y más de una vez expresamos en público Nuestra complacencia y agradecimiento por tales manifestaciones. Para dar un nuevo testimonio de benevolencia á Nuestros Venerables Hermanos, nombramos una Congregación especial de Cardenales de la Santa Iglesia Romana, á quienes mandamos que á nombre Nuestro y con Nuestra autoridad, revisaran los Decretos del Concilio. Lo cumplieron después de maduro examen y largos estudios: y Nós, accediendo á los deseos de los Padres del primer Concilio Plenario de la América Latina, por las presentes Nuestras Letras, publicamos los Decretos del mismo Concilio ya revisados por la Sede Apostólica, y al mismo tiempo decretamos, que por estas Letras Apostólicas, y sin que obste nada en contrario, en toda la América Latina y en cada una de sus diócesis, dichos decretos se tengan universalmente por publicados y promulgados, y puntualmente se observen. Quiera Dios que las disposiciones decretadas por tantos Pastores, con singular prudencia y afecto, y por Nós revisadas; cedan en provecho y esplendor de todas y cada una de esas Iglesias.

Dado en Roma, sellado con el anillo del Pescador, el primer día del mes de Enero del año de mil novecientos, vigésimo segundo de Nuestro Pontificado.

LEÓN PAPA XIII.

ACTA CONCILII.

ACTAS DEL CONCILIO.

ACTA CONCILII

LITTERAE APOSTOLICAE
INDICTIONIS
CONCILII PLENARII
AMERICAE LATINAE

VENERABILIBUS FRATRIBUS
ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS
EX AMERICA LATINA

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES
SALUTEM
ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Cum diuturnum recolimus Pontificatus Nostri cursum, nihil unquam praetermisisse videmur, quod ad constabiliendum in istis gentibus promovendumque Christi regnum pertineret. Rerum quidem, quas Deo opitulante adhuc vestra causa gessimus, manet apud vos memoria et gratia, Venerabiles Fratres; quorum navitati diligentiaeque illa providentiae Nostrae officia haud frustra commendavimus. - Nunc vero Nostri erga vos animi novum exstare documentum volumus; id quod iamdiu Nobis in optatis fuit. Etenim ex quo tempore saecularia sollemnia agebantur quartum, ob memoriam detectae Americae, sedulo cogitare coepimus, qua potissimum via communibus rationibus latini nominis, novum orbem plus dimidia parte ob-

ACTAS DEL CONCILIO

LETRAS APOSTÓLICAS
CONVOCANDO
EL CONCILIO PLENARIO
DE LA AMÉRICA LATINA

A NUESTROS VENERABLES HERMANOS
LOS ARZOBISPOS Y OBISPOS
DE LA AMÉRICA LATINA.

LEÓN PAPA XIII.

VENERABLES HERMANOS
SALUD
Y BENDICIÓN APOSTÓLICA.

Al repasar en la memoria el larguísimo curso de Nuestro Pontificado, se nos figura que nada hemos omitido, en ninguna ocasión, que pudiera servir para consolidar en esas naciones, ó extender el Reino de Cristo. De cuanto, con el favor divino, hemos llevado á cabo hasta hoy en favor vuestro, os queda la memoria y el reconocimiento, Venerables Hermanos; pues á vuestra diligencia y solicitud encomendamos, y no en vano, la ejecución de Nuestras soberanas providencias. - Hoy, empero, realizando lo que hace tiempo deseábamos con ansia, queremos daros una nueva y solemne prueba de Nuestro amor hacia vosotros. Desde la época en que se celebró el cuarto centenario del descubrimiento de América, empezamos

tinentis, prospicere possemus. Optimum autem ad eam rem fore perspeximus, si quotquot essetis ex istis civitatibus Episcopi consultum inter vos, invitatu et auctoritate Nostra, conveniretis. Siquidem conferendis consiliis sociandisque prudentiae fructibus, quos cuique vestrum usus rerum peperisset, apte per vos provisum iri intelligebamus, ut apud eas gentes, quas idem aut certe cognatum genus coniunctas teneret, unitas ecclesiasticae disciplinae salva consisteret, vigescerent digni catholica professione mores, atque concordibus bonorum studiis Ecclesia publice floreret. Illud etiam magnopere suadebat initum exequi consilium, quod vos, sententiam rogati, huiusmodi propositum ingenti cum assensu excepissetis. - Ut autem venit perficiendae rei maturitas, optionem vobis fecimus, Venerabiles Fratres, ut eligeretis locum, ubi id habendum esse Concilium videretur. Porro autem vos maximam partem significastis coituros libentius Romam, ob eam quoque causam, quod pluribus vestrum expeditior huc pateret aditus, quam propter difficillima istic itinera ad longinquam aliquam Americanam urbem. Huic declarationi sententiae vestrae, quae non leve habebat indicium amoris in Apostolicam Sedem, fieri non potuit, quin magna a Nobis comprobatio accederet. Quamquam moleste ferimus, qua nunc conditione sumus, ademptam Nobis facultatem, unde vos, Romae dum eritis, tam libe-

á meditar seriamente en el mejor modo de mirar por los intereses comunes de la raza latina, á quien pertenece más de la mitad del Nuevo Mundo. Lo que juzgamos más á propósito, fué que os reunieseis á conferenciar entre vosotros con Nuestra autoridad y á Nuestro llamado, todos los Obispos de esas Repúblicas. Comprendíamos, en efecto, que comunicándoos mutuamente vuestros pareceres, y juntando aquellos frutos de exquisita prudencia, que ha hecho germinar en cada uno de vosotros una larga experiencia, vosotros mismos, podríais dictar las disposiciones más aptas para que, en esas naciones, que la identidad, ó por lo menos, la afinidad de raza debería tener estrechamente coligadas, se mantenga incólume la unidad de la eclesiástica disciplina, resplandezca la moral católica y florezca públicamente la Iglesia, merced á los esfuerzos unánimes de todos los hombres de buena voluntad. A llevar adelante Nuestros proyectos, Nos estimulaba igualmente el considerar que, cuando os pedimos vuestra opinión, acogisteis la idea con ardiente entusiasmo. Cuando llegó el momento de ejecutar Nuestros propósitos, os dimos á escoger el lugar en que había de celebrarse el Concilio. La mayor parte de vosotros nos manifestó que preferiríais reuniros en Roma, entre otros motivos, porque á casi todos era mucho más fácil el viaje á esta Dominante, que á alguna otra ciudad de América, siendo allí lar-

raliter honesteque tractemus, quam velimus. Igitur sacrum Consilium Tridentinis decretis interpretandis habet iam a Nobis in mandatis, ut Concilium Episcoporum omnium e rebuspublicis Americae Latinae Romam convocet in annum proximum, atque opportune praescribat, quas illud ad leges dirigi oporteat.

Interea coelestium munerum auspicem, testemque benevolentiae Nostrae vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque singulis concredito, Apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, ipsa die natali D. N. I. MDCCCXCVIII, Pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

LEO PP. XIII.

gas las distancias é imperfectas las vías de comunicación. No pudimos menos que acceder, de muy buena voluntad, á esta opinión por vosotros manifestada, tanto más cuanto que era indicio bien claro de vuestro amor á la Santa Sede Apostólica. Duélenos tan sólo, que por la estrechez á que las adversas circunstancias Nos han reducido, no podremos trataros durante vuestra permanencia en Roma, con aquella liberalidad y hospitalaria largueza que quisiéramos. Por tanto, hemos mandado ya á la Sagrada Congregación establecida para interpretar los Decretos del Sínodo Tridentino, que expida la convocatoria para el Concilio de todos los Obispos de las Repúblicas de la América Latina, que ha de reunirse en Roma el año próximo, y dicte con oportunidad el reglamento á que debe sujetarse.

Entretanto, en prenda de celestiales favores, y en testimonio de Nuestra benevolencia, enviamos con toda Nuestra alma la Bendición Apostólica, á vosotros, Venerables Hermanos, y al clero y al pueblo á cada uno de vosotros encomendado.

Dado en Roma, junto á San Pedro, el mismo día de la Natividad de N. S. Jesucristo, del año de 1898, 21º de Nuestro Pontificado.

LEÓN PAPA XIII.

Litterae circulares S. Congregationis Concilii ad Ordinarios dioecesanos Americae Latinae universae, de plenario Concilio.

Rñe Domine uti frater,

Cum SSñus D. N. pro sua, qua tenetur omnium Ecclesiarum sollicitudine, ad consulendum variis gravibusque Americae Latinae necessitatibus Plenarium Episcoporum universae huius regionis Concilium cogendum censuerit, idque Apostolicis litteris « *Cum diuturnum* », - diei 25 elapsi mensis Decembris - indixerit; ut rite et ordinate omnia procedant, S. Concilii Congregationi commisit ut normas tradat, quibus tempus ac modus conveniendi determinate praefiniantur.

Iussa itaque Sanctitatis Suae faciens, S. Congregatio omnes et singulos Archiepiscopos atque Episcopos Rerum-publicarum Americae Latinae praesentibus litteris monet:

1.° Plenariam hanc Synodum Romae in aedibus Collegii Pii Latini Americani esse celebrandam, et dominicam diem, 28 Maii huius anni, SSñae Trinitati sacram, primo congressui esse assignatam.

2.° Synodo interesse debere omnes in primis Archiepiscopos. Quod si quis legitime impeditus venire non possit, Episcopum seligat, qui eum

Circular de la S. Congregación del Concilio, á los Prelados Ordinarios de toda la América Latina, acerca del Concilio Plenario.

Illmo Señor y Hermano:

Nuestro Santísimo Padre, animado como se halla por el afán de gobernar con acierto todas las Iglesias, y con el fin de proveer á las diversas y urgentes necesidades de la América Latina, habiendo resuelto celebrar un Concilio plenario de los Obispos de toda esa región, y habiéndolo convocado con sus Letras Apostólicas « *Cum diuturnum* » de 25 de Dicembre próximo pasado; para que todo marche ordenada y debidamente, mandó á la S. Congregación del Concilio, que dicte ciertas normas, las cuales fijen, con precisión y oportunidad, el tiempo y el modo de la Santa Asamblea.

Cumpliendo, pues, con las órdenes de Su Santidad, la Sagrada Congregación, por las presentes letras, advierte á todos y cada uno de los Arzobispos y Obispos de las Repúblicas de la América Latina:

1.° Este Concilio plenario se celebrará en Roma, en el Colegio Pío Latino Americano, y se ha señalado para su primera sesión el Domingo de la Sña Trinidad, 28 de Mayo del presente año.

2.° Deberán asistir al Concilio, en primer lugar, los Arzobispos. Si alguno, por legítimo impedimento, no pudiere venir, elija á un Obispo que

in Concilio substituat, edocta hac de re S. Congregatione.

3.° Convenire pariter debere, et superiori lege teneri singulos Episcopos, qui in aliqua Republica soli inveniuntur, quales sunt Episcopi S. Iosephi de Costarica, de Comayagua, de Nicaragua, S. Salvatoris in America centrali et de Paraguay.

4.° Quoad caeteros vero, cum haud conveniens visum sit durante Concilii tempore vastissimam hanc mundi partem propriis pastoribus omnino destitui, ideo SSmus D. N. singulis cuiusque ecclesiasticae provinciae Suffraganeis obligationem veniendi non imponit, sed mandat ut unusquisque Metropolita suffraganeos Episcopos congreget, qui unum vel plures ex Venerabilibus suis confratribus eiusdem Provinciae eligant et suo loco ad Synodum delegent.

5.° Praeterea vero in mox dicto provinciali conventu debebunt Episcopi animadversiones accurate expendere, quas circa schema ab exordio propositum Episcopus quisque faciendas censuit, quaeque hisce litteris adiunctae exhibentur, mentemque suam ac sententiam in omnibus proferre, ut Episcopus vel Episcopi provinciae delegati eam valeant in Synodo exponere ac declarare.

6.° Quod si quis legitima causa prohibeatur, quominus provinciali huic conventui adsistat, votum suum tam quoad praedictas animadversiones, quam quoad Episcopum vel

lo represente en el Concilio, y aviselo á la S. Congregación.

3.° Deberán concurrir igualmente, y á ello los obliga la ley anterior, aquellos Obispos que son los únicos en una República, á saber: los de San José de Costarica, Comayagua, Nicaragua, San Salvador de Centro-América y el Paraguay.

4.° En cuanto á los demás, no pareciendo conveniente que, durante el Concilio, se quede absolutamente sin Pastores esa vastísima parte del mundo, no impone Su Santidad á cada uno de los sufragáneos de las provincias eclesiásticas, la obligación de venir; sino que manda que cada Metropolitano reuna á los Obispos sufragáneos, quienes elegirán para que los represente en el Sínodo, *á uno ó á varios* de sus Venerables Hermanos de la misma Provincia.

5.° Además, en dicha reunión provincial, deberán los Obispos examinar con sumo cuidado, las observaciones que cada Prelado hubiere juzgado conveniente hacer al *Schema* propuesto desde el principio, y que van adjuntas á estas letras; y manifestarán su opinión y sentir acerca de todos sus puntos, para que el Obispo ú Obispos delegados puedas exponerlas y declararlas en el Concilio,

6.° Si, por causa legítima, no pudiera alguno concurrir á esta reunión provincial, deberá mandar por escrito al Arzobispo su voto, tanto acerca de las susodichas observa-

Episcopos ad Plenariam Synodum deputandos, ad Archiepiscopum in scriptis mittere teneatur, ut de eo debita ratio haberi queat.

Plurimum interest ad Dei gloriam et ad bonum animarum assequendum haec omnia fideliter servari, ut ex Plenaria hac Synodo, Dei adiuvante gratia, optati ac salutares fructus uberrime consequantur. Quod et futurum S. Congregatio apprime auspicatur et confidit.

Datum Romae, ex S. C. Concilii, die 7 Ianuarii 1899. - A. Card. Di Pietro, *Praef.* - † B. Archiep. Nazianzen., *Pro-Secret.*

Monitum. - *Rmi Archiepiscopi et Episcopi ad Concilium venientes faveant secum ferre Schema Decretorum.*

ciones, como acerca del Obispo ú Obispos que se han de delegar para el Concilio, con el fin de que pueda tomarse de ello la debida razón.

Mucho interesa á la gloria de Dios y al bien de las almas, la fiel observancia de todas estas disposiciones, para que, con la ayuda de Dios, produzca en abundancia este Concilio Plenario, los saludables frutos que deseamos. De que así sucederá, abriga la S. Congregación los mayores deseos y la más firme confianza.

Dado en Roma, en la S. C. del Concilio, á 7 de Enero de 1899. - † A. Cardenal di Pietro, *Prefecto.* - † B. Arzob.spo de Nazianzo, *pro-secretario.*

Advertencia. - *Se servirán los Arzobispos y Obispos que vengan al Concilio, traer consigo el* Schema *de los Decretos.*

Litterae Patrum Concilii ad SSmum D. N. Leonem Papam XIII.

Beatissime Pater,

Episcopi Ecclesiarum Americae Latinae, Plenario Concilio hesterna die rite auspicato, unanimi consensu emisere votum sese sternendi ad Pedes Sanctitatis Tuae, petituri Apostolicam Benedictionem, antequam negotiis in Concilio tractandis manus admoveant.

Carta de los Padres del Concilio á Nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII.

Beatísimo Padre:

Los Obispos de las Iglesias de la América Latina, al inaugurarse ayer solemnemente el Concilio Plenario, resolvieron por umanidad el ir á postrarse á los pies de Vuestra Santidad, y solicitar la Bendición Apostólica, antes de poner mano en los negocios que han de ventilarse en el Sínodo.

Antistites Americae Latinae iure gestiunt grati animi sensus iterare Sanctitati Tuae ob curam praecipuam quam ostendit erga ipsorum Ecclesias; maximeque gaudent quod, remotis ac superatis omnibus, quaecumque obstare videbantur, potuerint consiliis Sanctitatis Tuae sapientissimis respondere, atque ita haud mediocre solatium afferre Patri amantissimo, seque instrumenta fieri quodammodo novae addendae laudis Pontificatui Tuo, iam plane glorioso, quod primum nunc viderit collectum Plenarium Concilium ex Latinis Ecclesiis Americae.

Quod vero locum habendo Concilio Romam Episcopi elegerint, illud etiam prae oculis habuerunt ut obsequii testimonium Apostolicae Sedi peculiare exhiberent, ut Sanctitati Tuae ipsi se sisterent, ut ad Apostolorum sepulcra eam sapientiam haurirent, qua magis idonei efficerentur in iis decernendis quae ad rem catholicam in suis regionibus provehendam apprime pertinerent.

Faxit Deus ut a Nobis susceptum opus possit Sanctitatis Tuae consiliis et propositis respondere, Eidemque probari, ut uberes religioni afferat fructus, cuius ab incremento ipsius civilis societatis prospera conditio maxime pendet.

Deber sagrado de los Obispos de la América Latina, es manifestar á Vuestra Santidad su profundo reconocimiento, por la solicitud especial que manifiesta para con sus Iglesias. Grande es su regocijo, al ver que, vencidos y superados los obstáculos que parecían oponerse, han podido corresponder á los sapientísimos designios de Vuestra Santidad, suministrando así no escaso consuelo á su Padre amantísimo, y constituyéndose, hasta cierto punto, en instrumentos, que añadirán nuevo lustre á un pontificado ya tan glorioso, en el cual, por vez primera, se reunen en Concilio Plenario los Prelados de las Repúblicas Latinas de la América.

Al escoger á Roma para la celebración del Concilio, tuvieron presente los Obispos, el deseo de dar á la Santa Sede Apostólica una prueba patente de su adhesión y obediencia, de visitar á Vuestra Santidad, y de beber en las fuentes que manan en derredor de los sepulcros de los Santos Apóstoles, aquella sabiduria de que han menester, para decretar lo que más conviene á los intereses católicos en sus respectivos países.

Quiera Dios que la empresa que hemos acometido, corresponda á los altos designios y merezca la aprobación de Vuestra Santidad, para que produzca abundantes frutos en provecho de la Religión, de la cual dependen, en gran parte, la prosperidad y el progreso de la sociedad civil.

Hanc nacti occasionem, iidem Antistites gratias Sanctitati Tuae agunt maximas, quod hoc benevolentiae testimonio eos fuerit prosequuta, ut S. Romanae Ecclesiae Princeps Cardinalis daretur *praeses ad honorem* habendis publice comitiis, itemque quod Archiepiscopos Americae Latinae voluerit singulis sessionibus praeesse, eosdemque, dum sua quisque vice hoc munere fungitur, Delegati Apostolici honore insignitos haberi.

Ecclesiae Americae Latinae Episcopi Deo supplices fundunt preces, ut velit quam diutissime tueri ac servare Sanctitatem Tuam, cuius in Pontificatu maximo regimen id spectavit constanter, ut novum quoddam vitae robur adderetur gentibus, quod quidem non aliunde expectari potest nisi ex reditu ad principia illa sanctissima quae tot Apostolicis Litteris summa sapientia conscriptis Sanctitas Tua commendavit ac retinenda praecepit, ex arctiore in dies cum Sede Apostolica coniunctione, erga Eum denique qui Christi in terris vicem gerit, stabili obsequio atque firmissimo.

Sanctitatis Tuae

Humillimi et Obsequentissimi Filii.

Omnes Archiepiscopi et Episcopi praesentes subscripserunt.

Romae, die 29 Maii a. D. 1899.

Se aprovechan de esta ocasión los infrascriptos Obispos, para dar á Vuestra Santidad las más rendidas gracias, por la benevolencia con que los ha distinguido, al asignarles como *presidente honorario* de las sesiones solemnes, á un Cardenal de la Santa Iglesia Romana; y por haber dado la presidencia efectiva á todos los Arzobispos de la América Latina en sucesión, condecorando á cada uno, al llegar su respectivo turno, con el título de Delegado Apostólico.

Los Obispos de las Iglesias Latino-Americanas, dirigen á Dios fervientes plegarias, para que se digne proteger y conservar largos años á Vuestra Santidad, cuyo sabio gobierno, constantemente ha aspirado á infundir en las naciones nueva vitalidad, que no puede alcanzarse sino volviendo á los santísimos principios, que Vuestra Santidad ha estado inculcando en tantas Encíclicas, trazadas por Su augusta mano con singular doctrina, estrechando cada dia más los vínculos con la Sede Apostólica, y afirmando y consolidando la obediencia y adhesión al Vicario de Jesucristo.

De Vuestra Santidad

Humildes y obedientes Hijos

(Siguen las firmas de todos los Arzobispos y Obispos presentes).

Roma, á 29 de Mayo de 1899.

SS. D. N. LEO PP. XIII
RESPONDIT SEQUENTIBUS LITTERIS
APOSTOLICIS:

LEO PP. XIII.

Venerabiles Fratres, salutem et Apostolicam benedictionem.

Concilium Plenarium vestrum, dudum exoptatum, diutinisque curis dispositum, coactum demum esse et vos iure laetamini et Nos cummaxime gratulamur. Eadem autem Nobis vobisque laetitiae capiundae ratio: de coetu enim vestro spem optimam portendimus universi, quod uberrimas utilitates Americae latinae populis sit pariturus. Qua quidem spe eo Nos firmius tenemur quod et alacritatem perspeximus, qua, licet tam longe dissiti, Romam quisque vestrum libens convenit; et concordiam summam mirati sumus, qua, diversitate gentium posthabita, operam laboremque Concilii tractationibus unanimes impenditis. Accedit porro ad fiduciam Nostram firmandam studium et obsequium in Apostolicam Sedem, quae in ipso Concilii exordio testari placuit, datis ad Nos litteris officii observantiaeque plenis. Ex qua profecto coniunctione vestra cum Cathedra Beati Petri, amplissima divinae gratiae subsidia coetui vestro demeretis, ut quae secundis adeo auspiciis sunt coepta, secundissimis etiam eventibus absolvantur. De benevolentia autem Nostra, Venerabiles Fratres, nihil plane est quod dubitetis: eam

RESPUESTA DE SU SANTIDAD.

LEÓN PAPA XIII.

Venerables Hermanos, Salud y Bendición Apostólica.

Con sobrada razón os alegráis vosotros, y Nós sobremanera nos regocijamos, porque al fin se ha reunido vuestro Concilio plenario, hace tanto tiempo deseado, y preparado con dilatadas labores. Uno é idéntico es el motivo del regocijo que á Nós y á vosotros anima: á saber, las halagüeñas esperanzas que todos abrigamos, de que vuestra asamblea ha de ser fecunda en frutos opimos para todos los pueblos de la América Latina. Más y más han confirmado en Nós estas esperanzas, la presteza con que hemos visto á cada uno de vosotros acudir de buena gana á Roma, sin mirar á la larga distancia que de ella os separaba; y la suma concordia que hemos admirado en vosotros, en virtud de la cual, sin tener en cuenta vuestras diversas nacionalidades, os habéis entregado unánimemente á los estudios y tareas conciliares. Corroboran Nuestra confianza, el amor y la adhesión á la Sede Apostólica, que os plugo manifestar al principio mismo del Concilio, escribiéndonos una carta llena de afecto y de sumisión. Merced á esta estrechísima unión con la Cátedra de San Pedro, alcanzaréis sin duda abundantísimos so-

praestitimus, quum, magna animi iucunditate, singulos alloquuti sumus: praestitimus etiam, quum, ad augendam conventui vestro dignitatem, aliquot e Cardinalium Collegio in publicis Comitiis praeesse ad honorem permisimus. Eius praeterea testem Apostolicam benedictionem esse volumus, quam, munerum coelestium auspicem, vobis universis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXIII Iunii MDCCCXCIX, Pontificatus Nostri anno vicesimo secundo.

LEO PP. XIII.

corros de gracia divina para vuestra Asamblea, con el fin de que, lo que se ha inaugurado bajo tan favorables auspicios, logre obtener un desenlace todavía más favorable. De Nuestra propia benevolencia, Venerables Hermanos, no tenéis el menor motivo para dudar; bien os la hemos mostrado en las audiencias privadas, que, con gran consuelo de Nuestro corazón, os hemos concedido; bien os la hemos probado, cuando, para aumentar la dignidad de vuestras reuniones, permitimos que algunos miembros del Sacro Colegio de Cardenales, fuesen presidentes de honor en las sesiones solemnes. Una nueva prueba queremos daros con la Bendición Apostólica, que, en prenda de celestiales favores, os concedemos en el Señor á todos vosotros.

Dado en Roma, junto á San Pedro, á 23 de Junio de 1899, año 22° de Nuestro Pontificado.

LEÓN PAPA XIII.

CAEREMONIALE CONCILII

METHODUS SERVANDA IN CONCILIO PLENARIO EPISCOPORUM AMERICAE LATINAE, ROMAE IN AEDIBUS COLLEGII PII LATINI AMERICANI EX AUCTORITATE LEONIS XIII PONT. MAX. ANNO MDCCCXCIX CELEBRANDI.

MONITUM.

Rmi Patres, Consultores, atque alii, quibus in Concilio plenario Episcoporum Americae Latinae suus tribuitur iure locus, infra habent sibi propositum, quem rituum tenorem sequi debeant.

Descriptus fere est e Caeremoniali Episcoporum et Pontificali Romano, nonnullis tamen praescriptionibus ad peculiares sive loci, sive temporis rationes immutatis. Eum igitur, ut omnia ordine, decoreque fiant, prae oculis habeant oportet.

DE IIS QUAE CONCILIO ANTECEDUNT.

§ I.

Die et hora statutis, Emus et Rmus D. Cardinalis Angelus Di Pietro, Titulo SS. Bonifacii et Alexii, Praefectus Sacri Consilii Tridentinis decretis interpretandis, Delegatus D. N. Leonis XIII Pontificis Maximi, rocheto, mantelleto et mozzeta rubri coloris indutus, ad aedes Collegii Pii Latini Americani se conferet. Ibi a Collegii praepositis alumnisque, atque uno ex Apostolicarum Caeremoniarum magistris honorifice, ut decet, exceptus, comitatu nobilium familiarum et clerici caudatarii, veste violacea nigroque pallio induti, ad Aulam Concilii perget. Rmi Patres veste talari violacea, rocheto, et mantelleto ornati, biretum prae manibus gestantes, Viro Eminentissimo, mantelletum ponenti, obviam ad ostium procedent; postea sessum ibunt ex ordine, prout in Archiepiscopatu vel in Episcopatu alius alio senior fuerit.

Cardinalis Delegatus intonabit hymnum: *Veni Creator;* quo expleto, sermonem ad Patres habebit. Deinde, dicto per Caeremoniarium: *Extra omnes*, Concilii Praesidis et Vicepraesidum electio fiet a Patribus per

occulta suffragia, quae Caeremoniarum magister colliget, et ad Cardinalem deferet.

Assistent Emo Viro Episcopus iunior, qui Secretarii, Archiepiscopi duo seniores, qui Scrutatorum seu Diribitorum, hoc tantum in negotio, munus obeant.

Patrum suffragia a Scrutatoribus perlecta per Secretarium conscribentur. Cardinalis electionem ratam habebit et promulgabit: quo facto, Patres praedicti ad sua loca recedent, et Praeses electus nomine omnium Patrum Cardinali gratias aget. Postea Vir Emus discedet. Patribus usque ad Aulae ostium comitantibus.

§ II.

Ad sedes proprias Praeses et Vicepraesides ascendent, caeteris ad sua subsellia accedentibus. Praeses brevem sermonem ad Patres dicet. Eligenda deinde erunt varia Concilii officia, quorum indicem habebunt schedae distributae Patribus; Praesidis autem erit statuere, quem ad modum ea fieri electio debeat. Praeter Consultores, idest Theologos et Canonistas, eligendi erunt:

Iudices quaerelarum et controversiarum; — Iudices excusationum; — Promotores; — Secretarii; — Relatores; — Notarii; — Ostiarii; — Cursores et Nuntii Concilii.

Quo facto, Patres discedent.

DE CONGREGATIONIBUS PRAEPARATORIIS.

Diebus et horis a Praeside statutis, Patres in Aulam Concilii convenient, habitu praelatitio, ut supra dictum est, Consultores Theologi et Canonistae caeterique Concilii Officiales tantum: qui omnes quum suis locis consederint, obserentur fores.

Congregationes auspicabitur Praeses, recitans orationem *Adsumus* (pag. XXXV); dum universi stabunt, depositis mitris ac etiam pileolis.

In eiusmodi Congregationibus ea proponentur Patribus, quae deinceps erunt in Concilio pertractanda [1].

[1] Praeliminares caeremoniae hucusque descriptae, per Rmos Magistros Apostolicarum Caeremoniarum aliquatenus mutatae sunt, maioris utilitatis causa, atque in prima sessione solemni et Congregatione generali prima substantialiter peractae. Alia etiam accidentalia mutata sunt, post quam SS. D. N. Leo PP. XIII benigne concessit ut singuli Archiepiscopi praesidentiam Concilii successive tenerent, et ut in sessionibus solemnibus praesides ad honorem forent nonnulli S. R. E. Cardinales.

DE CONGREGATIONIBUS GENERALIBUS.

Aderunt, praeter Patres:
Promotores Concilii;
Secretarii;
Relatores;
Notarii;
Theologi et Canonistae;
Ostiarii.

Ad dexteram Praesidis, Secretarii erunt, ad sinistram Notarii, apud mensulas ipsis paratas. Promotores caeterique ad sua loca, eodem habitu, ac in Congregatione superiori.

Praeses stans, aperto, ut supra dictum est, capite, recitabit orationem *Adsumus* (pag. XXXV); quo tempore universi Patres similiter stabunt, caeteris in genua adstitutis. Absoluta oratione sedebunt. Pronuntiato ab Ostiariis; *Extra omnes*, claudentur fores; Promotores, Secretarii, Relatores et Notarii nequaquam dimittentur.

Praeses sermonem, si ei placuerit, habebit ad Patres. Promotores instabunt apud Praesidem velit iniri Concilium, et Promotor primus hanc formulam adhibebit:

Quandoquidem ad fidei Catholicae incrementum, ad cleri populique sui utilitatem, universi sacrorum Antistites Americae Latinae, auspice Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII, Plenarium Concilium in hac alma Urbe sibi habendum censuerunt, idcirco nos huius Concilii Promotores coram Dominatione Tua Reverendissima instamus, ut ipsius Plenarii Concilii Americae Latinae initium fieri et iam factum esse declaret.

Tum Praeses: HABEATUR REVERENDISSIMORUM PATRUM SENTENTIA.

Secretarii cum Notariis, Praesidis et Patrum suffragia exquirent, quae ad Praesidem quum retulerint, ad suum locum revertentur. Secretarius Decretum *de ineundo Concilio* leget. Tunc Theologi et Canonistae tantum in Aulam admittentur. Secretarius leget instantias, si quae erunt, et decreta promulganda in prima Sessione. Interrogabit postea Episcopos, dicens: REVERENDISSIMI PATRES, DECRETA ET ALIA MODO LECTA PLACENTNE VOBIS? Exquisitis numeratisque suffragiis ut supra, idem Secretarius, iussu Praesidis, subiunget: DECRETA MODO LECTA PLACUERUNT

PATRIBUS. DE EORUM ERGO ASSENSU ILLA STATUIMUS UT LECTA SUNT. Quod si sententiae inter se discrepabunt, locus erit disceptationi.

Demum aperientur fores et Congregationi finis imponetur.

Eadem methodus servabitur in aliis Congregationibus Generalibus ante caeteras Sessiones.

SESSIO PRIMA.

DOMINICA SS. TRINITATIS, DIE 28 MAII.

Patres habitu praelatitio procedentes ad Aulam paramentorum, in ingressu ex aspersorio a presbytero sibi porrecto aquam lustralem accipient, qua se signo crucis munient.

Tum, brevi facta precatione, ad scamna sibi parata expectabunt Praesidem. Is, ut venerit, ad altare paulisper orabit, stantibus caeteris.

Praeses in faldistorio sedens, considentibus caeteris, operto capite praeparationem Missae leget, una cum Ministris paratis et Presbytero assistente. Interim assumet sandalia et caligas; deinde, lotis manibus, caetera paramenta missalia.

Episcopi assument propria paramenta, videlicet amictum et pluviale albi coloris et mitram auriphrygiatam, quam sibi suis ipsi manibus imponent et exuent. Incenso et benedicto thure, surgent omnes; et Celebrans ante altare, mitra deposita, stans intonabit hymnum: *Ave, maris stella;* ipse caeterique genua flectent per totam primam stropham. Qua expleta surgent omnes, et resumpta mitra, pompae ritu, ad sacellum procedent hymnum persequentes. Praeibunt thuriferarius, Subdiaconus paratus crucem ferens inter acolythos; sequentur cantores caeterique clerici, Concilii Officiales videlicet: Ostiarii, Notarii, Consultores, superpelliceo induti vel chorali instituti sui habitu si Monachi sint vel Mendicantes, Episcopi et Archiepiscopi, Subdiaconus Evangeliarium deferens, demum medius inter Presbyterum Assistentem et Diaconum, Celebrans, quem subsequentur cappellanus caudatarius, clerici a libro et a scotula et a mitra, eiusque familia.

Hymnus: *Ave, maris stella*, etc.

Quum ad altare pompa pervenerit, suum quisque locum capiet.

Missa de SS. Trinitate ad faldistorium celebrabitur ritu praescripto.

Rmi Patres mitram sibi vel imponent vel exuent una simul cum Celebrante, eamque retinebunt etiam sedentes Offertorii tempore ante incensationem Chori. Item pileolum deponent: ad Evangelium, a Prae-

fatione usque ad Communionem, nec non dum inter se recitabunt confessionem, *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus, Agnus Dei;* id quod a caeteris in Choro pariter fiet.

Postquam Diaconus cantaverit *Ite, Missa est*, Celebrans, dicta de more oratione *Placeat*, osculabitur altare; et, benedictione omissa, recitabit Evangelium Dominicae. Deinde descendet ad faldistorium, ubi, depositis manipulo, mitra, planeta, dalmatica et tunicella, induet pluviale; et rursus, assumpta mitra, leget Psalmos pro gratiarum actione una cum Ministris, dum ei exuentur sandalia et caligae.

Celebrans medius inter Diaconum et Subdiaconum surget e faldistorio, et, salutatis Episcopis, qui consurgent cum caeteris, revertetur ad altare, et veniet ad faldistorium sibi paratum in plano ante altare.

Promotores, Secretarii, Relatores et Notarii accedent ad mensas officio suo designatas.

Episcopus, deposita per Diaconum mitra, Subdiacono praecinente, initium canet sequentis antiphonae, et statim super faldistorium procumbet.

Cum eo omnes genua submittent:

Ant. *Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua: et secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos, Domine.*

Chorus persequetur cantum antiphonae, qua absoluta, incipiet psalmum: *Salvum me fac Deus*, etc., qui alternatim cantabitur a clero.

PSALMUS 68.

*Salvum me fac Deus: * quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam.*

Incoepto psalmo, sedet Praeses, accepta mitra, et sic manet quousque finiatur Psalmus et Antiphona repetatur.

*Infixus sum in limo profundi; * et non est substantia*, etc.

Tum Diaconus mitram exuet Praesidi, qui assurget et versus ad altare tono feriali cantabit:

Adsumus, Domine Sancte Spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter congregati: veni ad nos, adesto nobis; dignare illabi cordibus nostris: doce nos, quid agamus; quo gradiamus, ostende; quid efficiamus, operare. Esto solus suggestor, et effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre, et eius Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iustitiae, qui summam diligis aequitatem; non in sinistrum nos ignorantia trahat; non favor inflectat; non acceptio muneris, vel personae corrumpat: sed iunge nos tibi efficaciter solius tuae gratiae dono, ut simus in te unum,

et in nullo deviemus a vero; quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, ut hic a te in nullo dissentiat sententia nostra, et in futurum pro bene gestis consequamur praemia sempiterna.

Respondetur ab omnibus: *Amen.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui misericordia tua nos incolumes in hoc loco specialiter aggregasti; mentes nostras, quaesumus, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem; cunctosque in tua fide, et caritate corroboret; ut excitati a temporali synodo, proficiamus ad aeternae felicitatis augmentum. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. *Amen.*

Finita oratione, Praeses, accepta mitra, procumbit supra faldistorium aliis omnibus genuflectentibus, et cantores dicunt Litanias *(Sanctorum)*,

In fine Litaniarnm, dicto:

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris, te rogamus audi nos;

Praeses surgit et baculum pastoralem in sinistra tenens, stans versus ad Synodum, dicit:

Ut hanc praesentem Synodum visitare, disponere et bene✠dicere digneris.

℟. *Te rogamus audi nos.*

Producens signum crucis pariter super omnes: quo facto iterum accumbit, cantoribus Litanias perficientibus.

Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Postea surgent omnes, et Praeses, deposita mitra, dicet stans versus ad altare;

OREMUS.

Et Diaconus: *Flectamus genua.*

Subdiaconus: *Levate.*

Da, quaesumus, Ecclesiae tuae, misericors Deus, ut Spiritu Sancto congregata, secura tibi devotione servire mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. *Amen.*

Deinde Praeses, accepta mitra, ascendit ad sedem sibi paratam in plano altaris.

Ministri descendunt in planum; Diaconus ponit Evangeliarium super mensam altaris, deinde porrigit cymbium Praesidi (qui benedicens thus ingerit more solito), et genibus flexis in suppedaneo in *cornu Epistolae* dicit: *Munda cor meum*, etc. Et rursus, accepto libro, petit a Praeside benedictionem, et more solito cantat suo loco Evangelium. Caeremoniarum magister exuit mitra Episcopum, qui surgit; quod omnes Patres faciunt.

Dominus vobiscum. ℟. *Et cum spiritu tuo.*

✠ *Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.* (Cap. 9).

In illo tempore: convocatis Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia daemonia, et ut languores curarent. Et misit illos praedicare regnum Dei, et sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem circuibant per castella evangelizantes, et curantes ubique.

Quo finito, Subdiaconus affert textum Evangelii Praesidi, qui illum osculatur dicens: *Per evangelica dicta*, etc. Deinde Praeses incensatur a Diacono et, deposito pileolo, canere hymnum incipit; tum genua flectit, quod et caeteri faciunt, choro persequente hymnum: *Veni, Creator Spiritus*, etc.

Praeses, accepto pileolo, surgit stans versus ad altare, usque ad finem hymni. Similiter omnes alii surgunt.

Qui diceris Paraclitus, etc.

Post hymni cantum, Praeses, accepta mitra, sedet, et omnes alii similiter. Ostiarii se sistent in aditu et, dicto, *Extra omnes,* egredientur qui locum non habent in Concilio.

Obseratas valvas Ostiarii extrinsecus custodient. Tunc Ministri recedent ad scamnum, et Praeses sedens sermonem ad Patres habebit.

Sermone absoluto, clerici mensulam ante Praesidem statuent, in eaque seorsum disponent exempla tum Decretorum, quae deinceps promulganda erunt, tum formularum, quas Praeses, varia pro tempore edicens usurpabit. Notarius apud Praesidem legens indicem Episcoporum, eos vocabit nominatim. Singuli Episcopi, quin assurgant, respondebunt. ADSUM.

Dein Secretarius se sistet Praesidi, acceptumque ab ipso Decretum: *De Concilio aperiendo,* e suggestu stans publicabit.

Quo perlecto descendet, et cum Notario et duobus ex Caeremoniariis sententiam rogabit singulos Episcopos, qui sedentes mediocri voce dicent: PLACET vel NON PLACET.

Iidem suffragia Patrum referent ad Praesidem, qui elata voce dicet: DECRETUM PLACUIT OMNIBUS PATRIBUS: ITAQUE DECERNIMUS PRIMAE NOSTRAE SYNODI INITIUM FIERI ET IAM FACTUM ESSE.

Notarius redibit ad locum suum, st Secretarius a Praeside accipiet reliqua Decreta publicanda in suggestu sub exordio Concilii, videlicet: *Conc. Trid. de resid. Sess. IV, c. I de Ref.; Sess. XXIII, c. I de Ref.;* dein:

1) *De modo vivendi in Concilio.*

2) *De praeiudicio non afferendo.*

3) *De non discedendo et de secreto servando.*

4) *De iudicibus excusationum et causarum personalium in Concilio occurrentium, et de aliis Concilii Officialibus.*

Titulos decretorum leget stans et capite nudato, decreta sedens et capite cooperto. Quibus perlectis assurget, et, capite nudato, rogabit sententiam Episcopos dicens: RMI. PATRES, PLACENTNE VOBIS DECRETA?

Ut supra, exquiritur suffragium Episcoporum, et Praeses, elata voce, dicet: DECRETA PLACUERUNT OMNIBUS PATRIBUS: IDEOQUE AGENDAE SUNT DEO GRATIAE.

Omnes Episcopi respondent elata voce: DEO GRATIAS.

Remota de Praeside mensa, Promotor primus ante ipsum postulabit ut fiat professio Fidei a Praeside et a caeteris Episcopis:

Quoniam ex veteri Patrum instituto sacratiora Ecclesiae Concilia fidei confessionem veluti scutum contra omnes haereses in principio suarum actionum apponere consueverunt: idcirco nos plenarii huius Con-

cilii Promotores coram Dominatione Tua Reverendissima instamus, ut catholicae Fidei professio, iuxta formulam a Romanis Pontificibus s. m. Pio IV et Pio IX praescriptam, ab omnibus huius Concilii Patribus in hodierna solemni Sessione emittatur.

Praeses respondebit: ITA DECERNIMUS ET DECLARAMUS. Promotores redeunt ad locum suum. Secretarius eodem ac supra ritu publicabit decretum. Episcopi, deposita mitra, suis locis genua flectent. Praeses pariter genibus flexis, versus ad altare, sustentantibus ministris librum, elata voce professionis integram formulam leget:

FORMA IURAMENTI

(seu Professionis Fidei).

Ego N. Archiepiscopus (*vel* Episcopus) *N. firma fide credo, et profiteor omnia, et singula quae continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur; videlicet: Credo in unum Deum*, etc. (ut in Appendice num. XL).

Ego idem N. Archiepiscopus (*vel* Episcopus) *N. spondeo, voveo ac iuro.*

Deinde, imposita utraque manu super librum Evangelii, dicet:

Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia.

Et rursus sedens, accepta mitra, ministris adiuvantibus, sustinebit super genua Evangeliarium apertum

Singuli Episcopi accedent servato ordine ad Praesidem, eoque salutato, legent flexis genibus hanc formulam:

ET EGO N. ARCHIEPISCOPUS (vel EPISCOPUS) N. RECIPIO, PROMITTO, SPONDEO, PROFITEOR, DETESTOR, ANATHEMATIZO, VOVEO ET IURO IN FORMULA PROFESSIONIS FIDEI MODO LECTA, SINGULA SINGULIS REFERENDO.

Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiungent:

SIC ME DEUS ADIUVET ET HAEC SANCTA DEI EVANGELIA.

Episcopi sessum redibunt, et caput mitra cooperient.

Deinde Promotor cum Secretario instabunt pro denunciatione *Secundae Sessionis:*

Quum plura alia decreta sint solemniter publicanda et adprobanda, idcirco nos huius Plenarii Concilii Promotores coram Dominatione Tua Reverendissima instamus, ut secundam (vel *tertiam* etc.) *Sessionem indicere velit.*

Praeses respondebit: HABEATUR REVERENDISSIMORUM PATRUM SENTENTIA.

De qua Secretarius rogabit, ut supra, e suggestu Episcopos; et collecta suffragia, modo consueto, deferentur ad Praesidem.

Deinde a Secretario publicabitur Decretum indictionis Sessionis secundae.

Promotores cum Notario accedent ad Praesidem et Promotor primus instantiam faciet ut actorum tabulae conficiantur in hanc formam:

Rogamus vos Notarios praesentes, ut de omnibus et singulis in hac publica Sessione Concilii gestis, authenticum instrumentum vel *instrumenta conficiantur.*

Notarius primus respondebit: CONFICIEMUS, et conversus ad testes inquiet: VOBIS TESTIBUS.

Omnes sua loca petent, et remota mensa de Praeside, ianuae sacelli aperientur.

Diaconus dicet: ORATE.

Omnes genua flectent, Patres retinebunt mitram. Diaconus addet: ORATIO MENTALIS. Postea, ipse quoque genua flectet.

Post brevem orationem surgunt omnes. Praeses osculatus altare impertietur benedictionem solemnem modo consueto: SIT NOMEN DOMINI etc., stantibus Patribus sine mitra, reliquis genua flectentibus.

Deinde, disposita pompa, revertentur omnes ad Aulam paramentorum, ubi Praeses ad faldistorium, adiuvantibus Ministris, alii omnes ad propria subsellia vestes sacras deponent, et post Praesidem omnes ex Aula discedent.

SESSIO SECUNDA.

Episcopi hora statuta in Aulam paramentorum convenient habitu praelatitio, alii omnes habitu cuiusque consueto.

Episcopus Missam celebraturus, in Sacello Concilii ante altare praevias precationes faciet et sacras vestes assumet.

Tunc Praeses, caeteri Patres aliique ex ordine procedent ad Aulam: accepta in aditu aqua lustrali, unusquisque suum locum petet, et paulisper orabit.

Episcopus Missam votivam de Spiritu Sancto ritu praescripto celebrabit; in fine, benedictione omissa, recitabit Evangelium S. Ioannis. Deinde Cruci et utrinque Patribus reverentia facta, abibit in sacrarium, ubi vestes deponet, et assumpto mantelleto, ad suum subsellium revertetur.

Hoc tempore Praeses ad altare accedet, et ad faldistorium in cornu Epistolae, Diacono et Subdiacono ministrantibus, accipiet stolam et pluviale rubri coloris. Caeteri Episcopi propriis locis parantur.

Deinde accedet ad faldistorium iuxta inferiorem gradum in medio altaris collocatum, et subdiacono praecinente, deposita mitra, intonabit antiphonam; postea, ut reliqui omnes, genua flectet.

Caeterum, eodem ritu, ac in superiori Sessione, functio perficiatur.

Precationes autem erunt:

Antiphona: *Propitius esto peccatis nostris, Domine, ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eorum?*

PSALMUS 78.

*Deus, venerunt gentes in haereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: * posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam,* etc.

OREMUS.

Nostrorum tibi, Domine, curvantes genua cordium, quaesumus, ut bonum quod in nobis a te requiritur exsequamur; scilicet, ut, prompta tecum sollicitudine gradientes, discretionis arduae subtile iudicium faciamus; ac misericordiam diligentes, clareamus studiis tibi placitae actionis. Per Christum Dominum nostrum.

℟. *Amen.*

OREMUS.

Mentibus nostris, quaesumus Domine, Spiritum sanctum benignus infunde, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, ut hic a te in nullo dissentiat voluntas nostra, sed semper rationabilia meditantes, quae tibi sunt placita, et dictis exsequamur, et factis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. *Amen.*

OREMUS.

Flectamus genua.

℟. *Levate.*

Deus, qui nos iustitiam loqui, et quae recta sunt, praecipis iudicare; tribue nobis, ut neque iniquitas in ore, nec pravitas inveniatur in mente; ut puro cordi purior sermo consentiat, ostendatur in opere iustitia, neque appareat dolus in lingua, sed ex corde veritas proferatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. *Amen.*

✠ *Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.* (Cap. 10.)

In illo tempore: Designavit Dominus et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, et locum, quo erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui; et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur. In eadem autem domo manete edentes, et bibentes, quae apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque civitatem intraveritis, et susceperint vos, manducate quae apponuntur vobis, et curate infirmos, qui in illa sunt, et dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.

Veni, Creator, etc.

Dicto ab Ostiariis: EXTRA OMNES, unus ex Patribus e suggestu sermonem habebit, si ita placuerit.

Posita mensa ante Praesidem cum exemplaribus Decretorum quae erunt publicanda, Promotor instabit pro publicatione ipsorum, in hanc formam:

Quum ad fidei Catholicae exaltationem et incrementum, ad ecclesiasticam disciplinam in omnibus Americae Latinae regionibus promovendam, Plenarium hoc Concilium coactum sit, idcirco nos eiusdem Concilii Promotores coram Dominatione Tua Reverendissima instamus, ut decreta in Generali Congregatione iam adprobata, solemniter in hac Sessione publicari et adprobari iubeas.

Hanc peraget Secretarius; eaque Episcoporum suffragiis adprobabuntur modo tradito in prima Sessione. Responso ab omnibus: DEO GRATIAS; Promotores cum Secretario, si opus fuerit, instabunt pro prorogatione Sessionis post Vesperas:

Quum Decreta in hac solemni Sessione approbanda, ob temporis angustias proponi omnia nequiverint, nos huius Plenarii Concilii Pro-

motores coram Dominatione Tua Reverendissima instamus, ut solemnem hanc Sessionem prorogari, et hoc ipso die haberi velit et iubeat.

Quod si haec Sessio perficiatur, instabunt pro tertia Sessione (p. XL).

Exquisitis cognitisque sententiis Patrum et publicato decreto Promotores instantiam facient pro rogandis actis (pag. XL).

Postea Secretarius publicabit decretum *de discessu*, si prorogata fuerit Sessio ad Vesperas, et, remota mensa, apertisque foribus, Praeses, nullam proferens formulam, signum crucis super Concilium efficiet.

Sin autem Sessio expleta fuerit, Diaconus edicet: ORATE, et omnibus genua flectentibus subiunget: ORATIO MENTALIS.

Qua expleta, Praeses, ritu praescripto, benedictionem solemnem impertietur.

Praeses et alii Patres deponent paramenta. Praeses in infimo gradu altaris breves preces effundet, et similiter omnes proprio quisque loco.

Post Praesidem, ordine quo venerant, omnes de Aula discedent.

CONTINUATIO SECUNDAE SESSIONIS POST VESPERAS.

Omnes in Aulam paramentorum convenient: ordine solito ad Aulam Concilii accedent, et post brevem orationem, paramenta assument ut dictum est in antecessu.

Praeses assurget sine mitra, et versus ad altare, tono feriali recitabit orationem: *Adsumus Domine* etc. (pag. XXXV), praetermisso *Oremus*.

Tunc accedet ad faldistorium in medio altaris suppedaneo positum, et, dicto: EXTRA OMNES, clausis foribus, Promotor postulabit, ut decernatur lectio Decretorum, solito ritu (pag. XLII).

Postea eodem modo instabitur et decernetur de *tertia Sessione et de confectione tabularum super actis* (pag. XL).

Apertis ianuis et oratione silentio peracta, Praeses benedictionem solemnem impertietur, et positis paramentis, omnes Aulam relinquent.

SESSIO TERTIA.

Omnia peragentur ut in secunda Sessione, exceptis Antiphona, Psalmo, Orationibus et Evangelio, quae erunt:

Antiphona: *Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua: et secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos, Domine.*

Psalmus 68 - *Salvum me fac*, etc. (pag. XXXV).

OREMUS.

Ad te, Domine, interni clamoris vocibus proclamantes, unanimiter postulamus, ut respectu tuae gratiae solidati, praecones veritatis efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. *Amen.*

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sacri verbi tui oraculo promisisti, ubi duo, vel tres in nomine tuo congregati essent, te medium fore; adesto coetui nostro propitius, et cor nostrum illumina misericors, ut a bono misericordiae tuae nullatenus aberremus, sed rectum iustitiae tuae tramitem in omnibus teneamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. *Amen.*

OREMUS.

Flectamus genua.

℟. *Levate.*

Deus, qui populis tuis et indulgentia consulis, et amore dominaris; da spiritum sapientiae tuae, quibus dedisti regimen disciplinae: ut de profectu sanctarum ovium fiant gaudia aeterna pastorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

℟. *Amen.*

✠ *Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum* (Cap. 18).

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, et publicanus. Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo: et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo. Iterum dico

vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in coelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi usque septies: sed usque septuagies septies.

Veni, Creator, etc.

RELIQUAE SESSIONES.

Si rerum materia nondum absoluta sit, in Sessionibus idem ordo servabitur. Preces autem sumantur ab aliis Sessionibus.

De solemnibus exequiis pro omnibus Episcopis defunctis Americae Latinae.

In superiori Sessione, Secretarius edicet e suggesto quo die solemni ritu pro defunctis Episcopis perlitandum sit.

Patres aderunt habitu praelatitio.

Missa celebretur ut in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, cum oratione: *Deus, qui inter Apostolicos sacerdotes, famulos tuos Pontificali fecisti* etc.

Post Missam, unus e Patribus, si ita placuerit, latinam ad Patres orationem habebit.

CONTINUATIO SESSIONIS ULTIMAE POST VESPERAS AD CONCILIUM DIMITTENDUM.

Omnes convenient in Aulam paramentorum, et modo solito accedent ad Aulam Concilii. Brevi peracta oratione, Praeses in faldistorio, omnes alii in suis locis sacra paramenta albi coloris accipient. Omnibus dispositis, Praeses surget et dicet: *Adsumus* etc. et accedet ad faldistorium in medio suppedaneo altaris positum.

Dicto: *Extra omnes* et apposita mensa ante Praesidem, Promotor primus postulabit ut subscribatur Decretis Concilii:

Quum omnia decreta in Generalibus Congregationibus adprobata, in solemnibus huius Plenarii Concilii Sessionibus publicata et a Patribus adprobata sint, idcirco nos eiusdem Concilii Promotores coram Domi-

natione Tua Reverendissima instamus ut iisdem decretis a Patribus subscribi velit et iubeat.

Praeses respondebit: MONEMUS, PRAECIPIMUS, ET FIERI MANDAMUS. Secretarius publicabit decretum. Notarius accedet ad Altare et consistet in cornu Evangelii, quo Praeses et caeteri deinceps Patres venient subscriptum Decretis Concilii super altare positis: iisdem Notarius suum chirographum demum apponet.

Promotores cum Secretario postulabunt *pro fine Concilio imponendo:*

Quoniam, auxiliante Deo, ad felicem exitum hoc Sacrum Concilium perductum est, idcirco, ne diutius suorum Pastorum praesentia et solatio tot Ecclesiae priventur atque citius ea, quae in animarum bonum salubriter decreta sunt, in actum deducantur, nos huius Concilii Promotores coram Dominatione Tua Reverendissima instamus, ut huic Plenario Americae Latinae Concilio finis imponatur.

Respondebit Praeses: ITA DECERNIMUS ET MANDAMUS, SI ITA PATRIBUS PLACEAT.

Promotores recedent ad locum suum; Secretarius e suggestu ita Patres rogabit: RMI. PATRES, PLACETNE VOBIS AD DEI OMNIPOTENTIS LAUDEM HUIUS SYNODI FINEM IAM FIERI?

Et accedet cum Notario ad requirenda suffragia Episcoporum, quae deferet ad Praesidem, qui elata voce dicet: PLACUIT OMNIBUS PATRIBUS; ITAQUE DECERNIMUS HUIC SYNODO NOSTRAE FIERI FINEM ET IAM FACTUM ESSE.

Publicabitur Decretum per Secretarium; Promotores cum Notario accedent ad Praesidem, et Promotor primus instabit *pro rogito actorum* (pag. XL). Notarius: CONFICIEMUS; et conversus ad testes addet: VOBIS TESTIBUS. Deinde plublicabit instrumentum. Postea, unus ex Episcopis in concionem ascendet Patribus gratulatum.

Dimota mensa, Praeses imponet, benedicens, thus in thuribulo, Diacono ministrante. Alius Subdiaconus paratus, medius inter acolythos, praecedente thuriferario, in exitu consessus se sistet.

Descendet Praeses, et deposita mita intonabit: *Te Deum*, choro et clero prosequentibus. Assumpta iterum mitra, pompa ducetur, ut in prima die.

Post reditum ad Altare, Praeses, sine mitra, stabit donec expleatur cantus hymni, genuflectens ut reliqui omnes ad ℣. *Te ergo quaesumus.*

HYMNUS.

*Te Deum laudamus: * Te Dominum confitemur*, etc.

Expleto hymno, Praeses adhuc stans, cantabit tono feriali:

OREMUS.

Nulla est, Domine, humanae conscientiae virtus, quae inoffense possit tuae voluntatis iudicia experiri, et ideo, quia imperfectum nostrum vident oculi tui, perfectioni deputa, misericors Deus, quod perfecto aequitatis fine concludere peroptamus; te in nostris principiis occursorem poposcimus, te in hoc fine iudiciorum nostrorum indultorem nostris excessibus speramus, scilicet, ut ignorantiae parcas, errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam operis efficaciam largiaris: et quia conscientia remordente tabescimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut praeceps forsitan voluntas impulerit iustitiam declinare; hoc te poscimus, te rogamus, ut si quid offensionis in hac Synodi celebritate contraximus, te miserante indulgentiam sentiamus: ut in eo, quod soluturi sumus aggregatam Synodum, a cunctis primum absolvamur nostrorum nexibus delictorum; qualiter, et transgressores venia, et confitentes tibi, subsequatur remuneratio sempiterna. Per Christum Dominum nostrum.

℟. *Amen.*

Ascendet ad faldistorium, in medio suppedaneo situm, in eoque sedebit.

Tunc unus ex Patribus in suggestu cantabit *acclamationes*, quibus respondebunt Episcopi.

Postea surget Praeses, et ad osculum pacis omnes Patres mitratos alium ex alio admittet. Deinde ex altari solemnem benedictionem impertiet. Diaconus publicabit indulgentiam, quam Summus Pontifex concesserit. Demum elata voce cantabit: RECEDAMUS IN PACE, et omnes respondebunt: IN NOMINE CHRISTI. Tunc omnes, sacris vestibus exuti, ab Aula discedent.

ELENCO DE LOS PADRES DEL CONCILIO.

Illmos y Rmos Señores.

D. Jerónimo Thomé da Silva, Arzobispo de San Salvador, Primado del Brasil.
D. Mariano Casanova, Arzobispo de Santiago de Chile.
D. Bernardo Herrera Restrepo, Arzobispo de Bogotá.
D. Jacinto López, Arzobispo de Linares.
D. Eulogio Gregorio Gillow, Arzobispo de Antequera.
D. Próspero María Alarcón, Arzobispo de Méjico.
D. Pedro Rafael González, Arzobispo de Quito.
D. Julio Tonti, Arzobispo de Puerto-Príncipe.
D. Santiago Zubiría y Manzanera, Arzobispo de Durango.
D. Uladislao Castellano, Arzobispo de Buenos Aires.
D. Mariano Soler, Arzobispo de Montevideo.
D. Joaquín Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti, Arzobispo de San Sebastián de Río de Janeiro.
D. Manuel Tovar, Arzobispo de Lima.
D. Ignacio Montes de Oca, Obispo de San Luis de Potosí.
D. Bernardo Augusto Thiel, Obispo de San José de Costarica.
D. Claudio Gonçalves Ponce de Leão, Obispo de San Pedro de Río Grande.
D. Joaquín I. Vieira, Obispo de Fortaleza.
D. Rafael Camacho, Obispo de Querétaro.
D. Fray Reinaldo Toro, O. P., Obispo de Córdoba de América.
D. Fray José María Portugal, O. M., Obispo del Saltillo.
D. Ismael Puirredón, Obispo de Puno.
D. Plácido Labarca, Obispo de Concepción.
D. Florencio Ed. Fontecilla, Obispo de la Serena.
D. Manuel dos Santos Pereira, Obispo de Olinda.
D. Silverio Gomes Pimenta, Obispo de Marianna.
D. Eduardo Duarte Silva, Obispo de Goyaz.
D. Joaquín Pardo Vergara, Obispo de Medellín.
D. Antonio M. Durán, Obispo de Guayana.
D. Pablo Padilla, Obispo de Tucumán.
D. Manuel De Caycedo, Obispo de Popayán.
D. Atenógenes Silva, Obispo de Colima.

D. Rosendo de la Lastra, Obispo del Paraná.
D. Ignacio Díaz, Obispo de Tepic.
D. Juan Antonio Falcón, Obispo del Cuzco.
D. Juan María Alejandro Morice, Obispo de Cayes.
D. José de Jesús Ortiz, Obispo de Chihuahua.
D. Juan Agustín Boneo, Obispo de Santa Fe.
D. Mariano Antonio Espinosa, Obispo de la Plata.
D. Francisco do Rego Maia, Obispo de Petrópolis.
D. José Lorenzo da Costa Aguiar, Obispo de Amazonas.
D. José De Camargo Barros, Obispo de Curityba de Paraná.
D. Antonio Raimundo Silva, Obispo de Mérida en las Indias.
D. Antonio Manuel De Castilho Brandão, Obispo de Belem de Pará.
D. Sinforiano Bogarín, Obispo del Paraguay.
D. Esteban Rojas, Obispo de Tolima.
D. Francisco Plancarte y Navarrete, Obispo de Cuernavaca.
D. Manuel Ballón, Obispo de Arequipa.
D. Evaristo Blanco, Obispo de Socorro.
D. Francisco Campos, Obispo de Tabasco.
D. Pedro Brioschi, Obispo de Cartagena de Indias.
D. Matías Linares, Obispo de Salta.
D. Ramón Ángel Jara, Obispo de San Carlos de Ancúd.
D. Homobono Anaya, Obispo de Sinaloa.

N. B. - *A la lista anterior debe hasta cierto punto añadirse el nombre del Illmo y Rmo Señor D.* Fernando Arturo de Merino, *Arzobispo de Santo Domingo, quien viniendo al Concilio, cayó gravemente enfermo en París, de donde envió á su secretario á Roma, á manifestar su fraternal unión á los Padres del Concilio, y su plena adhesión á los Decretos sinodales que promulgaran.*

ELENCO DE LOS OFICIALES DEL CONCILIO.

Secretarios.

Illmo y Rmo Sr. D. Ignacio Montes de Oca, Obispo de San Luis de Potosí.
» » » » Francisco do Rego Maia, Obispo de Petrópolis.

Pro-secretarios.

Illmo y Rmo Sr. D. Bernardo Augusto Thiel, Obispo de San José de Costarica.
» » » » Pedro Brioschi, Obispo de Cartagena de Indias.

Sub-secretario.

Illmo y Rmo Sr. D. Pedro Corvi, Prelado Doméstico de S. S. y Protonotario Apostólico *ad instar*.

Jueces de querellas.

Illmo y Rmo Sr. D. Claudio Gonçalves Ponce de Leão, Obispo de S. Pedro de Río Grande.
» » » » Joaquín Vieira, Obispo de Fortaleza.
» » » » Rafael Camacho, Obispo de Querétaro.
» » » » Fray Reinaldo Toro, Obispo de Córdoba.
» » » » Fray José M. Portugal, Obispo del Saltillo

Jueces de excusas.

Illmos y Rmos Señores Obispos:

D. Ismael Puirredón, de Puno.
D. Florencio Eduardo Fontecilla, de la Serena.
D. Plácido Labarca, de la Concepción.
D. Silverio Gomes Pimenta, de Marianna.
D. Manuel dos Santos Pereira, de Olinda.

Promotores.

Illmos y Rmos Señores Obispos:

D. Atenógenes Silva, de Colima.
D. Francisco Campos, de Tabasco.

Relatores.

Illmos y Rmos Señores Obispos:

D. Ismael Puirredón, de Puno.
D. Francisco Plancarte, de Cuernavaca.
D. Antonio Espinosa, de la Plata.
D. Silverio Gomes Pimenta, de Marianna.

Notarios del Concilio.

Reverendos Señores:

D. Gilberto Fuensalida.
D. Francisco Orozco.
D. Angel Brasesco.
D. Leopoldo Ruiz, Abad de Guadalupe.

D. Marcolino Pacheco de Amaral, Protonotario Apostólico.
D. Benedicto Pablo Alves de Souza.
D. Carlos García Irigoyen.
D. Alberto Reyes.
D. Juan Gonçalves da Cruz, Camarero de S. S.
D. Manuel María Polít.
D. Eduardo Ribault, Protonotario Apostólico.
D. Nicolás Navarro,
D. Trinidad Colmenares.
D. Jorge Inda.

Ujieres.

Fray Pablo Pellistri.
Domingo Cergnossi.
Juan Cecconi.

CONSULTORES DEL CONCILIO.

Illmo y Rmo Sr. D. Pedro Corvi, Prelado Doméstico de S. S. y Protonotario Apostólico *ad instar*.
» » » » José Mansella, Prelado Doméstico de S. S.
» » » » Pacífico Pierantonelli, Prelado Doméstico de S. S.
Rmo Padre Maestro F. Tomás Rodríguez, Prior General de los Ermitaños de S. Agustín.
» » F. José Calasanz de Llevaneras, Capuchino.
» » M. Jerónimo Coderch, del Orden de Predicadores.
» » Francisco Javier Wernz, de la Compañía de Jesús.
» » Jenaro Bucceroni, de la Compañía de Jesús.

EX ACTIS SESSIONUM ET CONGREGATIONUM

SESSIO SOLEMNIS PRIMA.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Anno Domini millesimo octingentesimo nonagesimo nono, Dominica SS. Trinitatis, die vigesima octava Maii, habita est prima Sessio et solemnis aperitio Concilii Plenarii Americae Latinae in ecclesia Collegii Pii Latini Americani. Elenchus Illustrissimorum et Reverendissimorum Patrum huius Concilii ex integro ponitur supra, pag. XLVIII. Praeter Episcopos, convenerunt etiam Rmi Magistri Apostolicarum Caeremoniarum, Consultores, Moderatores et alumni Collegii Pii Latini Americani, aliique permulti clerici saeculares et regulares, et laici plurimi. Et auspicato factum est, ut hanc solemnitatem aperitionis Concilii cum Episcopis simul celebrarent multi etiam ex utroque Clero et populo Americae Latinae in Urbe commorantes, multique sacro ministerio vel religiosa professione latino-americani.

Hora nona cum dimidio, Emus et Rmus D. Cardinalis Angelus

EXTRACTO DE LAS ACTAS DE LAS SESIONES Y CONGREGACIONES

PRIMERA SESIÓN SOLEMNE

En el nombre de la Santísima é Individua Trinidad, Padre, é Hijo, y Espíritu Santo. Amén.

El año del Señor de mil ochocientos noventa y nueve, el Domingo de la Santísima Trinidad, día veintiocho de Mayo, se celebró la primera y solemne sesión de apertura del Concilio Plenario de la América Latina, en la Iglesia del Colegio Pío Latino Americano. El elenco de los Illmos y Rmos Padres de este Concilio, se encuentra arriba en la página XLVIII. Además de los Obispos concurrieron los Maestros de ceremonias Apostólicas, los Consultores, los superiores y alumnos del Colegio Pío Latino Americano, y otros muchos miembros del clero secular y regular, como también no pocos fieles. Hubo asimismo la feliz coincidencia, de que á la solemne inauguración del Concilio, asistieran juntamente con los Obispos, muchos miembros de uno y otro clero, y del pueblo de la América Latina, que moran en Roma, y muchos que, por su sagrado ministerio ó profesión religiosa, se consideran latino-americanos.

A las nueve y media, el Eminentísimo y Rmo Sr. Cardenal D. Án-

Di Pietro, S. C. C. Praefectus, Delegatus a SS. D. N. Leone PP. XIII, sacra purpura indutus, ad Collegium Pium Latinum Americanum se contulit, a duobus Archiepiscopis et duobus Episcopis senioribus cum Collegii praepositis et alumnis honorifice, ut decet, exceptus est, et ad ecclesiam eiusdem Collegii, quae facta est Aula Conciliaris, accessit, Rm̃is Patribus obviam ad ostium procedentibus.

Em̃us Cardinalis Delegatus dictis precibus, de mandato et nomine Sanctitatis Suae, Rm̃os Patres peramantissime salutavit et ad synodales labores alacriter peragendos excitavit, sequenti allocutione:

« *Illm̃i ac Rm̃i Patres.* — Sit honor et gloria bonorum omnium largitori Deo, qui dives in bonitate, quod catholicae Religioni Ecclesiaeque conducit, etiam in temporum acerbitatibus fortiter suaviterque disponit. Quod enim erat in votis, ut plenaria Synodus cogeretur pro universa America Latina, id feliciter, superatis quae obstabant difficultatibus, ad effectum deductum esse, Eo annuente, videmus. Vos igitur, Praesules praeclarissimi, ad Concilium istud celebrandum, molestiis et incommodis quibuscumque posthabitis, e regionibus longe terrarum marisque spatio dissitis, hanc in Urbem alacri animo con-

gel di Pietro, Prefecto de la S. Congregación del Concilio, Delegado por N. S. Padre el Papa León XIII, revestido de la sagrada púrpura, hizo su entrada en el Colegio Pío Latino Americano, siendo recibido, con los honores debidos, por los dos Arzobispos y los dos Obispos más antiguos, así como por los superiores y alumnos del Colegio, y subió á la Iglesia del mismo, convertida en Aula Conciliar, saliéndole al encuentro, hasta la puerta, los Reverendísimos Padres.

El Eminentísimo Señor Cardenal Delegado, después de rezar las oraciones, saludó cordialmente á los Padres, á nombre y por encargo de Su Santidad, y los exhortó á emprender con entusiasmo los trabajos sinodales, en la siguiente alocución:

« Illm̃os y Rm̃os Padres: Honor y gloria tributense á Dios, dador de todo bien, que, rico en bondad, aun en los tiempos más aciagos, dispone con suavidad y fortaleza cuanto conviene á la Religión y á la Iglesia. Merced á su divina Providencia, y vencidos felizmente los obstáculos que la impedían, vemos, por fin realizada esa reunión que tanto deseábamos, de un Sínodo plenario de toda la América Latina. Si para nosotros es motivo de alegría universal, esclarecidos Prelados, el que hayáis venido á Roma, con tanta presteza y de tierras tan lejanas, á celebrar este Concilio, sin que os arredraran las molestias y peligros de un largo

venisse, id quidem si communis est nobis laetitiae causa, idem etiam iure optimo in vestram laudem et commendationem cedit. Quapropter nihil mihi iucundius, quam exequi mandata SS. D. N. Leonis PP. XIII, nimirum verbis eius benevolentiae et amoris plenissimis, salutem vobis nuntiare atque omnia fausta ac felicia a divina benignitate adprecari. Quanta profecto vos Ecclesiasque vestras Summus Pontifex complectatur dilectione, haec ipsa vel sola res, propter quam sapienti eius providoque consilio in hunc amplissimum coetum congregati estis, aperte loquitur.

« Opus, quod perficiendum suscipitis, quanti ponderis et gravitatis sit, probe nostis. Causam agitis, in qua res multae, et gravissimae omnes ac sanctissimae, arcto iunguntur nexu; nempe maior Dei gloria, fidei catholicae tuitio ac propagatio, religionis pietatisque incrementum, animarum salus, splendor Ecclesiarum vestrarum, Clericorum decus ac disciplina, ipsius quoque Ordinis vestri episcopalis dignitas, praesidium et amplitudo. Una vero communi lege, iis quae communia sunt, constituta, perspicuum est singulorum vires augeri, ut iura Dei et Ecclesiae, qua par est constantia et fortitudine, prudentia comite, vindicentur; fraternae christianaeque caritatis vinculum roborari, ut alter alteri, si adiuncta locorum rerumque sinant, quam poterit opem, vo-

viaje, ni las enormes distancias que tendríais que recorrer por mar y por tierra, esto mismo cede con sobrada razón en alabanza y honra vuestra. Nada, en consecuencia, podía serme más grato, que cumplir con las órdenes de Nuestro Santísimo Padre León XIII, de saludaros á Su augusto nombre con palabras llenas de benevolencia y amor, y augurar os de la bondad divina tota clase de bendiciones y prosperidades. El hecho solo de haberos convocado á esta ilustre Asamblea, con sabiduría y previsión admirables, os prueba la inmensidad del amor que el Sumo Pontífice os profesa á vosotros y á vuestras Iglesias.

« La tarea que emprendéis es, como no se os oculta, de inmensa importancia y gravedad. Acometéis una empresa en que muchas materias, todas de sumo peso y todas altamente venerandas, se enlazan entre sí estrechamente. Se trata nada menos que de la mayor gloria de Dios, la defensa y propagación de la fe católica, el aumiento de la piedad y la religiosidad, la salvación de las almas, el esplendor de vuestras Iglesias, el decoro y disciplina del clero, y la dignidad, salvaguardia y grandeza de vuestra Clase episcopal. Ahora bien, es claro que, cuando los asuntos comunes á una ley común se sujetan, se aumentan las fuerzas individuales, para defender con la fortaleza y constancia que conviene, y con la prudencia que debe acompañarlas, los derechos de Dios

lenti animo impertiat, alacritatem quoque ac diligentiam excitari, ut quisque sui muneris partes obire, si non maiori studio quam caeteri, saltem non minori contendat.

« Praeclara sunt haec ac plane digna, ut in eis curam omnem et operam, qua polletis scientia et virtute, impendatis. Diuturnum autem Ecclesiae experimentum de hisce Sacrorum Antistitum conventibus satis superque testatur, quantum utilitatis ex laboribus studiisque vestris merito sit expectandum.

« Forti igitur magnoque animo, Praesules Excellentissimi, aggredimini opus, quo veluti monumento exemplum et memoriam perpetuam studii vestri pastoralis consecrabitis. Sed antequam ei manus admoveatis, oportet imprimis, ut qui Synodum uti Praeses moderetur et regat, constituatur. Qua de re Summus Pontifex, votorum vestrorum non ignarus, decernere ac statuere dignatus est, ut quotquot sunt inter vos Archiepiscopi, Praesides habeantur et sint; ita tamen, ut singuli, nomine et auctoritate eiusdem Pontificis, tamquam ab Eo specialiter delegati, per certum dierum circuitum seu per *turnum*, servato ordine nominationis ad Sedem Archiepiscopalem, officium Praesidis pro

y de la Iglesia. Es claro que los vínculos de fraterna y cristiana caridad se robustecen, para que los unos á los otros, en cuanto lo permitan las circunstancias, de buena voluntad se ayuden en cuanto pudieren. Es claro que la emulación y la actividad se estimulan, para que cada uno desempeñe sus altas funciones, si no mejor, al menos con no menor celo que sus colegas.

« Importantes son estas materias, y bien merecen que les consagréis toda la atención y trabajo, que vuestra alta ciencia y virtud os sugieran. La larga experiencia que ha adquirido la Iglesia en estas asambleas de Prelados, justifica abundamente la esperanza que cifra en la utilidad de vuestros trabajos y estudios.

« Ea, pues, Excelentísimos Prelados: poned manos á la obra que ha de ser el monumento que perpetúe la memoria, y eternice el ejemplo de vuestro celo pastoral. Pero ante todo, es necesario que se nombre un Presidente, que dirija y gobierne el Concilio. Sobre este asunto, el Sumo Pontífice, sabedor de vuestros deseos, se ha dignado decretar y mandar, que todos los Arzobispos sean real y verdaderamente Presidentes; pero de tal suerte que cada uno, á nombre y por autorización del mismo Pontífice, y como Su Delegado especial, ejerza el cargo de Presidente, cierto número de días, *por turno* y guardando el orden de su nombramiento á la sede arzobispal. Además, Su Santidad, acogiendo

sua cuiusque vice in orbem exerceant. Praeterea Sanctitas Sua, preces vestras excipiens, benigne indulget, ut solemnibus Concilii sessionibus intersit, honoris tantum causa, aliquis ex Eminentissimis Patribus S. R. E. Cardinalibus.

« Vestrum est autem, Patres Reverendissimi, omnes Concilii vestri administros, ac praesertim qui Secretarii fungantur munere, designare. Sinite tamen tamquam Subsecretarium vobis proponam Rm̃um Dn̄um Petrum Corvi, quem praesentem hic habetis. Cum omnia, quae ad Synodum pertinent, plene cognoscat, versatus insuper in rebus ad SS. Romanas Congregationes spectantibus, praesertim ad S. C. Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositam, in qua laudabiliter adlaborat, vobis quidem adiumento et utilitati esse poterit. Ad minora vero et inferiora officia, uti scriptorum, ostiarorum et caetera, assumi poterunt, si vobis videbitur, huius Collegii Pii-Latini-Americani alumni provectiores. Vestri sunt, vestrisque decretis, cum in suas dioeceses redierint, et ipsi debebunt subesse et parere.

« Suos etiam Consultores, nempe Theologos sacrarumque legum peritos, Concilium habere decet, et quos volueritis, adsciscetis. Attamen ad commoditatem vestram mihi liceat aliquos praestantes viros, in re sive canonica sive theologica prudentes, vobis proponere, ut eos, si placet, inter vestros Consultores ad-

vuestras súplicas, concede benignamente, que á las sesiones solemnes, asista, como Presidente simplemente de honor, uno de los Eminentísimos Señores Cardenales de la Santa Iglesia Romana.

« A vosotros toca, Padres Reverendísimos, designar á todos los funcionarios de vuestro Concilio, especialmente á los Secretarios. Permitidme, no obstante, que os proponga para sub-secretario á Monseñor Pedro Corvi, que se halla presente. Conociendo plenamente cuanto atañe al Concilio, versado además en los asuntos que se ventilan en las Sagradas Congregaciones Romanas, y en especial en la de Negocios Eclesiásticos Extraordinarios, en la cual desempeña un importante empleo, os podrá prestar útiles servicios. Por lo que toca á los cargos inferiores, como son los de escribientes, ujieres *etcétera*, se podrán conferir, si os parece, á los alumnos más aprovechados de este Colegio Pío-Latino-Americano. Son vuestros súbditos, y cuando vuelvan á sus respectivas diócesis, á ellos también tocará obedecer y sujetarse á vuestros decretos.

« También debe el Concilio tener sus Consultores, así Teólogos como Canonistas; y nombraréis á los que quisiereis. Empero, para facilitar vuestra elección, me permitiréis que os proponga á algunos varones esclarecidos, versados en la Teología y el Derecho canónico, para que los nombréis vuestros Consultores. Ca-

numeretis. Cum praeterea ex iis plerique in plena cognitione versentur consultationum studiorumque Synodi convocationi praemissorum, facile poterunt eas omnes praebere explanationes ac declarationes, quae necessariae vobis atque opportunae, prout occasio ferat, videantur.

« Quibus verbis ad vos habitis, Amplissimi Praesules, quae SSmus Dñus Noster mihi dederat in mandatis explevi, non mediocri affectus animi voluptate, quod mihi licuerit conventui vestro paulisper adesse, vosque breviter alloqui. Velitis modo accepta habere, quae imo ex corde profero, fervida vota et ad Divinam Maiestatem pro felici exitu laborum vestrorum humiliter converto. Nam hodierni conventus solemnitate expleta, a coetu vestro discedens corpore, non discedam spiritu, Deum enixe rogaturus, ut vos ad Eius gloriam, ad Ecclesiae honorem, ad gregum vestrorum emolumenta laborantes, suarum adiuvet copia gratiarum, laboresque vestros cumulate fortunet. Eius caritas in cordibus vestris diffusa augeat patientiam studiumque vestrum, unitatem servet, concordiam foveat: caritas discrepantias vel dissensus, si quos forte in sententiarum diversitate oriri contigerit, humilis ac benigna conciliet. Omnibus demum precibus oro et obsecro Immaculatam Dei Matrem Virginem Mariam, ut huius Concilii vestri patrocinium suscipere clementissi-

si todos tienen perfecto conocimiento de los estudios y conferencias que han precedido á la convocación de este Sínodo, y fácilmente os darán las explicaciones y aclaraciones que os vayan pareciendo oportunas y necesarias.

« Con las palabras que acabo de pronunciar, Ilustrísimos Prelados, he cumplido con la misión que me confiara Nuestro Santísimo Padre; y se ha llenado mi alma de regocijo, porque me ha sido dado asistir, siquiera un momento, á vuestra asamblea y dirigiros breve discurso. Dignaos ahora aceptar los votos fervientes que exhalo de lo más profundo de mi corazón, y elevo humildemente á Su Divina Majestad, por el feliz éxito de vuestras tareas. Al cerrarse esta solemne sesión, corporalmente me alejaré de vuestro Concilio, pero en espíritu no me apartaré de seguro, y rogaré á Dios de todas veras, que os ayude con la abundancia de sus gracias, en vuestros trabajos por Su gloria, por la honra de Su Iglesia y por el bien de vuestros rebaños, y que corone vuestras labores con el más próspero resultado. Su caridad, difundida en vuestros pechos, aumente vuestra paciencia y empeño, conserve la unidad, fomente la concordia: esa misma caridad, humilde y benignamente concilie las diferencias ó disentimientos que pudieren quizá resultar de la diversidad de pareceres. Ruego,

ma velit: adprecor castissimum eius Sponsum Iosephum, gloriosos Apostolorum Principes, ac coelestes Ecclesiarum vestrarum Patronos, ut omnes vobis et laboribus vestris propitii e coelo adsint ».

por último, y rendidamente suplico á la Inmaculada Virgen María Madre de Dios, que se digne en su clemencia tomar este vuestro Concilio bajo su amparo; ruego á su castísimo Esposo José, á los gloriosos Príncipes de los Apóstoles, á los celestiales patronos de vuestras Iglesias, que os miren desde lo alto con ojo propicio, y os asístan en vuestros trabajos ».

Cum Emo Cardinali, praeses fuit huius solemnis sessionis, iuxta normas de mandato Summi Pontificis ab eodem Emo Cardinali exhibitas, Rmus Archiepiscopus S. Iacobi de Chile, senior Archiepiscoporum. Deinde facta est solemnis processio, ut in Caeremoniali, praesidentibus Emo Cardinali Di Pietro et Rmo Archiepiscopo S. Iacobi de Chile. Solemnem Missam cantavit Rmus Archiepiscopus S. Salvatoris de Bahia, Primas in Brasilia. Cantatis postea hymnis et precibus praescriptis, et dicto: *Extra omnes* (id est, qui non habent locum in Concilio), Rmus Archiepiscopus S. Iacobi de Chile praeses effectivus sequentia decreta (quae a Patribus adprobata sunt, servatis ritibus in Caeremoniali praescriptis) promulganda mandavit:

Juntamente con el Eminentísimo Sr. Cardenal, y conforme á las reglas por él mismo comunicadas de orden del Sumo Pontífice, fué presidente de esta solemne sesión el Illmo Sr. Arzobispo de Santiago de Chile, el más antiguo de los Arzobispos. Ambos presidieron la procesión que en seguida se verificó. Cantó la Misa solemne el Illmo Sr. Arzobispo de Bahía, Primado del Brasil. Se cantaron luego los himnos y oraciones prescritas, y habiéndose pronunciado el *Extra omnes* (es decir, salgan los que no tienen lugar en el Concilio) el Illmo Sr. Arzobispo de Santiago de Chile, presidente efectivo, mandó promulgar los siguientes decretos, que fueron aprobados por los Padres, conforme al rito que prescribe el Ceremonial.

I. - *De aperiendo Concilio.*

« In nomine Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

I. - *De la Apertura del Concilio.*

« En el nombre de la Santísima é Individua Trinidad, Padre, e Hijo, y Espíritu Santo.

« Nos Marianus Casanova, Archiepiscopus S. Iacobi de Chile, Praeses et Delegatus Apostolicus, ad maiorem Omnipotentis Dei et Salvatoris Nostri Iesu Christi gloriam, ad Beatissimae Virginis Mariae eiusque castissimi Sponsi S. Iosephi honorem, et ad Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Sanctorumque Americae Latinae Patronorum et Protectorum et omnium Sanctorum laudem, ad Fidei ac Religionis incrementum, ad pacem et concordiam populorum promovendam, statuimus ac decernimus, de consilio et assensu Reverendissimorum Episcoporum eiusdem Americae Latinae, hac ipsa die, dominica SS. Trinitatis, quae vigesima octava est mensis Maii anni 1899, adiutrice divina misericordia, initium fieri atque iam factum esse Concilii Plenarii Americae Latinae, quod a SS. D. N. Leone Papa XIII per Apost. Litteras *Cum diuturnum* diei 25 Decembris 1898 indictum et de Eiusdem SS. D. N. mandato a S. C. Concilii die 7 elapsi Ianuarii pro hac die convocatum et ordinatum fuit. Faxit Deus ut haec Plenarii Concilii inchoatio felix sit ac fausta omnino, et in S. Matris Ecclesiae et civitatum Americae Latinae decus benevertat ».

« Nós, Don Mariano Casanova, Arzobispo de Santiago de Chile, Presidente y Delegado Apostólico, á la mayor gloria de Dios Todopoderoso y de Nuestro Salvador Jesucristo, en honor de la Bienaventurada Virgen María y de su castísimo Esposo S. José y en alabanza de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo, de los Santos Patronos y Protectores de la América Latina y de todos los Santos, para el incremento de la Fe y de la Religión, y con el fin de procurar la paz y concordia de los pueblos, mandamos y decretamos, con el consejo y asentimiento de los Reverendísimos Obispos de la misma América Latina, que este mismo día, Domingo de la Santísima Trinidad, 28 del mes de Mayo de 1899, con el favor divino, se haya de dar, como ya se ha dado, principio á este Concilio Plenario de la América Latina, que fué convocado por Nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII, por sus Letras Apostólicas *Cum diuturnum* de 25 de Diciembre de 1898, y fijado para este día y reglamentado, en virtud del mandato de Su misma Santidad, por la S. Congregación del Concilio, con fecha 7 del próximo pasado Enero. Quiera Dios que el principio de este Concilio Plenario, sea en todo y por todo fausto y feliz, y para bien de la Santa Madre Iglesia y de los Estados de la América Latina.

II. - *Decretum de modo vivendi in Concilio.*

« Quum in memoriam Nobis revocamus illud Spiritus Sancti oraculum, in aedificanda domo, nisi Dominus aedificaverit, in vanum nos laborare; in aggrediendo opere gravissimo, quod intendimus, ad Illum nobis confugiendum est, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit, ad Patrem luminum qui postulantibus sapientiam largitur affluenter, et qui dat velle et perficere pro bona voluntate. Quare, in hoc Concilio Plenario celebrando, non viribus nostris exiguis confisi, sed Dei unius ope atque auxilio freti, supplices ab eo deprecamur, auspice Beata Maria Virgine, ut sedium suarum assistricem Sapientiam mittat, quae Patribus huius Concilii adsit, et cum ipsis laboret. Obsecramus igitur vos Reverendissimos Episcopos, Fratres Nostros, atque in Domino exhortamur ut ad Concilium promovendum egregias vestras dotes, et salutaria consilia, sanctasque preces conferatis: venerabiles quoque Sacerdotes, qui nobiscum congregati sunt, paterno amore per viscera misericordiae Dei obtestamur, ut sacrosanctum sacrificium Deo offerant, vitae sanctitate fidelibus praeluceant, ac sincero studio omnes in unum cooperantes ea omnia praestare satagant, quae ad fidelem Con-

II. - *Del tenor de vida en el Concilio.*

« Llamando á la memoria el oráculo del Espíritu Santo, que nos enseña que, si el Señor no edifica la casa, son vanos los trabajos de quien la construye; al empezar las tareas tan importantes que hemos emprendido, fuerza es que acudamos á Aquél de quien desciende toda dádiva excelente y todo don perfecto, al Padre de las luces, que da á manos llenas la sabiduría á los que la piden, y que concede así el querer como el ejecutar, según su buena voluntad. Por tanto, en la celebración de este Concilio Plenario, no confiados en nuestras fuerzas insignificantes, sino únicamente en el poder y el auxilio de Dios, le suplicamos rendidamente, por intercesión de la Santísima Virgen María, que envíe la sabiduría que asiste á Su trono, para que asista á los Padres de este Concilio y con ellos trabaje. Os rogamos, pues, Reverendísimos Obispos, Hermanos nuestros, y os exhortamos en el Señor, á que en provecho del Concilio contribuyáis con vuestras egregias cualidades, vuestros saludables consejos y vuestras santas oraciones. También, á los venerables Sacerdotes, que se hallan aquí congregados con nosotros, suplicamos con paterno amor, por las entrañas de Jesucristo, que ofrezcan á Dios el incruento

cilii exitum apta et condigna videantur ».

III. – *Decretum de praeiudicio non afferendo.*

« Si cui contigerit in hoc Plenarium Concilium non iure admissum fuisse, vel suo proprio loco non sedere, sententiamve dicere, aut aliud quidpiam agere; vel si forte aliqua ratione, propria alicui privilegia non concedantur, declaramus ac decernimus nullum ipsi ius novum esse ideo acquirendum vel praeiudicium inferendum; omnium enim iura sarta tectaque esse volumus ».

IV. – *Decretum de non discedendo et de secreto servando.*

« Universis qui ad Plenarium hoc Concilium conveniunt, in virtute sanctae obedientiae et sub poenis in iure statutis, praecipimus, ne antequam Synodus ad exitum perducta fuerit, et eius acta subscripta, discedant, nisi ob iustas et rationabiles causas legitimam facultatem recedendi aliquis obtinuerit, et ne secreta ad Synodum spectantia publici iuris faciant ».

sacrificio, que edifiquen á los fieles con la santidad de su vida, y que con ánimo sincero, cooperando todos á una, se empeñen en contribuir con cuanto juzguen conveniente y á propósito, al feliz éxito de este Concilio ».

III. – *Decreto prohibiendo que se establezcan precedentes.*

« Si sucediere que á este Concilio Plenario es admitido alguno que no tiene derecho, ó se sienta en un lugar que no le corresponde, ó da su voto, ó hace cualquiera otra cosa indebidamente; ó si, por el contrario, no se le conceden, comoquiera que sea, los privilegios que le competen, declaramos y decretamos: que no por ello adquiere ningún derecho nuevo, ni se establece un precedente en favor ó en contra; pues queremos que los derechos de cada uno permanezcan intactos é inviolables ».

IV. – *De la residencia y del secreto.*

« A todos los que asisten á este Concilio Plenario, mandamos en virtud de santa obediencia, y bajo las penas esteblecidas por el derecho, que no se ausenten antes de que hayan visto terminarse el Sínodo, y firmado sus actas, salvo que, por causas justas y racionales, obtuviere alguno facultad legítima de partir. De igual manera, mandamos que no se revelen los secretos relativos al Sínodo ».

V. – *Decretum de iudicibus excusationum et causarum personalium in Concilio occurrentium.*

« Ut a Concilio Plenario omnia arceantur, quae unitatem et concordiam turbare aut deliberationis felicem progressum impedire aut quovis modo implicare possent, antiquum Conciliorum usum sequentes, aliquos causarum personalium Iudices, constituere decrevimus, quibus excusationes quae forte praeferendae sunt, aliasque causas diligenter audire et exactius investigare, atque ad Nos referre incumbit, ut de iis cum Patribus iudicemus et definiamus. Huic autem muneri *(nomina habentur supra in elencho pag.* L) praeficimus; quorum duo ad causam quamlibet dirimendam sufficient ».

Facta promulgatione, Rm̃us Praeses, post instantiam Promotoris, sequens edidit decretum:

V. – *De los jueces de excusas y causas personales que ocurran en el Concilio.*

« Para que se evite en el Concilio Plenario cuanto pudiera perturbar la paz y concordia, ó impedir ó de cualquier modo estorbar, la marcha favorable de sus deliberaciones; siguiendo la antigua práctica de los Concilios, hemos decretado nombrar algunos jueces de las causas personales, á quienes incumbe escuchar con diligencia, y, con mayor escrupulosidad, investigar las excusas que se les presenten, y las demás causas, y referirlas á Nós, para que, juntamente con los Padres los juzguemos y pronunciemos nuestra sentencia. Para estos cargos nombramos á... *(se hallan los nombres en la página* L*)*; bastará que dos conozcan en cada causa ».

Hecha la promulgación, el Rm̃o Presidente, á instancia del Promotor, redactó el siguiente decreto.

VI. – *Decretum de professione Fidei.*

« Cum inter omnes pastoralis officii sollicitudines illa potissimum prima esse debeat, ut Fides Catholica, quam Sacrosancta Romana Ecclesia tenet, et quae solidissimo Petrae fundamento nititur, incorrupta in Nostris Civitatibus vigeat et augescat, decernimus et statuimus, ut ab unanimi professione eiusdem fidei, quam salutis humanae initium et fundamentum praedica-

VI. – *Decreto de la profesión de Fe.*

« Por cuanto, entre todos los deberes de nuestro ministerio pastoral, el primero y principal ha de ser que la Fe Católica, que profesa la Sacrosanta Iglesia Romana, basada en la sólida Piedra fundamental, se conserve pura, y se aumente en nuestras Repúblicas, decretamos y mandamos, que con la profesión unánime de la misma Fe, que declaramos ser el principio y fundamento

mus, praesentis quoque Synodi actiones sumant exordium et incrementum. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Idcirco patrum exempla et S. Concilii Tridentini ordinationem pie venerantes, praecipimus, et Revendissimos Episcopos, necnon omnes in hac Synodo congregatos invitamus, ut professionem Fidei secundum formam a Pio Papa IV concinnatam emittant, una cum clausula de Romani Pontificis primatu deque eius infallibili magisterio addenda iuxta Pii fel. rec. Papae IX praescriptum ».

Lecto decreto, ipse Rmus Praeses effectivus Professionem Fidei iuxta formulam Pii IV et Pii IX flexis genibus emisit, ut in Caeremoniali. Deinde singuli Archiepiscopi et Episcopi accesserunt ad Praesidem, et pariter flexis genibus dixerunt: *Ego N. Archiepiscopus* (vel *Episcopus*) *N. recipio, promitto, spondeo, profiteor, detestor, anathematizo, voveo et iuro in formula Professionis fidei modo lecta, singula singulis referendo.* Et imponentes utramque manum super Evangelium, adiunxerunt: *Sic me Deus adiuvet, et haec sancta Dei Evangelia.*

Tandem, indicta secunda Sessione solemni opportuna die habenda, rogatisque Notariis ut acta conficerent, et servato Caeremoniali, post

de la salvación del género humano, se dé principio y vida á los trabajos del presente Sínodo. Porque de corazón se cree para justicia, mas de boca se hace la confesión para salud. Por tanto, siguiendo con piadosa veneración el ejemplo de nuestros padres, y acatando la disposición del S. Concilio de Trento, mandamos, é invitamos tanto á los Reverendísimos Obispos, como á todos los demás miembros de este Sínodo, á que hagan la profesión de Fe, según la forma trazada por el Papa Pio IV, juntamente con la cláusula sobre el primado del Romano Pontífice y su infalible magisterio, que mandó añadir el Papa Pío IX, de feliz recordación ».

Leido el decreto, el mismo Rmo Presidente efectivo, de rodillas, conforme al ceremonial, hizo la profesión de Fe, según la fórmula de Pío IV y Pío IX. Luego se acercaron al Presidente, uno tras otro los Arzobispos y Obispos, y puestos también de rodillas dijeron: Y yo, N. Arzobispo (ú Obispo) de N. *recibo, prometo, ofrezco, profeso, detesto, anatematizo, protesto y juro, refiriéndome respectivamente á cada artículo de la profesión de Fe que acaba de leerse.* Y poniendo ambas manos sobre el Evangelio, añadieron: *Así Dios me ayude y estos santos Evangelios.*

Por último, habiéndose convocado la segunda sesión solemne, para el primer día oportuno, y rogándose á los Notarios que extendieran el

orationem, Emus Cardinalis, qui Sessioni e throno praeerat, solemnem benedictionem impertitus est.

In hac solemni Sessione Rmus Archiepiscopus Montisvidei hunc sermonem ad Rmos Patres habuit:

« Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum..... Legitimum sempiternum erit in cunctis generationibus vestris ».

(*Levit.* XXIII, v. 21).

« Minimus ego Episcoporum, ad Venerabiles Fratres, qui Angelorum vice suis in Ecclesiis diligentissime perfunguntur, atque apostolici muneris sancte et laudabiliter partes implent, verba solemniter facturus, quid dicam, quidve praeloquar, quod ipsi apprime pleniusque non certo dignoscant? Pro vestra ergo benignitate mihi parcite, ausumque indulgete, Eme Domine, Rmi Patres; summo tamen gaudio omnes exultemus, quoniam, Dei misericordia annuente, hic Plenarius Conventus, cui numquam per tot saecula sui generis similis in Ecclesia Dei extitit, suum tandem sortiri potuerit effectum.

« Affulsit enim dies illa optatissima, qua totius Americae Latinae Episcopis concessum est, a longinquis regionibus in unum convenire, ac primum Concilium Plenarium Lacta respectiva, y después de la oración, como prescribe el ceremonial, el Eminentísimo Señor Cardenal, que presidió la sesión desde el trono, dió la bendición solemne.

En esta solemne sesión, el Illmo Sr. Arzobispo de Montevideo (Don Mariano Soler) dirigió á los Rmos Padres el siguiente sermón:

« Y llamaréis este día solemnísimo y santísimo... Estatuto perpetuo será en todas vuestras generaciones ».

(*Levítico*, XXIII, 21).

« Teniendo yo, el menor de los Obispos, que dirigir solemnemente la palabra á los Venerables Padres, que con tanta diligencia hacen las veces de los Ángeles en sus respectivas Iglesias, y santa y laudablemente desempeñam su ministerio Apostólico, ¿ qué diré, que pregonaré, que ellos no sepan mejor y más plenamente que yo? Con vuestra acostumbrada benignidad perdonadme y excusad mi atrevimiento, Eminentísimo Señor, Reverendísimos Padres; pero regocijémonos todos altamente porque, merced á la divina misericordia, este Concilio Plenario, que no ha tenido otro igual en su género, en tantos siglos como ha existido la Iglesia de Cristo, ha podido por fin verificarse.

« Despuntó, por fin, el día suspirado, en que se ha concedido á los Obispos de toda la América Latina, venir de lejanas tierras y reunirse para celebrar en este alma Ciu-

tino-Americanum in hac alma Urbe celebrare. Talis abs dubio huic magno faustissimoque eventui sedes condecebat.

« Istud autem, quonam feliciori omine auspicari possumus, quam si, postquam Omnipotenti Deo, bonorum omnium largitori, sacrificium laudis solemniter immolaverimus, Pontifici Summo, cuius potissimum opera hoc magnum est nobis gregibusque nostris beneficium collatum, maximas, quibus tenemur, ex intimo cordis gratias persolvamus? Quid vero nobis iucundius, quam ut, hac ipsa occasione oblata, sincerissimum nostrae devotionis, grati animi et amoris sensum erga Pastorem Maximum et Apostolicam Sedem imprimis testemur, in hac ipsa Urbe hospites, magnifice, libenterque recepti?

« Hoc muneris nostri debitum eo etiam gaudentius persolvimus, quod nos satis admirari nequimus fortissimum pectoris robur, prudentiam, zelum aeque ac sapientissimam Leonis normam ad universam Dei Ecclesiam tuendam regendamque; cuius quidem inusitata fortitudinis ac sapientiae exempla, vel illi ipsi stupefacti admiratione perspiciunt, qui a catholica Fide dissentiunt. Nosque praeterea, quia suum est quod convenire potuimus, videre debemus quomodo oporteat nos in Domo Dei conversari, quae est Ecclesia Dei vivi (*I. Tim.* 3, v. 15).

« Nam quod praelongo abhinc temporum spatio, Praesules Amplis-

dad el primer Concilio Plenario Latino-Americano. ¡Sin duda que éste era el lugar que convenía á un acontecimiento tan grande y tan fausto!

« ¿Bajo qué mejores auspicios podemos inaugurarlo, que dando gracias de todo corazón, apenas hayamos celebrado el Santo Sacrificio en honor de Dios Todopoderoso, dador de todo bien, al Sumo Pontífice, á quien debemos principalmente este inmenso beneficio en favor nuestro propio y de nuestros rebaños? ¿Qué cosa más dulce que aprovecharnos de esta ocasión para manifestar nuestra sincera adhesión, nuestra gratitud y nuestro amor hacia el Pastor Supremo y la Sede Apostólica, que nos han concedido en esta Ciudad eterna, cordial y espléndida hospitalidad?

« Con tanto mayor regocijo cumplimos con esta parte de nuestro deber, cuanto más admiramos la invicta fortaleza, prudencia, celo, tino y sabiduría con que rige León y gobierna la Iglesia universal. Las pruebas que ha dado de firmeza y doctrina sin igual, han dejado estupefactos, á aquellos mismos que no profesan la Fe católica. A nosotros incumbe además, puesto que á él debemos el habernos podido reunir, el ver de qué manera *conviene portarnos en la casa de Dios, que es la Iglesia del Dios vivo.*

« Lo que hace mucho tiempo, Ilustrísimos Prelados, era de desearse,

simi, in Americae Latinae provinciis maxime optandum erat, ac prae difficultate prope desperandum videbatur, Synodi Plenaria scilicet convocatio Praesulum illarum octodecim Rerumpublicarum; hoc, singulari SSmi D. N. Leonis XIII providentia, hodierna die Bmae Trinitati sacra, promptis et gaudentibus animis aggredimur. Exultat ergo cor nostrum in Domino, et Vos quoque, Venerabiles Fratres, summa perfusos esse laetitia plane non dubitamus, scientes quantum honoris ex coetu isto quotque beneficia esse pro Ecclesiis vestris repetenda.

« Laetissimo hocce die et ipsa tota America Latina congaudet, quoniam a saeculo desideratum, amplissimus scilicet suarum regionum Antistitum omnium sacer Consessus fortunatum nunc denique ab uno sapientissimo Pontifice Leone obtinuerit eventum; sicque in Eius perglorioso diuturnoque Pontificatu nihil iam pro Reipublicae Christianae bono atque salute intentandum Ei superesse videatur. Quam magnificata sunt enim opera magni Leonis! Non est factum tale opus in universis regnis (*Psalm.* CIII, v. 24).

« Haec est ergo dies, quam fecit Dominus; haec illa auspicata dies, albo lapillo vere signanda, qua Ecclesiarum Americae Latinae Pastoribus se coram consalutare post longa saecula pro vice prima per-

y con ardor se deseaba, en las provincias de la América Latina, y que, en vista de tantas dificultades, casi se desesperaba de poder alcanzar, á saber, la convocación de un Sínodo Plenario de los Obispos de aquellas diez y ocho Repúblicas; hoy, día de la Santísima Trinidad, gracias á la singular providencia de nuestro Beatísimo Padre el Papa León XIII, lo emprendemos con presteza y alegría. Nuestro corazón palpita de gozo en el Señor, y no dudamos que vosotros también, Venerables Hermanos, estáis henchidos de alegría, al considerar cuánto honor y cuántos beneficios vais a alcanzar de esta asamblea para vuestras Iglesias.

« En este día faustísimo también se regocija la América Latina toda entera, porque lo que jamás se había verificado, á saber, una santa asamblea de todos los Obispos de sus Estados, debido á la sabiduría únicamente del Pontífice León, es por fin una venturosa realidad; y así, en su gloriosísimo y largo pontificado, parece que ya nada le queda que emprender en provecho y para la salvación de la República Cristiana. ¡*Cuán magníficas son las obras del gran León!* Empresa semejante no se ha acometido en ninguno de los demás reinos.

« Este es el día que hizo el Señor; el día venturoso que debemos señalar con piedra blanca, en que es dado á los Pastores de las Iglesias de la América Latina, reunirse después de tantos siglos y saludarse por

mittitur; haec demum est dies, qua ipsi sancto caritatis vinculo consociati ad ovium sibi commissarum salutem promovendam iunctis animis conveniunt, plaudentibus cunctis, nos ex dissitis terris ad hanc Apostolicam Sedem, propugnaculum fidei, magistram veritatis, catholicae unitatis firmamentum, summa nos alacritate properasse; ac ideo spectaculum facti mundo, et Angelis, et hominibus, prae mirabili Pontificatum inter et Episcopatum unionis vinculo, quam sola nostra praesentia in Urbe patefacit, gentes omnes acclamare compellimus: " Ubi Petrus, ibi Ecclesia ".

« Sed dicam iterum, magnus iste faustusque eventus SSmi Dñi Nostri Leonis Papae XIII ardentissimo est zelo ac in Ecclesiarum regimine sapientiae adscribendus, qui a primordiis sui Pontificatus apostolica sollicitudine ac praeclaro consilio tot beneficia, eaque ingentia tum religioni, tum civili societati est munifice largitus. Nec dubitandum, providentissimum Christi Vicarium feliciorem futurarum rerum ordinem pro civili Christianaque societate proximis temporibus Americae affulgendum divino quodam intuitu praevidisse. Inde Pontificis sollicitudo et curae in hac indicenda Synodo quae, ad fidei ac religionis incrementum, ad pacem et concordiam in populis promovendam, uti

la vez primera. Este es el día, en que ligados mutuamente por el santo vínculo de la caridad, se adunan con unánime propósito para procurar la salvación de las ovejas á su cuidado cometidas; mientras el mundo entero prorrumpe en aplausos, al vernos acudir presurosos, de lejanas regiones, á esta Sede Apostólica, baluarte de la Fe, maestra de la verdad, sostén de la unidad católica; y de esta suerte *poniéndonos como espectáculo al mundo, á los ángeles y á los hombres*, por la admirable unión del Pontificado con el Episcopado, de que nuestra sola presencia en Roma es prueba manifiesta, obligamos á todas las naciones á exclamar: *Donde está Pedro, allí está la Iglesia.*

« Este grande y fausto suceso, lo diré una vez más, se debe al ardiente celo de Nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII, y á su sabiduría en el gobierno de las Iglesias. Él desde los principios de su Pontificado, con solicitud Apostólica y admirable acierto, ha prodigado generosamente beneficios ingentes en favor de la religión y de la sociedad civil. No cabe duda, que el providentísimo Vicario de Cristo, con no sé que instinto divino, preve que muy pronto brillará en América un porvenir más risueño para la Iglesia y para el Estado. De aquí nace la solicitud del Pontífice, y su afán por convocar este Sínodo, que con ansia se deseaba, como el medio más á propósito para el progreso de la fe

maxime conveniens in nobis desiderabatur.

« Et sane, quamvis legitima Concilia, cuiuscumque ea generis existant, religioni atque societati perutilia semper evaserint, huiusmodi tamen Concilii Plenarii utilitatem pro universa America Latina maximam futuram esse, unusquisque facile sibi persuadebit; in illo enim, collatis studiis atque consiliis, ea nos statuere conabimur, quae in Provincialibus ac Dioecesanis deinde Synodis ad maiorem Dei gloriam amplificandam, eiusque Sanctae Ecclesiae causam propugnandam, et spiritualem christiani populi utilitatem promovendam tractanda erunt. Nam in sacro hocce Conventu curas cogitationesque nostras in ea praesertim ineunda consilia impendere debemus, quibus in nostris regionibus cleri disciplina, sanctitas, doctrina, zelus foveri valeat; et in populis curae nostrae commissis, morum honestas, pietas ac solidior santissimae nostrae religionis cognitio promoveri, et mala perniciosa coerceri; sicque, ut patet, populorum tranquillitati et prosperitati, quae catholica religione vel maxime continentur, consulemus. Hincque, Deo benedicente, utilitatem haud exiguam Americae nostrae provinciis futuram confidimus, cum praeteritorum temporum memoria et ipsa aetatis nostrae experientia apertissime ostendant, optatam christianae reipublicae malis plerumque ex Synodis huiusmodi oriri medelam, et

y de la religión, de la paz y de la concordia en nuestros pueblos.

« En verdad, aunque los Concilios legítimamente celebrados, sean del género que fueren, han sido siempre utilísimos á la religión y á la sociedad, no obstante, cualquiera se convencerá fácilmente, de que la utilidad de este Concilio Plenario, será grandísima para la América Latina toda entera; pues en él, uniendo nuestros esfuerzos y proyectos, procuraremos determinar aquellas cosas, que más tarde en los Sínodos Provinciales y Diocesanos deberán tratarse, para la mayor gloria de Dios, la defensa de su Santa Iglesia y el provecho espiritual del pueblo cristiano. Porque, en esta santa Asamblea, debemos dirigir todos nuestros cuidados y afanes, á la discusión de aquellas materias que más hayan de fomentar en nuestras regiones, la disciplina, la santidad, la doctrina y celo del clero; y la moralidad, la piedad, el conocimiento más sólido de nuestra santa religión y la represión de perversas doctrinas en los pueblos á nuestro cuidado cometidos; y de esta suerte, como es evidente, trabajaremos en favor de la paz y prosperidad de los pueblos, que estriban principalmenle en la religión católica. De aquí nace la confianza que abrigamos de que, con la bendición de Dios, resultarán para nuestra América beneficios de no poca cuantía, pues la memoria de los tiempos pasados y la experiencia de los presentes, demuestran

fidem ac pietatem in populis, et ecclesiasticae disciplinae studium ipsumque unitatis spiritum inter ipsos Pastores incrementa suscipere.

« Benedictus, itaque, Deus et Pater Domini Nostri Iesu Christi, qui nos operis sui ministros et Ecclesiae Pastores, Supremi Vicarii sui voce, ad Plenariam Synodum peragendam in unum collegit, ut veritatis et iustitiae iura tueremur et ad cleri populique bonum leges conderemus; siquidem, quamvis humilitatis nostrae conscii simus, illud certe nos recreat, quod ex iis de quibus in Synodo disputabimus, nihil erit vel excogitatum, vel dissertum, sive sancitum, quod ad cleri et ipsius Episcopatus splendorem, ad virtutum incrementum, ad vitiorum extirpationem, ad tranquillum reipublicae ordinem vel maxime non ordinetur; benemerentes igitur de Ecclesia efficiemur et de civili humanaque societate, siquidem religio ad omnia utilis est.

« Sed quid mundus, in tanta illa opinionum varietate, quid de pastoralibus nostris conventibus existimabit? Fortassis steriles formulas et ritus esse dicet, vanas declamationes, consilia inania, sententias demum frugis expertes. Sed istuc nihil nostra refert, quoniam, quam vehementer erret, qui ita opinetur, vel ipsa historia profana demonstrat.

hasta la evidencia, que el remedio deseado para los males que aquejan á la República Cristiana, dimana casi siempre de estos Concilios, y toman grande incremento, la piedad en los pueblos, el fervor de la disciplina eclesiástica, y el espíritu de unión entre los mismos Pastores,

« Bendito sea Dios y el Padre de Nuestro Señor Jesucristo que, con la voz de Su Augusto Vicario, nos ha reunido á nosotros, sus ministros y Pastores de su Iglesia, en Concilio Plenario, para defender los derechos de la verdad y de la justicia, y para promulgar leyes en provecho del clero y del pueblo. Aunque tenemos conciencia de nuestra insuficiencia, nos alienta la confianza que, en las discusiones del Sínodo, nada se pensará, ni se tratará, ni se sancionará, que no tienda al esplendor del clero y del mismo Episcopado, al incremento de las virtudes, á la extirpación de los vicios y á la paz y tranquilidad del Estado; seremos, por tanto, beneméritos de la Iglesia y de la sociedad civil, puesto que la religión para todo es útil.

« Pero ¿qué pensará al mundo, entre tanta variedad de opiniones, acerca de nuestras reuniones pastorales? Las declarará, tal vez, fórmulas y ritos estériles, vanas declamaciones, proyectos inútiles, sentencias sin fruto. Pero esto nada nos importa, porque hasta la historia profana demuestra, cuánto yerran los que de tal manera opinan.

« De rebus omnium altissimis et amplissimis agemus; nobilissima maximeque vitalia argumenta tractabimus, quaeque ad hominem atque societatem pertinent; illos quasi coelestes cardines stabiliemus, in quibus tum singulorum, tum familiae ipsiusque nationis felicitas omnis vertitur atque consistit; quamvis aeternae Sionis, veritatis nempe divinae, conscensa altitudine, minutias istas, quae politicae militantis quaestiones appellantur, ex professo relinquemus, ad altiora petentes. Religio Hominis-Dei, religio omnium saeculorum, cuius causa et creatus est mundus et constat, quaque vera omnium vita continetur; ea ipsa erit in qua omnis nostra consultatio versabitur: illa, inquam, religio, in qua ab undeviginti saeculis mundi spes atque deliciae, cunctarum gentium salus et perfectio fuere repositae. In sanctissimo ergo illius nomine congregati, hoc unum in hac Synodo perfecturi sumus, illa scilicet consilia potissimum inire, concordissimis animis consociatisque studiis, quibus in nostris Dioecesibus sanctae fidei nostrae depositum integrum inviolatumque custodiatur, et catholicae Ecclesiae causa eiusque salutaris doctrina propugnetur, et cleri disciplina sarta tecta servetur et adolescentium clericorum in scientia ac pietate institutioni, neque non christianae utriusque sexus iuventutis educationi consulatur, et morum honestas ac religio, pietas in omnium animis quotidie magis exci-

« Trataremos de las cosas más altas y más sublimes; los asuntos más nobles y vitales, tocante al hombre y á la sociedad, ocuparán nuestra atención; construiremos, por decirlo así, los gonces celestes, con que se abren las puertas de la felicidad á los individuos, á las familias y á las naciones; aunque, por otra parte, volando á las alturas de la Sión celestial, es decir, de la verdad divina, dejaremos, de propósito, esas minuciosidades que se llaman cuestiones de la política militante, alentados por más sublimes aspiraciones. La religión del Hombre-Dios, la religión de todos los siglos, por cuya causa fué creado y subsiste el mundo, y en la cual se encierra la verdadera vida de todos; he aquí cuál será el objeto de nuestras discusiones: hablo de esa religión en que, hace diez y nueve siglos, se cifran las esperanzas y las delicias del mundo, la salud y el progreso de las naciones. Congregados, pues, en su Santísimo nombre, esto será lo único que nos propondremos en este Sínodo, á saber, tomar con unánimes pareceres y perfecta concordia, aquellas determinaciones que sirvan, principalmente, para conservar íntegro é inviolable en nuestras respectivas diócesis el depósito de nuestra santa Fe, para defender los intereses y las saludables doctrinas de la Iglesia católica, para mantener intacta la disciplina del clero, formar en la ciencia y en la piedad á los jóvenes clérigos, proveer á la cristiana

tetur, foveatur; et vitia eliminentur, ac fideles apprime salutifera catholicae doctrinae scientia erudiantur, et concives errantes ad religionis et virtutis semitam reducantur.

« Haec suprema Ecclesiae missio per Pastores, quae si ad spiritualia praecipue dirigatur, ea tamen est Religionis nostrae conditio, ut quamvis ipsa per se salutem animarum directe respiciat, nihilominus temporalem prosperitatem ac veram civilitatem nedum non negligit, sed efficacius gignit ac fovet, uti docet magnus noster Leo ex D. Augustino, " quam si esset parandis vel augendis mortalis vitae commodis et utilitatibus unice nata " (Enc. *Arcanum*). Hinc Ecclesia verae humanitatis auctrix, propagatrix, atque servatrix extitit; legesque fidei tuendae causa ab Ecclesia latae germanae libertati ac civilitati non nocent (Enc. *Libertas*), sed potius malis, quibus moderna societas opprimitur, remedia sola Ecclesia valet afferre (Enc. *Inscrutabili*).

« Et hoc etiam faxit Deus Omnipotens, ut ex hoc nostro Conventu, fraternitatis ac urbanitatis vincula inter Americae Latinae civitates ma-

educación de la juventud de ambos sexos, y fomentar más y más cada día la moralidad, la religión y la piedad en sus corazones; para eliminar los vicios, instruir á los fieles en la saludable ciencia de la doctrina católica, y volver á traer á nuestros conciudadanos descarriados, á la senda de la religión y de la virtud.

« Esta es la sublime misión de la Iglesia por medio de sus Pastores, y si tiende principalmente á lo espiritual, no obstante, es tal la condición de nuestra Religión, que aunque por sí y directamente mira á la salvación de las almas, no desdeña, sin embargo, la prosperidad temporal y la verdadera civilización, sino antes bien, las engendra y fomenta, como enseña nuestro gran León, citando las palabras de San Agustín, más eficazmente *que si hubiera nacido tan sólo para procurar y aumentar las comodidades é intereses de esta vida.* De aquí resulta que la Iglesia es verdaderamente madre, propagadora y salvadora de la humanidad; y que las leyes promulgadas por la Iglesia para defender la fe, no se oponen á la verdadera libertad y civilización: por el contrario, sólo la Iglesia puede poner remedio á los males que aquejan á la sociedad moderna.

« Quiera Dios Todopoderoso, que esta nuestra Asamblea sirva para estrechar, cada día más, los fuertes lazos de fraternidad y cortesía que

gis intima, sincera ac solidiora in dies eveniant: ad quod quidem pro viribus adlaborare nobis sanctum erit et gloriosum; siquidem nihil antiquius, nihil iucundius nobis accidere poterit quam, quidquid amoris pietatisque erga greges nostris inest pectoribus, id significare velimus, dum viribus unitis, pro Deo et pro Patria prospera cuncta, sanctaque optemus et agamus.

« Itaque, Eme Dne, Antistites Amplissimi, talis ac tantae Concilium nostrum futurum esse magnitudinis licet nobis sperare, ut ad Sanctae Sedis et ipsius Americae Latinae decorem et gloriam aureis litteris in historiae paginis eius memoria celebrari mereatur. « Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum... Legitimum sempiternum erit in cunctis generationibus vestris » (*Levit.* 23, v. 21).

« Sed iam huic humili sermoni finem imposituri, Vos, Venerabiles Fratres, invitamus, ut iterum Christi Vicario grates ex animo persolvamus, quod Concilio Plenario celebrando nos ad pontificiam Urbem occurrere permiserit, atque illud amplissimo honore Emi Domini Delegati praesidentiae decoraverit.

« Quapropter Magno Leoni uno ore, unaque mente acclamemus, et Ei omnia fausta, bona cuncta adprecemur. Vivat diu, valeatque, ad catholicam regendam Ecclesiam. Pergat, ut facit, eam suo robore tueri, sua prudentia dirigere, suis

unen á las Repúblicas de la América Latina; el trabajar, con todas nuestras fuerzas, para conseguirlo, será para nosotros un santo y glorioso deber; pues nada puede sernos más dulce y agradable, que probar el paternal amor de nuestros corazones hacia nuestros rebaños, trabajando de consuno por la prosperidad y la gloria de Dios y de la Patria.

« Así, pues, Eminentísimo Señor, Ilustrísimos Prelados, abrigamos la firme esperanza que nuestro Concilio sea tan importante y tan grande, que para gloria y honor de la Santa Sede y de la misma América Latina, podamos, en memoria suya, escribir con letras de oro en las páginas de la historia: *Llamaréis este día solemnísimo y santísimo... Estatuto perpetuo será en todas vuestras generaciones.* (*Levit.* 23, v. 21).

« Antes de terminar este humilde discurso, os invitamos, Venerables Hermanos, á dar nuevamente gracias rendidas al Vicario de Jesucristo, por habernos permitido venir á celebrar el Concilio Plenario en esta Ciudad de los Papas, y nos haya hecho el altísimo honor de delegar á un Cardenal para presidirlo.

« Ea, pues, á una voz aclamemos unánimes al gran León, é invoquemos sobre él toda suerte de dichas y prosperidades. Viva largos años, y concédale el Señor fuerzas para gobernar la Iglesia Católica. Siga, como hasta aquí, defendiéndola con

ornare virtutibus; praeeatque nobis, ut Bonus Pastor, exemplo, oves et agnos coelesti pabulo pascens, aquis divinae sapientiae reficiens. Nam Ille sanae doctrinae magister, Ille unitatis centrum, Ille populis lumen indeficiens ab aeterna Sapientia praeparatum. Ille petra est et ipsius Ecclesiae fundamentum, adversus quod nunquam inferorum potestates praevalebunt. Illum inter tantas molestias, totque labores fronte serena et imperturbato animo sacri muneris partibus fungentem, invictum, sapientem et erectum admiramur. In quibus omnibus, si iustissima gloriandi universae Ecclesiae suppetunt argumenta, cordi nostro novos adiicit gratitudinis et amoris stimulos ardens illud desiderium Patris amantissimi in Americae salutem felicioremque fortunam.

vigor, dirigiéndola con prudencia, adornándola con sus virtudes: guíenos, como Buen Pastor, con su ejemplo, apacentando ovejas y corderos con el celestial alimento; abrevándolos con las aguas de la divina sabiduría. Él es el maestro de la sana doctrina, el centro de la unidad, la luz indeficiente preparada para bien de las naciones por la eterna Sabiduría. Él es la piedra fundamental de la misma Iglesia, contra la cual no prevalecerán jamás las potestades infernales. Entre tantas molestias y tantos trabajos, lo admiramos con la frente serena y el ánimo imperturbable, desempeñando las altas funciones de su sagrado ministerio, siempre invicto, siempre sabio, siempre valeroso. Y si para toda la Iglesia es todo esto un motivo justísimo de gloria, para nuestro corazón es un nuevo estímulo de gratitud y de amor, ese deseo de un Padre tan amoroso, por la salud y prosperidad de la América.

« Deus, itaque, benedicat e coelo sancto suo nostris laboribus, cunctisque studiis et desideriis nostris, ut ea quae ad tutamen et decus Catholicae Ecclesiae, neque non ad reipublicae salutem et incrementum, opere non intermisso peragemus, Is Ipse ad finem optatum perducat.

« Que Dios bendiga desde su cielo sacrosanto nuestras labores, nuestros afanes y nuestros deseos, á fin de que, cuanto vamos á emprender, sin descansar un instante, para la defensa y decoro de la Iglesia Católica, y la salud y progreso del Estado, sea por Él dirigido, hasta llegar al término anhelado.

« Apprime scitis, Vos, Rmi Patres, qua cura, quave vigilantia nobis sit opus, cum nos Dominus super fa-

« Bien sabéis, Reverendísimos Padres, cuánta vigilancia, cuánto cuidado necesitamos, los que hemos

miliam suam constituerit, ut apud nostrarum regionum populos, ea religio, quae est dominantium et subditorum tutela, atque iustitiae et pacis parens simul et nutrix, ob id sit omnibus excolenda, servanda, tuenda.

« Spiritus autem Domini, qui lumen est cordium, et qui superna sua gratia pectora et mentes incendit, Americam nostram replere, et faciem eius renovare ubique dignetur. Et voti quidem nos compotes fore sperare licet, praecipue si Deus omnium precibus exoratus, sapientissimo Pontifici Leoni diuturnam valetudinem et incolumitatem laetissimam plenioremque benigne largiatur, ita ut Ipse in dies vividior Ecclesiae necessitatibus, sicuti meditatur, diu possit occurrere.

« Tibi vero, Eñe Domine, grati animi ergo, omnia etiam fausta, prosperaque e coelo adprecamur.

« Interim, gratia Domini Nostri Iesu Christi, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus nobis nunc et ubique semper. Amen ».

sido *constituidos por el Señor sobre su familia*, para que, en nuestros países, aquella religión que es salvaguardia tanto de los que mandan como de los súbditos, y madre y nutriz de la justicia y de la paz, se cultive por lo mismo, se conserve y se defienda por todos.

« Dígnese el Espíritu del Señor, que ilumina los corazones, y enciende en el pecho y en la mente el fuego de su divina gracia, llenar nuestra América y renovar su faz por todos lados. Tenemos motivos para esperar que nuestros deseos se cumplan plenamente, sobre todo si Dios, escuchando las oraciones de todos, concede benignamente al sapientísimo Pontífice León larga vida, y salud y robustez perfecta, para que, cada día más vigoroso, pueda por mucho tiempo subvenir á las necesidades de la Iglesia en la escala que medita.

« Para vós, Eminentísimo Señor, en prenda de acendrada gratitud, imploramos del cielo toda clase de prosperidades.

« Entretanto, la gracia de Nuestro Señor Jesucristo, y la comunicación del Espíritu Santo sea con todos nosotros, ahora y siempre, y en todas partes. Así sea ».

CONGREGATIO GENERALIS PRIMA.

Feria II, die 29 Maii 1899, hora decima, in Aula Conciliari convenerunt Rmi Patres, praeside Rmo Archiepiscopo S. Iacobi de Chile,

PRIMERA CONGREGACIÓN GENERAL.

El lunes 29 de Mayo de 1899, á las diez de la mañana, se reunieron en el Aula Conciliar los Rmos Padres, bajo la presidencia del Sr.

Delegato Apostolico illius diei. In hac sessione probata fuit Epistola Synodica ad SS. D. N. Leonem PP. XIII, quae subscripta ab omnibus Rm̃is Patribus, totius Concilii nomine deferenda dicta est ad Summum Pontificem per duos Archiepiscopos duosque Episcopos seniores, qui insuper item totius Concilii nomine Rm̃os Cardinales Rampolla Secretarium Status S. S. et Di Pietro S. C. C. Praefectum inviserent. Haud necessaria visa est Rm̃is Patribus electio Vice-Praesidum Concilii, adstante designatione omnium Archiepiscoporum ad successivam praesidentiam cum dignitate Delegati Apostolici de speciali Sanctitatis Suae benevolentia eisdem Archiepiscopis concessa. Electi sunt Secretarii Concilii, dignitate et officio pares, Rm̃i Episcopi S. Ludovici de Potosi et Petropolitanus, quibus per acclamationem adiunctus est uti Sub-secretarius Rm̃us D. Petrus Corvi. Deinde electi sunt Vice-secretarii, Iudices querelarum, Iudices excusationum, Promotores et Relatores. Consultores autem Concilii per acclamationem designati fuerunt. Electio caeterorum Concilii Officialium, Notariorum videlicet, Cursorum et Ostiariorum, commissa est Rm̃o Praesidi et Secretariis. Istorum autem Officialium nomina habentur in *Elencho Officialium Concilii Plenarii* (pag. XLIX). Media hac Congregatione, Rm̃us Praeses, ob male affectam valetudinem abire coactus, rogavit Rm̃um Archiepi-

Arzobispo de Santiago de Chile, Delegado Apostólico para este dia. En esta sesión se aprobó la Carta Sinodal á Nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII que, firmada por todos los Padres, se mandó que llevaran al Sumo Pontífice los dos Arzobispos (de Santiago de Chile y Bogotá) y los dos Obispos (de S. Luis de Potosí y S. José de Costarica) más antiguos, quienes á nombre de todo el Concilio, deberían visitar también á los Señores Cardenales Rampolla, Secretario de Estado, y di Pietro, Prefecto de la S. Congregación del Concilio. No pareció necesaria la elección de Vice-Presidentes, supuesta la designación de todos los Arzobispos á la presidencia por turno, con la dignidad de Delegados Apostólicos, benignamente concedida por Su Santidad. Fueron elegidos Secretarios del Concilio, iguales en rango y en oficio, los Obispos de S. Luis de Potosí y de Petrópolis, á quienes se agregó por aclamación como sub-secretario á Monseñor D. Pedro Corvi. Fueron luego elegidos los pro-secretarios, los jueces de excusas, los jueces de querellas, los promotores. Los Consultores del Concilio fueron nombrados par aclamación. La elección de los demás oficiales del Concilio, á saber, notarios, ujieres y porteros, se encomendó al Presidente y á los Secretarios. Sus nombres constan en el *Elenco de los Oficiales del Concilio* (página XLIX). Hacia la mitad de la

scopum Bogotensem ut locum Praesidis occuparet; et ita factum est. Post horam 12, recitatis precibus, Patres discesserunt.

sesión se vió obligado á retirarse, por enfermedad, el Señor presidente, y rogó al Illmo Sr. Arzobispo de Bogotá que ocupara la presidencia, como lo hizo. Después de las 12, rezadas las oraciones, se levantó la sesión.

CONGREGATIO GENERALIS SECUNDA.

Feria III, die 30 Maii 1899, hora nona, in Aula Conciliari convenerunt Rmi Patres, praeside Rmo Archiepiscopo Bogotensi, Delegato Apostolico illius diei. In hac sessione confirmata fuit designatio Notariorum, de qua actum erat in sessione praecedenti, qui statim ad mensam ipsis paratam accesserunt ad confectionem actorum incipiendam. Deinde res fuit de normis in discussionibus servandis, intuitu tum plenissimae libertatis Patrum circa negotia deliberationibus Concilii proposita vel proponenda, tum circa ordinatum modum earumdem discussionum; unde iterum confirmata fuit et sapienter ordinata a toto Concilio libertas illa discussionum, postulatorum et observationum, quam plenam omnino voluit Apostolica Sedes. Decreverunt Rmi Patres ut Congregationes generales ab hora 9 ad 12 quotidie deinceps pro viribus haberentur, exceptis diebus sessionum solemnium. Non admittendos insuper dixerunt ad congregationes generales Consultores singulorum Episcoporum, cum ad rem sufficiant Consultores totius

SEGUNDA CONGREGACIÓN GENERAL.

El martes 30 de Mayo de 1899, á las 9 de la mañana, en el Aula Conciliar, se reunieron los Padres bajo la presidencia, por delegación Apostólica, del Sr. Arzobispo de Bogotá. Se confirmó en esta sesión la elección de notarios, de que se había tratado en la anterior; y éstos inmediatamente se sentaron á la mesa preparada al efecto, para empezar la redacción de las actas. Tratóse luego del reglamento que había de normar las discusiones, teniendo en cuenta la plenísima libertad de los Padres, tanto acerca de los asuntos ya propuestos, ó que se propusieran á las deliberaciones del Concilio, como acerca del orden de las mismas discusiones; y así quedó confirmada una vez más, y sabiamente reglamentada por todo el Concilio, la libertad en discusiones, postulados y observaciones, que la Santa Sede quiso que fuese plena en todo y por todo. Decretaron los Rmos Padres que en adelante las Congregaciones generales se celebraran, en cuanto fuere posible, todos los días, de las 9 á las 12 de la mañana, con excepción de los días

Concilii in Elencho Officialium descripti; salva tamen eorumdem Episcoporum libertate proprios Consultores in studiis et consiliis circa negotia Concilii adhibendi, sub lege tamen secreti.

de Sesión solemne. Decretaron asimismo que no fuesen admitidos á dichas Congregaciones Generales los Consultores particulares de los Obispos, bastando al efecto los del Concilio en conjunto, cuyos nombres constan en el Elenco; dejando, empero, á los Obispos, la libertad de servirse de sus respectivos consultores en los estudios y juntas acerca de los negocios del Concilio, pero siempre obligándoseles al secreto.

CONGREGATIO GENERALIS TERTIA.

Feria IV, die 31 Maii 1899, hora nona, in Aula Conciliari convenerunt Rmi Patres cum Consultoribus et Notariis, praeside Rmo Archiepiscopo Bogotensi, Delegato Apostolico illius diei. In hac sessione declaratum est posse Episcopos absentium Praelatorum etiam aliarum regionum Americae Latinae observationes et desiderata exhibere cum propriis: unicum tamen unumquemque Patrem votum habere, quamvis propriae vel alienae provinciae absentes Episcopos repraesentet. Et hac occasione meritis laudibus celebrati sunt Metropolitae Guatimalensis et de Plata seu Boliviensis, aliique, legitimis quidem de causis absentes, sed toto corde totaque mente praesentes. Post haec, Rmi Patres incipiendam dixerunt discussionem decretorum iuxta ordinem Schematis. Sed omnibus placuit ut ante omnia decreta, speciale ederetur de consecratione totius Concilii Plenarii

TERCERA CONGREGACIÓN GENERAL

El miércoles 31 de Mayo de 1899, á las nueve de la mañana, se reunieron en el Aula Conciliar los Rmos Padres, con los Consultores y notarios, bajo la presidencia del Sr. Arzobispo de Bogotá, Delegado Apostólico para este día. Se declaró que bien podían los Obispos presentar, juntamente con las propias, las observaciones de los Prelados ausentes, aun de otros países de la América Latina; pero que cada Padre no tendrá más que un voto, aunque represente á otros Obispos ausentes, ya sea de la suya propia ya sea de otra Provincia. Con este motivo, se tributaron merecidas alabanzas á los Metropolitanos tanto de Guatemala como de Bolivia, porque, aunque ausentes por justas causas, se han declarado presentes con el alma y el corazón. En seguida los Rmos Padres resolvieron dar principio á la discusión, en el orden del *Schema* (ó Proyecto gene-

SS. Cordi Iesu et B. M. V. Immaculatae, Americae Latinae Patronae principali, cum invocatione Sanctorum eiusdem Americae Latinae, solemniter peragenda in aula Conciliari, ea ipsa die qua Summus Pontifex Urbem et Orbem dulcissimo Cordi Iesu consecraret. Deinde actum est de primis articulis cap. I tit. I *De Fide et Ecclesia Catholica*, et uberiores praescriptae sunt normae votationum ut, salva libertate discussionum, brevitati pro viribus consuleretur. Sequenti feria V, ob solemnitatem SS. Corporis Christi, non habebitur Congregatio.

ral). Plugo, empero, á todos, que antes de cualquier decreto, se promulgase uno ordenando que se haga solemnemente en el Aula Conciliar la consagración de todo el Concilio Plenario, al Sagrado Corazón de Jesús y á la Purísima Concepción de María, Patrona principal de toda la América Latina, con una invocación á los Santos de la misma América Latina, el mismo día en que el Sumo Pontífice consagrará la Ciudad Santa y el Orbe entero al dulcísimo Corazón de Jesús. Luego se trató de los primeros artículos del cap. 1°. tit. 1°. *De Fide et Ecclesia Cathòlica*, y se prescribieron reglas más circunstanciadas para las votaciones, con el fin de que, dejando á salvo la libertad de las discusiones, se procure, en cuanto sea posible, la brevedad. Mañana jueves, por ser la fiesta de Corpus Christi, no habrá Congregación.

CONGREGATIO GENERALIS QUARTA.

Feria VI, die 2 Iunii 1899, hora nona, in aula Conciliari convenerunt Rmi Patres, praeside Rmo Archiepiscopo Bogotensi, Delegato Apostolico illius diei. In hac sessione actum est de caeteris articulis cap. I tit. I *De Fide et Ecclesia Catholica*, et totum caput primum adprobatum est. Idipsum factum est de articulis cap. II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X, quae cum modificationibus et additionibus a Patribus admissis, exceptis art. 68 et 69

CUARTA CONGREGACIÓN GENERAL.

El viernes 2 de Junio de 1899, á las nueve de la mañana, se reunieron en el Aula Conciliar los Rmos Padres, bajo la presidencia, por delegación Apostólica para este día, del Sr. Arzobispo de Bogotá. Se discutieron los demás artículos del c. 1° tit. I. *De Fide etc.* y quedó aprobado todo el capítulo. Lo mismo se hizo con los artículos de los capítulos II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX y X, que quedaron aprobados con las modificaciones y adi-

speciali studio subiectis pro proxima congregatione, adprobata sunt.

ciones admitidas por los Padres, salvo los artículos 68 y 69, que se reservaron para un estudio especial en la próxima congregación.

CONGREGATIO GENERALIS QUINTA.

Sabbato, die 3 Iunii 1899, hora nona, in Aula Conciliari convenerunt Rmi Patres cum Consultoribus et Notariis, praeside Rmo Archiepiscopo Bogotensi, Delegato Apostolico illius diei. In hac sessione adprobatus fuit textus decreti consecrationis Concilii SS. Cordi Iesu ac B. M. V. Immaculatae, de quo actum est in congregatione tertia. Voluerunt etiam Patres ut, praeter laudatam consecrationem in aula Conciliari peragendam, alia fieret ab Episcopis horis vespertinis in Ecclesia Urbis SS. Cordi Iesu dicata, ad quam instanter invitati erant. Deinde ex art. 68 et 69 modificatis unicus factus est et adprobatus a Patribus. Tandem cap. XI totusque titulus I cum modificationibus et additionibus admissis adprobata sunt. Res fuit postea de cap. I et II tit. II *De Fidei impedimentis et periculis*, quae praeviis modificationibus et additionibus admissis pariter adprobata sunt. Tandem Rmi Patres per acclamationem gratias egerunt Rmo Archiepiscopo Bogotensi, qui sapienti moderatione tot congregationibus, et proprio nomine, et vices agens Rmi Archiepiscopi S. Iacobi de Chile infirmitate impe-

QUINTA CONGREGACIÓN GENERAL.

El sábado 3 de Junio de 1899, á las nueve de la mañana, se reunieron en el Aula Conciliar los Rmos Padres con los Consultores y notarios, bajo la presidencia del Sr. Arzobispo de Bogotá, Delegado Apostólico para este día. En esta sesión se aprobó el texto del decreto de consagración del Concilio al S. Corazón de Jesús y á la Purísima Concepción de María, de que se trató en la 3ª congregación. Resolvieron los Padres que, además de la referida consagración en el Aula Conciliar, hicieran otra los Obispos, esa misma tarde, en la Iglesia dedicada al S. Corazón de Jesus, á la cual habían sido invitados con instancia. Luego, los artículos 68 y 69 modificados se refundieron en uno solo, que fué aprobado por los Padres. Por último, el capítulo XI y todo el título I, con las modificaciones y adiciones aceptadas, quedaron definitivamente aprobados. Se discutieron en seguida los dos primeros capítulos del título II *De Fidei impedimentis et periculis*, y previas las modificaciones y adiciones admitidas, quedaron aprobados. Antes de terminar, los Rmos Padres, por aclamación, dieron las

diti praefuit, planioremque fecit viam tenendam in successiva directione totius Concilii, Praesidentiae iura optima ratione concilians cum plena Patrum libertate, de qua re, mirabili consensione et fraterna dilectione, vel ab ipsa prima congregatione generali solliciti fuerunt omnes Rmi Patres, optimo consilio respondentes menti S. Sedis. Nec minori laude dignus habitus est ipse Rmus Archiepiscopus S. Iacobi de Chile, senior Archiepiscoporum, qui etsi infirma valetudine afflictus, optimis consiliis, diebus suae praesidentiae respondentibus et aliis validum Synodalibus auxilium praestitit.

gracias al Sr. Arzobispo de Bogotá, por haber presidido con tanto tino tantas congregaciones, no sólo á nombre suyo propio, sino haciendo las veces del Sr. Arzobispo de Chile, cuando se ausentó por enfermedad; allanando así el camino á los presidentes futuros, y conciliando perfectamente los derechos de la presidencia con la plena libertad de los Padres; de lo cual, con admirable unión y fraternal afecto, tuvieron todos los Padres especial cuidado desde la primera Congregación general, correspondiendo á maravilla á los deseos de la Santa Sede. No menos digno de alabanza se juzgó al Illmo Sr. Arzobispo de Santiago de Chile, decano de los Arzobispos, quien, á pesar de sus enfermedades, prestó grandes servicios al Concilio durante los días de su presidencia, y aun después, con sus excelentes direcciones.

SESSIO SOLEMNIS SECUNDA.

Dominica, die 4 Iunii 1899, hora nona cum dimidio, in Aula Conciliari convenerunt Rmi Patres cum Consultoribus, Notariis et aliis, praeside ad honorem Emo ac Rmo Cardinali Seraphino Cretoni, a SS. D. N. Leone Papa XIII deputato. Missam celebravit de Spiritu sancto Rmus Archiepiscopus Bogotensis. Post Missam Rmus Archiepiscopus de Linares, novus Praeses, ad altare accessit: ipse pluviali coloris rubri

SEGUNDA SESIÓN SOLEMNE.

El Domingo 4 de Junio de 1899, á las nueve y media de la mañana, se reunieron en el Aula Conciliar los Rmos Padres, con los Consultores, notarios y demás, bajo la presidencia de honor del Eminentísimo y Rmo Señor Cardenal D. Serafín Cretoni, nombrado al efecto por Su Santidad el Papa León XIII. Celebró la Misa de Espíritu Santo el Sr. Arzobispo de Bogotá. Después de la Misa, el Sr. Arzobispo de Linares, nuevo

paratus, caeteri Episcopi coloris albi, omnes mitram susceperunt. Cantatis psalmis et precibus praescriptis in Caeremoniali, dictoque: *Extra omnes*, Promotor instavit pro publicatione decretorum in praecedentibus Congregationibus generalibus adprobatorum, et facta lectione indicis Episcoporum, singulisque Episcopis respondentibus: *Adsum*, lecta sunt e suggestu per nonnullos Episcopos designatos (ne unicus lector nimis defatigaretur) decreta in praecedentibus congregationibus praeparata et probata, decretum videlicet de consecratione Concilii SS. Cordi Iesu et B. M. V. Immaculatae, et omnia decreta tituli I de *Fide et Ecclesia Catholica*. Decreta autem ex Titulo II iam praeparata mandata fuerunt ad proximam Sessionem solemnem. Exquisitis deinde cognitisque sententiis singulorum Patrum, solemniter adprobata sunt omnia decreta perlecta. Post haec, Promotores instantiam fecerunt pro rogandis actis. Tertia Sessio solemnis indicta est ad proximam feriam V. Tandem omnibus rite expletis, Emus Cardinalis Praeses ad honorem solemnem benedictionem e throno impertitus est.

Presidente, se acercó al altar, revestido de capa pluvial encarnada; los demás Obispos portaban capas pluviales blancas: todos ciñeron la mitra. Cantados los salmos y las preces prescritas en el Ceremonial, y habiéndose pronunciado el *Extra omnes*, el Promotor instó para que se publicaran los decretos aprobados en las precedentes congregaciones generales, y habiéndose pasado lista, respondiendo cada Obispo *Adsum* al pronunciarse su nombre, se leyeron desde el púlpito, por varios Obispos sucesivamente (para evitar la excesiva fatiga á un solo lector) los decretos preparados y aprobados en las sesiones anteriores, á saber: el decreto de consagración del Concilio al S. Corazón de Jesús y á la Virgen Inmaculada, y los decretos del título primero *de Fide et Ecclesia Catholica*. Los decretos del título II, ya preparados, se dejaron para la próxima Sesión solemne. Verificada la votación, quedaron solemnemente aprobados por unanimidad todos los decretos que se habían leido. Los Promotores hicieron instancia para que se levantara el acta. Se señaló el próximo jueves para la tercera Sesión solemne. Por último, cumplidas todas las formalidades, el Emo Sr. Cardenal Presidente de honor dió desde el trono la bendición solemne.

CONGREGATIO GENERALIS SEXTA.

Feria II, die 5 Iunii 1899, hora nona, in Aula Conciliari convenerunt Rmi Patres cum Consultoribus et Notariis, praeside Rmo Archiepiscopo de Linares, Delegato Apostolico illius diei. Rmus Archiepiscopus S. Iacobi de Chile rationem reddidit de commissione Episcoporum, qui hesterna die Summum Pontificem adierunt Litteras Concilii deferentes, ac legit scriptum in quo Sanctitati Suae significarunt primam omnium huius Concilii curam fuisse Supremo Ecclesiae Pastori singulorum Patrum devotionem atque observantiam erga Petri Cathedram exhibere; hinc singulos Synodales Apostolicam Benedictionem postulare ut Concilii labores bene procederent. Summus vero Pontifex benigne respondit quantum de iam notis huiusmodi devotionis sensibus laetus esset, ac praecipue de omnium Patrum concordia et unione: multaque in bonum Ecclesiae in tota America Latina ab ipso Concilio sperare. Eidem S. Pontifici aegro animo omnes laturos dixerunt absentiam Rmi P. Llevaneras, ad cardinalatum proxime promovendi, ideoque postularunt ut eius praesentiam in Concilio adhuc permitteret. Summus Pontifex spopondit aliqua Se ratione provisurum. Post haec actum est de commissionibus privatis visitationis Rmorum Patrum infirmorum, de negotiis Collegii Pii Latini

SEXTA CONGREGACIÓN GENERAL.

El lunes 5 de Junio de 1899, á las nueve de la mañana, se reunieron en el Aula Conciliar los Rmos Padres, con los Consultores y notarios, bajo la presidencia, por delegación Apostólica para este dia, del Sr. Arzobispo de Linares. El Sr. Arzobispo de Santiago de Chile, dió cuenta de la comisión de Obispos, que fué ayer á llevar al Sumo Pontífice la Carta del Concilio, y leyó la nota en que manifestaron á Su Santidad, que el primer cuidado de este Concilio ha sido declarar al Supremo Pastor de la Iglesia la adhesión y obediencia de todos y cada uno de los Padres á la Cátedra de Pedro; por lo cual todos los miembros del augusto Senado pedían la Bendición Apostólica para la marcha ordenada de los trabajos Conciliares. El Sumo Pontífice manifestó Su alta satisfacción, por estos sentimientos de adhesión, que ya de antemano le eran conocidos, y sobre todo por la perfecta unión y concordia de todos los Padres; y las grandes esperanzas que, para bien de la Iglesia en toda la América Latina, cifraba en este Concilio. Dijeron al mismo Sumo Pontífice, que todos sentían infinito que el Rmo P. Llevaneras, que iba á ser próximamente elevado al Cardenalato, tuviera por esto que retirarse, y le pedían, por tanto, que no los privara de su presencia en el Conci-

Americani, etc. Tandem facta est discussio cap. III, IV, V, VI tituli II *De Fidei impedimentis et periculis*, quae, peractis modificationibus admissis, adprobata sunt.

CONGREGATIO GENERALIS SEPTIMA.

mares del Brasil y las colinas del Japón se han enrojecido con la sangre de mártires portugueses los unos, de mártires mejicanos las otras, se debe á la solicitud y predicación de nuestros antecesores. Todos ellos alcanzaron el dón del apostolado, y de apóstoles merecieron el nombre. Todos, desviviéndose por la grey á que con toda el alma se consagraban, en los hospitales y asilos, en los hospicios y conventos que fundaron, nos han dejado tales rastros de su caridad ardentísima, que no podrán borrarlos ni las edades más remotas. Muchos, con el cultivo de las letras ó la aplicación á las ciencias, aumentaron el brillo de la dignidad que en ellos resplandecía, y levantaron monumentos tan insignes de una munificencia verdaderamente regia, que ni el tiempo, que todo lo consume, ni las revoluciones, más destructoras que la guadaña del tiempo, han sido capaces de derribarlos. Algunos, juntandos la espada y el bastón con el báculo pastoral, en no reprensible consorcio, gobernaron sabiamente las Iglesias, y los Estados todavía con más acierto, gracias al prestigio que les añadía su doble carácter. Otros, en fin, defendiendo con valor los derechos de la Esposa de Jesucristo, unas veces triunfando, otras sucumbiendo bajo el acero ó las asechanzas de los impíos, legaron á las generaciones venideras la paz y la libertad, compradas aun á costa de la propia vida, sacrificada por sus ovejas.

« Quorum laudes in amplissimo vestro consessu decantaturus, fateor me omnibus artubus contremiscere; non quia de humanitate seu benevolentia vestra diffidere praesumam, sed quia tantae molis ausu me imparem sentio. Nunc primum, a quo tempore Hispani et Lusitani heroes Novum Orbem et Ecclesiae et patriae acquisiverunt, nunc primum dissitarum illarum regionum universi Antistites, in Vaticani Montis fastigio, dexteras iungentes, Orbi veteri (me praecone) enarrare contendunt, quae et quanta per quatuor fere saecula et agere et pati valuerunt, sanctissimi illi viri, Latino ex sanguine creti, quos tot gregibus pascendis Spiritus Sanctus constituit Episcopos. Parcite ergo mihi, Venerabiles Patres, si tam ardui facinoris magnitudine perterritus, gradum in ipso limine sistere videor: attamen, venia vestra, incoeptum aggrediar, et Decessores nostros, quibus pacem ad aras precamur, et Apostolos, et sapientes, et doctores. et martyres, et vere animarum et populorum rectores iure merito nominari et fuisse, pro meis viribus ostendere conabor.

Al aprestarme á cantar sus loores en vuestra nobilísima asamblea, os confieso que todo mi cuerpo se estremece; no porque me atreva á desconfiar de vuestra humanidad ó benevolencia, sino porque no me siento con fuerzas para una empresa de tamaña importancia. Hoy, por vez primera, desde que los héroes de España y Portugal conquistaron el Nuevo Mundo para la Iglesia y para la patria, hoy por vez primera los obispos todos de aquellas apartadas regiones, dándose fraternalmente las manos en la cumbre del Monte Vaticano, se proponen referir al mundo antiguo (sirviéndose de mi humilde palabra) cuántas y cuán grandes fueron las hazañas, cuántos y cuán grandes los sufrimientos durante casi cuatro siglos, de aquellos santísimos varones, todos de la raza latina, que el Espíritu Santo envió como obispos á apacentar tantos rebaños. Perdonadme, por tanto, Venerables Padres, si aterrorizado con la magnitud de tarea tan difícil, me detengo vacilante en los peldaños de esta cátedra. No obstante, pues así lo queréis, acometeré la colosal empresa, y me empeñaré en probar, hasta donde alcancen mis fuerzas, que nuestros predecesores, para cuyas almas imploramos ante el altar el eterno descanso, fueron en realidad, y con justicia son apellidados, apóstoles, sabios, doctores, mártires y hábiles gobernantes de Iglesias y de Estados.

I.

« Mirum sane videtur, Venerabiles Patres, quod vix triginta annis elapsis a die memoranda, qua Ligur ille navita Christophorus Columbus, tribus cymbis (quisnam enim easdem naves diceret?) Oceano lecto, novum Orbem ab undis emergere fecit, Iulius II ad insulas et S. Dominici et Portus Divitis (an. 1512) geminos miserit Episcopos. Nec mora: post septennium (an. 1519) Leonis Decimi iussu, vir sanctissimus Iulianus Garcés ad Iucatanenses appulit oras; et, ultra Tlaxcallam pergens, novae urbis moenium fundamenta ab Angelis ipsis designata iecit, unde illam *Angelopolin* veteres dixere coloni. Nec minus de animarum salute sollicitus Adrianus VI (anno 1522) nimis eheu! pulchram Cubam antistite donavit; et Clemens VII (anno 1527) virum seraphicum Ioannem de Zumarraga, *ex angulo sui Franciscani instituti extractum,* primum Mexicanorum constituit Episcopum, et (1530) Rodericum de Bastida Venezuelae sedi praefecit. Neque Paulus III, longo quindecim annorum pontificatu, gregibus nuper natis providere desiit, quo regnante insignes Guatimalae et Limana, et Quitensis sedes creatae, et viri vere apostolici ad ipsas regendas missi fuerunt. Quid plura? Idem saeculum XVI vix medium iter erat praetergressum, cum et Brasilia et Chilianorum extrema regio suos iam ha-

I.

Increíble parece, Venerables Padres, que no bien habían transcurrido treinta años desde el día inolvidable en que el marino genovés Cristóbal Colón, atravesando el Océano en tres barquillas (¿quién hoy día las llamará bajeles?), hizo brotar de las ondas un nuevo mundo, cuando Julio II envió ya dos obispos á las islas de Santo Domingo y Puerto Rico (en 1512). Pasaron apenas siete años, y (en 1519) por orden de León X arribaba á las playas de Yucatán el varón santísimo Julián Garcés, quien, avanzando más allá de Tlaxcala, echaba los cimientos de una nueva ciudad, trazada por los Ángeles mismos, de donde le vino el nombre de Angelópolis, con que la designaron los antiguos colonos. No menos celoso por la salvación de las almas Adriano VI (en 1522) dió un prelado á Cuba, á quien tan caro había de costar su hermosura; y Clemente VII (en 1527), *sacando* al seráfico varón Juan de Zumárraga *del rincón de su convento franciscano,* lo nombró primer Obispo de Méjico, y elevó á Rodrigo de Bastida (en 1530) á la silla de Venezuela. Paulo III, en su largo pontificado de quince años, no cesó de velar por las recién nacidas greyes; y en su reinado se erigieron las insignes sedes de Guatemala, de Lima y de Quito, y se envió para gobernarlas

bebant Episcopos, et multae aliae minoris ponderis sedes, tam in insulis quam in toto continenti, non amplius ignoto nec inexplorato, et conditae fuerant et augebantur.

« Quid sibi vult, Venerabiles Patres, mirifica haec Ecclesiae operositas nullo alio prorsus aevo superata vel superanda? Omnia quidem in laudem cedere. haud invitus fateor, Summorum illorum Pontificum, domibus Medicea et Farnesia, qui pietati sacerdotii regiam munificentiam et scientiarum, litterarum et bonarum artium studium iungentes, nihil antiquius habebant, quam Christi nomen, simulque avitam urbanitatem, ad ultimas terras extendere. Quorum tamen nobilissima conamina irrita forsan evasissent, nisi (ut verbis laudati Iohannis de Zumarraga utar) divinae Bonitati placuisset, Hispaniarum Regnis adeo celebres praeficere heroas, qui nedum barbaricos enses e medio effugarent, verum sui patrimonii ac vitae prodigi facti, remotissimas et incognitas penetrarent regiones, ac Idololatriae monstro inde sublato, Evangelium vitae, Crucis vexillo hinc inde triumphante, Christianorum magna stipante caterva, late diffuseque plantarent. Quorum cura revera fuit ut omnes gentes eamdem orthodoxam

á varones verdaderamente apostólicos. ¿Para qué insistir en más pormenores? Apenas entrado el mismo siglo XVI en la segunda mitad de su carrera, ya el Brasil y el remoto Chile tenían sus respectivos obispos, y se habían fundado y crecían otras muchas sedes de menor importancia, tanto en las islas como en toda la extensión del continente, ya no desconocido ni inexplorado.

¿Qué significa, Venerables Padres, esta maravillosa actividad de la Iglesia, que en ningún otro siglo ha sido ni puede ser mayor? No tengo dificultad en conceder que todo cede en alabanza de aquellos Sumos Pontífices, oriundos de las familias de los Médicis y los Farnesios, que uniendo á la piedad sacerdotal una munificencia verdaderamente regia, y un grande amor á las ciencias, á las letras y á las bellas artes, nada deseaban con más ardor, que extender hasta los últimos confines de la tierra el cristianismo y la civilización. Pero quizá sus nobilísimos esfuerzos habrían resultado vanos, *si á la divina Bondad no pluguiera* (son palabras textuales del referido Juan de Zumárraga) *poner al frente de los reinos de España á tan famosos héroes, que no sólo arrojaron de su seno las huestes agarenas, sino que, prodigando su patrimonio y sus vidas, penetraron en remotísimas y desconocidas regiones, y desterrando el monstruo de la idolatría, plantaron en toda su extensión el Evangelio*

fidem profiterentur, et universus orbis ad unius veri Dei cultum redigeretur. Ob hoc quippe, innumeras rates maris procellis exposuere; ob hoc regnorum suorum thesauros, nec assem mundani lucri inde sperantes, saepissime proiecerunt. Quorum quidem virtutes Lusitaniae Reges aemulantes, et in Indiis Orientalibus et Sinarum coloniis, et in Occiduis Brasiliae plagis, viros apostolicos Episcopos constitui curaverunt.

« Ne miremini, igitur, Venerabiles Patres, si Petrus Fernandez Sardinha in praedicta Brasilia, et Rodericus Bastida in Venezuela, et Martinus de Calatayud in Columbia, et Hieronymus de Loaysa in Peruvia, et Garzia Diaz in Aequatoriali regione, vere Apostolos se praebuerint, et Pauli vestigiis inhaerentes, *in labore et aerumna, in vigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate*, vitam transegerint. Quod de paucis praedico, de universis Ecclesiarum nostrarum conditoribus dicendum est: quippe qui patriae fines, et arva linquebant paterna, non turpis quaestus causa, sed ut animas Christo lucrifacerent, non ad superbas

de vida, seguidos de numerosas huestes de cristianos, y enarbolando el estandarte de la Cruz, en todas partes triunfante. El verdadero afán de aquellos héroes fué hacer que todas las naciones profesaran la misma fe ortodoxa, y reducir el mundo entero al culto del único Dios verdadero. Con este objeto expusieron incontables bajeles á las tempestades del Océano. Con este fin gastaron mil veces los tesoros de sus reinos, sin esperanza del más insignificante lucro mundano. Imitadores de sus virtudes, también los reyes de Portugal tuvieron cuidado de que se nombraran obispos á varones verdaderamente apostólicos, en las Indias Orientales, en las colonias de la China y en las regiones occidentales del Brasil.

No os asombre, por tanto, Venerables Padres, que Pedro Hernández Sardinha en el mismo Brasil, y Rodrigo Bastida en Venezuela, y Martín de Calatayud en Colombia, y Jerónimo de Loaysa en el Perú, y García Díaz en el Ecuador, se hayan portado como verdaderos Apóstoles, y siguiendo las huellas de San Pablo hayan pasado la vida *en trabajos y aflicciones, en constantes vigilias, en hambre y sed, en frecuentes ayunos, en el frío y la desnudez.* Lo que digo de estos pocos Prelados, debe aplicarse á los fundadores de todas nuestras Iglesias, varones desinteresados, que abandonaban la patria y la paterna heredad, no en busca de torpe

gentes debellandas, sed vineam Domini proprio sanguine, vel saltem sudoribus irrigaturi.

« Unum igitur alterumve laudantes, universos illos viros gloriosos pariter laudamus; omnes simul extollentes, et singulos extollimus. Verumtamen, ne aegre feratis ut de aliquibus praesertim sermonem faciam. Nec enim de rebus a te gestis silere fas esset, Ioannes de Zumarraga, Mexicani Archiepiscopatus et pater et conditor. Mihi te persequi videor per montes et valles, per anfractus et colles, martyrium frustra, errantes oves sub manus quaerentem. Miror te, primum omnium torcularia et typos ad libros excudendos ex Hispali in Orbem Novum trans Oceanum vehentem. Gratias maximas ago Deiparae Virgini, quae te singularibus charismatibus cumulavit; qua duce, prima percelebris Guadalupani Sanctuarii fundamenta iecisti. Obstupesco memorans quot conlegia, quot scholas pro Indis litteris et bonis artibus erudiendis, brevi temporis spatio condideris. Horresco denique referens qua malitia, qua ingratitudine, qua iniuria aevi nostri pseudo-sapientes, te falso accusaverint quod nedum idola everteris, sed aboriginum monumenta, sive stylo exarata, sive affabre sculpta, nescio quo fanatico furore actus combusseris; te, inquam, litterarum et cultorem et patronum, te, et Inganancia, sino con el noble fin de ganar almas para Cristo; no por conquistar soberbias naciones, sino para regar la Viña del Señor con su propia sangre, ó por lo menos con sus apostólicos sudores.

Así, pues, al elogiar á uno ú otro, elogiamos igualmente á todos aquellos gloriosos varones; ensalzando á todos juntamente, ensalzamos á cada uno en particular. Con todo, no llevéis á mal que de algunos haga especial mención. Injusticia, y muy grande, sería el pasar en silencio tus gloriosos hechos, oh Juan de Zumárraga, padre y fundador del Arzobispado de Méjico. Ya me parece que te sigo por montes y por valles, por barrancos y colinas, buscando, sin hallarlo, el martirio; buscando y encontrando las ovejas perdidas. Te admiro por ser el primero que, á través del Océano, llevaste al Nuevo Mundo desde Sevilla las prensas y tipos, y el arte de imprimir. Doy gracias rendidas á la Virgen Madre de Dios, que te colmó de gracias singularísimas, y á cuya voz echaste los primeros cimientos del celebérrimo Santuario de Guadalupe. Me asombra el recordar cuántos colegios, cuántas escuelas para enseñar á los indios las letras y las artes liberales, fundaste en brevísimo tiempo. Me horrorizo, por último, al referir con qué malicia, con cuánta ingratitud y con qué injusticia, te acusan falsamente los mentidos sabios de nuestros días, no sólo de haber

dorum et Hispanorum vere patrem et ducem.

« Quis ex vobis, VV. PP., res pulcherrime gestas ab apostolico viro Bartholomaeo de las Casas, secundo Chiapensi Antistite ignorat? Sacerdotii plenitudine nondum auctus ipse primus, primum in toto Novo Orbe Missae sacrificium litare meruit. Ad episcopalem dignitatem evectus, apud Hispaniae Reges Indorum patronum sese constituit; quorum tanto ardore tantaque facundia causam egit, ut nomen aeternum in universo mundo sibi comparaverit.

« Minus fortasse vobis notus alter Mechoacanensis Antistes, vir venerabilis Vascus de Quiroga. Sicut Ambrosius Mediolanum, sic ille in Novam Hispaniam non ut Episcopus, sed civilis magistratus infula indutus, a Rege missus est; et Ambrosii vestigiis inhaerens, sese non ut iudex, sed ut Episcopus gessit, et Episcopus tandem est consecratus. Errantes tribus in pagos reduxit, humanos mores invexit, singulas artes singulis oppidis assignavit, quas usque in hodiernam diem et exercent et servant. Neophytis ubicum-

destruído los ídolos, sino de haber arrojado al fuego, impelido por no sé qué fanático furor, los monumentos de los aborígenes, sin perdonar valiosos manuscritos ni delicadas esculturas. ¡Y esto lo attribuyen á ti, que cultivaste y protegiste las letras; á ti, que tanto de españoles como de indios, fuiste verdadero padre y maestro!

¿Quién de vosotros, Venerables Padres, no conoce la bellísima vida del apostólico varón Bartolomé de las Casas, segundo Obispo de Chiapas? Antes de ser elevado á la plenitud del sacerdocio, fué el primero que en el Nuevo Mundo tuvo la dicha de ofrecer el primer sacrificio de la Misa. Sublimado á la dignidad episcopal, se declaró patrono de los indios en la corte de los Reyes de España, y abogó su causa con tanto ardor y con tanta elocuencia, que ha alcanzado en todo el orbe eterno renombre.

Acaso os sea menos conocido el segundo Obispo de Michoacán, el varón venerable Vasco de Quiroga. Como Ambrosio á Milán, así fué éste enviado á la Nueva España por el Rey, no en calidad de obispo, sino revestido con la toga de magistrado civil; y siguiendo también las huellas de Ambrosio, se portó, no como juez, sino como obispo, y obispo fué más tarde consagrado. Redujo á poblaciones las tribus errantes, humanizó sus costumbres y asignó á cada pueblo su arte ú oficio, que hasta el día conserva y

que sacramenta propria manu ministrans, lepra quae vulgaris a medicis nuncupatur captus, foeda coram hominibus, pulchra, coram Deo vestigia, angelico vultu ad mortem usque gestavit.

ejerce. Administrando por todas partes los sacramentos, con sus propias manos, á los recién convertidos, contrajo la penosa enfermedad que los médicos denominan *lepra vulgaris*, y llevó hasta la muerte en el rostro angelical sus indelebles huellas, repugnantes á los ojos de los hombres, hermosas á los ojos de Dios.

« De tertio Antistite Limano, plura, VV. PP., vellem vobis praedicare; sed inter Coelites adscitum iustis funebribus laudare non licet. Quomodo vero de sanctissimis nostris Decessoribus sermonem faciens, Beatum Thuribium, apostolicorum virorum et exemplar et prototypum praetermittere possem? Aliquid, igitur, fuerit quodcumque, narrabo; non eum cum caeteris confundens, quos apotheosi dignos nondum Ecclesia censuit, sed ut speculum Pastorum, cuius radiis et fulgoribus quotquot post ipsum venerunt illustrati, tot *Thuribii*, ut ita dicam, effecti sunt, pro viribus ostendens.

Mucho quisiera hablaros, Venerables Padres, del tercer Prelado de Lima; pero no es lícito elogiar en un discurso fúnebre á quien está inscrito en el catálogo de los bienaventurados. ¿Pero cómo, al disertar sobre nuestros santísimos predecesores, podría omitir á Santo Toribio, tipo y dechado de apostólicos varones? Algo, pues, diré, sea como fuere; no por cierto confundiéndolo con aquellos á quienes la Iglesia aún no juzga dignos de la solemne canonización, sino mostrándolo, lo mejor que pueda, como espejo de prelados, cuyos rayos y resplandores de tal suerte circundaron de luz á los que después florecieron, que los transformaron, si así puedo expresarme, en otros tantos *Toribios*.

« Benedicti XIII oraculum beatum Antistitem graphice pingit, Limanam gentem, moribus foede corruptam et superstitionibus inquinatam, in vineam electam, fructibus honoris et honestatis onustam, transformantem; dioecesim et sacram provinciam nudis pedibus lustrantem; synodos, et provinciales et dioecesanas, tenentem: sacris viris et virginibus consulentem; nongenties

La palabra infalible de Benedicto XIII, nos pinta gráficamente al santo Obispo convirtiendo la población de Lima, hasta entonces de costumbres torpemente corrompidas y manchada con mil supersticiones, en viña escogida, cargada de frutos de virtud y honestidad. Nos lo presenta recorriendo descalzo la diócesi y toda la provincia eclesiástica; celebrando sínodos pro-

et amplius millia fidelium chrismate ungentem, inter quos (oh vere fortunate senex!) Sancta Rosa Limana adnumeratur: denique, dum visitationi pastorali operam daret, gravi morbo correptum, et in osculo Christi beatissimam animam efflantem.

« Nonne, VV. PP., hisce sublimibus sermonibus et omnium Decessorum vestrorum effigiem cernitis? Loquere tu de tuis, Beati Thuribii haud indigne successor, Limane meritissime Praesul. Vestros et vos extollite, Brasiliani Pastores, et vos, Aequatorialium montium et fertilis Columbiae decus et ornamentum, et qui Argentini fluminis ad oras, vel in Andium radicibus greges pascitis. Ego quidem de mea Nova Hispania dicam, et ut unum tantum memorem, de apostolicis virtutibus Alphonsi de Haro y Peralta brevem sermonem faciam: qui Mexicanam Metropolin, exeunte saeculo XVIII, plures annos ut Archiepiscopus, aliquo tempore ut prorex prudentissime gubernavit. Ipse non semel, sed decies et septies vastissimam dioecesim a mari usque ad mare perlustravit; undecim millia ex utroque clero virorum, sacerdotio propriis manibus auxit; et quod mirum sane videtur, vicies centena millia fidelium sacro chrismate inunxit. Ergo longo bis centum et sexaginta annorum spatio, primaevus apostolicus spiritus haud certe defecerat, et priscorum virorum et

vinciales y diocesanos; velando por los religiosos y las vírgenes consagradas á Dios; confirmando á más de 900.000 fieles, entre ellos (¡ oh dicha inefable!) á Santa Rosa de Lima, y, por último, acometido de grave dolencia, en medio de los trabajos de la visita pastoral, y exhalando el último aliento en el ósculo del Señor.

¿No es cierto, Venerables Padres, que en este cuadro sublime reconocéis la efigie de todos y cada uno de vuestros predecesores? Habla tú de los tuyos, no indigno sucesor de Santo Toribio, benemérito Arzobispo de Lima. Ensalzad vosotros á los vuestros, brasileños pastores, y vosotros honor y gloria de las montañas del Ecuador y de la fértil Colombia, los que moráis en las márgenes del Plata y los que apacentáis vuestros rebaños al pie de los Andes. Por lo que á mí toca, hablaré de mi Nueva España; y para hacer mención de uno solo, diré cuatro palabras acerca de las apostólicas virtudes de Alonso de Haro y Peralta, que á fines del siglo XVIII gobernó con acierto la metrópoli mejicana, muchos años como Arzobispo, algún tiempo como Virrey. No una sola, sino diez y siete veces recorrió su vastísima diócesi desde el Atlántico hasta el Pacífico; ordenó con sus propias manos á 11.000 sacerdotes de uno y otro clero, y, lo que es en verdad asombroso, confirmó á 2.000.000 de fieles. Véis, por tanto, que en el largo espacio de doscientos sesenta años, el pri-

virtus et gloria in filios filiorum pertransierat.

« Non igitur spes fefellerat Iulianum Garcés, primum Angelopoleos Episcopum, qui ad Paulum III de novellis gregibus scribens, familiaritate quadam filiali Summum Pontificem hortatur ut *Deum imitari, aemulari, comitari* festinet, *cum illum milites suos Apostolos in Indos destinantem ac pene urgentem videat.* Non igitur sese deluserat verba haec, tabulis marmoreis sculpenda, ad eumdem Paulum faciens: « Hoc tibi ipsi in primis persuadeas, Beatissime Pater, velim; ex quo Evangelii veritas in mundum effulgere coepit, post promulgatam per Apostolos, duces ac praeceptores nostros, salutis viam, nihil unquam pensi maioris in Ecclesia extitisse Catholica, quam haec apud Indos talentorum dispensatio ». Neque idem Paulus III, apostolico viro rescribens, nisi prudentissime sese gessit, facilem ad Ecclesias illas condendas, quas altitudo Divini Consilii mirifico modo afferebat, viam sternens et paterna caritate patefaciens.

mitivo espíritu apostólico no había por cierto decaído, y la virtud y la gloria de los ilustres varones de los primeros tiempos habían pasado á los hijos de sus hijos.

Así, pues, no habían salido fallidas las esperanzas de Julián Garcés, primer Obispo de Puebla de los Ángeles, quien escribiendo á Paulo III acerca de las nuevas greyes, exhorta al Sumo Pontífice, con cierta familiaridad filial, *para que se apresure á imitar, á emular y á acompañar á Dios, cuando ve que Su Divina Majestad envía y casi empuja sus milicias apostólicas hacia les Indias.* No habían sido vanas ilusiones las que lo movieron á dirigir al mismo Paulo III estas palabras, dignas de esculpirse en mármoles y bronces: « Quisiera que, ante todo, os persuadierais de ésto, Beatísimo Padre: desde que la verdad del Evangelio empezó á brillar en el mundo, inmediatamente después que los Apóstoles, nuestros guías y maestros, nos enseñaron el camino de la salvación, jamás ha habido tarea de mayor importancia en la Iglesia católica, que esta distribución de sus tesoros entre los indios ». De igual manera Paulo III, en su respuesta al varón apostólico, obró con exquisita prudencia, allanando el camino, abriendo con paterno amor las puertas, y facilitando cuanto podía contribuir á la fundación de aquellas iglesias, que de un modo tan admirable le deparaba la divina Providencia.

II.

« Neque tantum animarum zelo vel apostolicis ardoribus Decessores nostri flagrarunt; sed multi etiam litterarum laude et scientiarum cultu insignes ubique floruerunt. Nemo prorsus ignorat qua vehementia Leonem XIII, Concilii Nostri Auctorem et patronum, verbo et exemplo humaniorum litterarum studium clericis praesertim inculcare; quippe qui nec corporis cruciatibus fractus, nec Ecclesiarum omnium sollicitudine impeditus, et fidibus dulciter canit, et familiares ad modulandum invitat. Ipse Damasum et utrumque Leonem aliosque qui, etiam in Summi Pontificatus apice, Musas coluerunt, quadam memorat voluptate; et de conlegiis et scholis, de bibliothecis et ludis litterariis, Sanctae Sedis iussu, ab Episcopis a fundamentis exstructis, non semel mentionem facit.

« Quod quidem in regionibus nostris facta probavere. Erraret utique qui rudes milites illiteratosque mercatores tantummodo, Hispanorum ducum vestigia secutos putaret. In nova Hispania vix anno trigesimo a veteri eversa, a nova Mexicanorum Urbe condita, Carolus V studiorum Universitatem instituit; quod paulo post pro Limana civitate Philippus II decrevit, utramque Aca-

II.

No sólo se mostraron nuestros predecesores inflamados de celo por la salvación de las almas y ardiendo en fervor apostólico; en todas partes florecieron muchos obispos eminentes por sus letras, y célebres por el cultivo de las ciencias. Nadie ignora con qué vehemencia León XIII, autor y patrono de nuestro Concilio, con la palabra y con el ejemplo, inculca al clero principalmente, el estudio de las letras humanas. No domado por las dolencias corporales, ni oprimido por el cuidado de todas las iglesias, pulsa dulcemente la lira, y convida á cantar á sus predilectos. Recuerda con cierto deleite á San Dámaso, á los dos Leones y á otros que, aun en la cumbre del Sumo Pontificado, cultivaron las musas; y más de una vez menciona en sus augustas letras los colegios y escuelas, las bibliotecas é instituciones literarias, que, por orden de la Santa Sede, han fundado los obispos.

Así lo comprueban los hechos en nuestros países. Erraría grandemente quien juzgara que tan sólo rudos soldados ó mercaderes sin letras vinieron en pos de los conquistadores españoles. En la Nueva España, á los treinta años de haberse construído la nueva ciudad de Méjico sobre las ruinas de la antigua, Carlos V estableció una Universidad. Otro tanto decretó Felipe II para

demiam Clemente VIII confirmante. Mox et Nova Granata, et Aequatoris incolae, et Inferior Peruvia et toto penitus orbe divisi Araucani, et Amazonum orae, et Insulae Oceani ceteraeque regiones in Universitates studiorum, plura monasteria et conlegia, Regia et Pontificia auctoritate, serius ociusve transformavere.

« Neque has Academias magni nominis umbram praeseferre quis existimet. Quo tempore Concilium III Mexicanum habitum fuit, Novae Hispaniae Archigymnasium celeberrimum illud Salmanticense aemulabatur, et Graecae et Latinae litterae florebant, et in pluribus facultatibus plusquam octoginta viri praeclarissimi doctorali laurea fuerant insigniti. Ibi in poetico certamine coram Patribus praedictae Synodi posito, egregium iuvenem fas esset videre, et hostium acies facile sternentem, et omnes sibi lauros, omnes coronas arripientem. Quem non frustra venerandi Praesules alterum Virgilium futurum esse praecinere valuerunt. Omini quidem respondit eventus; ille enim Insulae Portus Divitis duodecimus Episcopus evasit, qui gregem et spirituali alimonia, et propriis facultatibus, et carminibus pascere valuit; ille fuit alter e duobus vatibus veri nominis epicis de quibus Hispania iure merito gloriatur; qui quondam rura et silvas et *Aureum aevum* gracili avena modulatus, paulo maiora *Magnificentiam Mexicanam* versibus

Lima poco tiempo después; y Clemente VIII confirmó la erección de una y otra Academia. La Nueva Granada, luego el Ecuador, el Bajo Perú, el remotísimo Chile, las riberas del Amazonas, las Islas del Océano y las demás regiones, más ó menos pronto transformaron diversos conventos y colegios, en Universidades reales y pontificias.

Y no se crea que estas Academias, de Universidades llevaban sólo el nombre altisonante. En la época del Concilio III mejicano, la de Nueva España podía competir con la célebre de Salamanca; en ella florecían las letras griegas y latinas, y más de 80 varones distinguidos habían recibido el grado de doctor en diversas facultades. En el certamen poético que allí se celebró, en presencia de los Padres de dicho Concilio, habría podido verse á un insigne joven desbaratando sin dificultad las falanges de sus competidores y arrebatando para sí todas las palmas y todas las coronas. No en vano los venerandos Prelados pudieron apellidarlo segundo Virgilio. La predicción no tardó en realizarse, pues llegó á ser el duodécimo Obispo de Puerto Rico, que supo apacentar su rebaño, no sólo con el alimento espiritual, sino con sus propios bienes y sus versos sonoros. Fué uno de los dos poetas épicos, dignos de tal nombre, de que España con justicia se envanece. Al són de la zampoña delicada, cantó primero las

laudans cecinit, denique vero, horrentia Martis arma Christianumque Virum immortali carmine ad astra extollere non timuit: ille fuit Bernardus de Vallebona (seu Valbuena), episcopatus Orbis utriusque decus et ornamentum.

« Saeculo, insequenti, in Australi plaga Gasparus de Villaroel in iure canonico peritissimus floruit, quem omnes fere regiones illae suum merito dicunt; quippe qui in civitate Quitensi natus, in regno Chiliano et in utraque Peruvia episcopatum gessit; et Ulyssipone et Matriti plura volumina edidit, quae tanti viri sapientiam testantur. In eadem Chiliana regione, paucis abhinc annis, Praesul alius a prima virtute non degenerem se monstravit. Quisnam ex vobis, VV. PP., Institutiones Canonicas a praeclaro Antistite de Serena, Iusto Donoso, magno labore exaratas non legit?

« Nonnulli etiam in hac Alma Urbe et facie novistis Clementem Munguia, Mechoacanensem Antistitem, et cum eo familiariter egistis. Etiamsi gratus animus ad laudandum tantum Pontificem non impelleret, coetus nostri decus et honor labia mea aperirent. Orator fuit mirifice facundus, qui saepe ter eodem die de eadem materie conciones habuisse dignoscitur. De re philosophica et de Theologia morali, de

selvas y los campos y *el Siglo de Oro;* celebró luego en versos de mayor brío *La grandeza mejicana*, y, por último, no temió ensalzar hasta los cielos, en inmortal poema, las bélicas hazañas de *Bernardo del Carpio.* Fué Bernardo de Valbuena, honor y gloria del Episcopado de ambos mundos.

En el siglo subsiguiente floreció en las orillas del Pacífico Gaspar de Villaroel, peritísimo en Derecho canónico, á quien no sin razón tienen por suyo casi todas aquellas regiones. Nacido en la ciudad de Quito, fué Obispo en el reino de Chile y en el Alto y el Bajo Perú; y en Lisboa y en Madrid dió á luz muchos volúmenes, que atestiguan la sabiduría de varón tan insigne. En el mismo Chile, hace pocos años, otro Obispo probó con sus obras, que no era indigno de la reputación de sus mayores. ¿Quién de vosotros, Venerables Padres, no ha leído las *Instituciones Canónicas*, con gran trabajo escritas por el preclaro obispo de la Serena, Justo Donoso?

Algunos también en esta alma Ciudad conocisteis personalmente, y aun tratasteis con intimidad, á Clemente Munguía, obispo y después arzobispo de Michoacán. Aunque la gratitud no me moviera á elogiar á tan gran Prelado, abriría mis labios por honra y decoro de nuestro gremio episcopal. Fué orador de una facundia maravillosa, que más de una vez compuso en un día tres sermones sobre el mismo tema. Pu-

iure Canonico et de Rhetorica plura edidit volumina. Et Ecclesiae et patriae amore flagrans, pro utraque et libris editis et gladio verbi decertavit, et tandem pro iustitia et veritate in exilio diem supremum obiit, si tamen exilium Romae ad martyrum cryptas dulcis commoratio potest nuncupari.

« Utinam possem et Hieronymi de Ore, in Peruvia nati, in Chilia Episcopi; et Angelopolitani Ioannis de Palafox, et Brasiliani Romualdi Antonii de Seixas, et aliorum multorum innumera fere volumina inter aerumnas et sollicitudines pastorales exarata prae oculis ponere. Utinam nomina recensere tot optimarum artium patronorum, qui licet ipsi non scripserint, scriptores plurimos et opibus, et praemiis propositis, et stimulis subditis fovere. Primores praestantissimi e Franciscalium et Augustinianorum ac Praedicatorum coetu et e Societate Iesu, qui circa tumulum istum arrectis auribus adstatis! dicite quot e sodalibus, qui in Orbe Novo floruerunt, et Europae et Americae torcularia eruditissimis elucubrationibus sudare fecerunt. Illos nominatim laudare non licet, quia de Episcopis defunctis tantummodo ritus iubet effari; sed quidquid illi de humanioribus litteris et bonis artibus meriti sunt, in honorem cedit Antistitum qui et asceteria fundave-

blicó muchos volúmenes sobre Filosofía y Teología moral, de Derecho canónico y de Retórica. Amante á la par de la Iglesia y de la Patria, combatió en defensa de una y otra, tanto con oportunos libros, como con la espada de la palabra; y, por último, murió en el destierro, á que fué condenado por haber defendido la justicia y la verdad, si es que destierro puede llamarse la dulce permanencia en Roma, entre los sepulcros de los mártires.

Ojalá que pudiera presentaros los incontables volúmenes, ya de Jerónimo de Oré, nacido en el Perú y Obispo en Chile, ya del venerable Obispo de Puebla de los Ángeles, Juan de Palafox, ya del brasileño Romualdo Antonio de Seixas, ya de otros muchos, escritos casi siempre en medio de penas, y de persecuciones, y de trabajos pastorales. Ojalá que pudiera referir los nombres de tantos patronos de las letras y de las artes, que, aunque no hayan escrito ellos mismos, favorecieron á muchos escritores, ya con subsidios pecuniarios, ya ofreciéndoles premios, ya impulsándolos con poderosos estímulos. Eminentes dignatarios de la familias religiosas de Francisco y de Agustín, del Orden de Predicadores y de la Compañía de Jesús, que en derredor de este túmulo os dignáis prestarme atento oído. Decid vosotros, cuántos de vuestros hermanos, que florecieron en el Nuevo Mundo, han hecho sudar los tórculos de

runt, et de religiosa disciplina sollicitos, et de scientiis colendis studiosos sese praebuerunt. Ipsorum virtutis, una mecum, quaeso, praecones estote.

III.

« Iam ad tristem exitum, inter flumina sanguinis, saeculum XVIII tandem pervenerat; et aevum nostrum, omine haud minus infausto, in lucem prodierat. Europa tota, discordiae flammis fere consumpta, ubi haeresis non imperabat, eversas aras, thronos effractos, gentes deletas lugebat. Asia pervetusta, adhuc in tenebris et in umbra mortis misere sedebat, paucis demptis insulis et plagis Hispaniae et Lusitaniae regum ditioni subiectis. Interea, perturbationum ignara, Deo devota, Ecclesiae parens, tota America nostra urbanitatis bonis in pace gaudebat.

Europa y América con sus eruditas lucubraciones. No me es permitido citarlos por sus nombres, porque el rito prescribe que únicamente se pronuncie el elogio de los obispos difuntos; pero toda la gloria que adquirieron en el cultivo de las letras humanas y de las buenas artes, redunda en honor de los prelados, que fundaron los monasterios, y se mostraron solícitos por la observancia religiosa, y amantes del adelanto científico. Ayudadme, os ruego, á pregonar sus virtudes.

III.

Había llegado á su triste fin el siglo XVIII, entre torrentes de sangre, y acababa de nacer el presente, bajo auspicios no menos infaustos. La Europa entera, devorada casi por completo por las llamas de la discordia, en aquellas regiones en que no imperaba la herejía, miraba con dolor altares derribados, tronos hechos pedazos, naciones destruídas. El Asia antiquísima permanecía miseramente sentada en las tinieblas y en las sombras del error, con excepción de las pocas islas y regiones sujetas al dominio de los Reyes de España y Portugal. Entretanto, toda nuestra América, sin conocer revoluciones, consagrada á Dios, obediente á la Iglesia, disfrutaba pacífica y tranquila los beneficios de la civilización.

« Non amplius erat ille Orbis veteribus ignotus, humanis sacrificiis dire foedatus. A mari usque ad mare et a septemtrionibus usque ad extremas australes oras, et moenia surgebant et urbes, incolarum frequentia et aedium amplitudine, Hispaniae et Galliae et Italiae civitates adaequantes. Basilicae auri et argenti splendore praefulgentes, veri Dei Nomen suaviter resonabant. Deiparae Virgini insignia ubique dicata Sanctuaria, de populorum pietate praeclarum reddebant testimonium. Conlegia plurima, academiae, scholae, nosocomia, monasteria, et Pastorum et gregum largitatem decantabant. Itinera per montes quondam impervios magnis sumptibus aperta, rectorum Status (quorum non pauci episcopi fuerant) de gentibus sibi commissis sollicitudinem testabantur. Sed, quod magis est, Christus vicerat, Christus regnabat, Christus imperabat. Haeresi exclusa, Idololatria fere penitus extincta, vix unus alterve dignoscebatur, ex toties centenis millibus qui vastum continentem incolebant, qui nonnisi christianus et catholicus nominaretur.

« Saeculo adolescente, arcana Dei providentia disposuit ut sicut olim Alexandri, et Romanorum, et Caroli

No era ya aquel mundo ignorado de nuestros mayores, y manchado con atroces sacrificios humanos. De un mar á otro mar, y desde las fronteras del Norte hasta el extremo Sur, se alzaban pueblos y ciudades que, por el número de sus habitantes y la magnificencia de sus edificios, competían con las de España, de Francia y de Italia. En basílicas resplandecientes de oro y de plata, resonaban dulces himnos en loor del verdadero Dios. Insignes santuarios dedicados en todas partes á la Virgen Santísima, daban testimonio inequívoco de la piedad de los pueblos. Mil colegios, academias, escuelas, hospitales y conventos pregonaban la generosidad de los Pastores al par que de las ovejas. Caminos abiertos á todo costo á través de montañas, antes intransitables, atestiguaban la solicitud de los gobernantes (entre los cuales no pocos habían sido obispos) por el progreso y bienestar de sus súbditos. Pero sobre todo, Cristo era vencedor, Cristo reinaba, Cristo tenía establecido su imperio. Cerradas las fronteras á la herejía, extinguida la idolatría casi por completo, apenas uno que otro se conocía, entre tantos millones como poblaban el vasto continente, que no profesara la religión cristiana y católica.

Pasados los primeros años del siglo, los arcanos designios de la Divina Providencia ordenaron que,

Magni Imperia, etiam Hispaniae Imperium transoceanicum in plura regna finderetur; et quae coloniae nuncupabantur, in tot respublicas sese constituerunt. Non tamen, ut evenire solet, filiarum in novam vitam ortus, genitricis attulit interitum; quippe quae valida et robusta, universo mundo obstupescente, apparebat, postquam sexdecim natae (oh mira foecunditas!) et ipsae adulta aetate viragines, e domo paterna sese avellere maluerant, et Brasilia soror (ab Hispania iam a Philippi IV temporibus, a Lusitania nuper segregata) se comitem adiunxerat. Quas mater Ecclesia pio sinu fovere non desiit et, quousque licuit, ad coelestia pascua, simul ac ad terrenam prosperitatem, manu ducere laboravit.

« Sed remotas etiam illas plagas studium libertatis invasit; et uti fieri solet, cum libertate licentia et bella plus quam civilia venere. Ibi etiam impietas altaria conata est evertere; et Satanae bene ordinatae phalanges Ecclesiae Sanctae, sive aperte, sive paratis insidiis, bellum indixere. Non tamen dormitabant nec dormiebant Israelis custodes;

como había acaecido con los imperios de Alejandro, de los Romanos y de Carlo Magno, así también ahora el imperio transatlántico de España se dividiera en varias naciones; y las que se denominaban colonias, se constituyeron en otras tantas repúblicas. Mas no sucedió ahora lo que en semejantes casos suele acontecer; y el nacimiento de las hijas á una vida, nueva no produjo la muerte de la madre. Ésta, por el contrario, se presentaba fuerte y robusta á los ojos del mundo estupefacto, cuando acababan de dejar la casa paterna nada menos que diez y seis hijas (¡oh fecundidad asombrosa!) todas ellas en edad madura y con bríos varoniles, y después que el Brasil (separado de España desde el reinado de Felipe IV, y de Portugal últimamente) se había agregado á sus hermanas emancipadas. La Santa Madre Iglesia no cesó de calentar á todas en su materno regazo; y mientras pudo, se esforzó por conducirlas a los celestes verjeles, y juntamente á la prosperidad terrenal.

Mas el ansia de libertad invadió también aquellos lejanos países, y, como suele suceder, la libertad trajo la licencia, y con ella vinieron (según la expresión de Lucano) guerras más que civiles. Allí también intentó la impiedad derribar los altares; y las huestes bien ordenadas de Satanás declararon la guerra á la Santa Iglesia, ya abiertamente,

et ii qui etiam cum his qui oderunt pacem erant pacifici, pro Ecclesiae iuribus fortiter dimicarunt, et pro ovibus, quando opus fuit, animam posuerunt.

« Quos inter haud dubium primum tenes locum, Vitalis Gonçalves de Oliveira, Olindensis Antistes et Martyr, Brasiliae decus, Seraphici Ordinis gloria, et, si addere licet, animae meae dimidium. Mihi videre te videor, adhuc pubescente iuventa, nigris oculis nigroque capillo nigraque barba, capulatorum more promissa, decorum, Ecclesiam primum demirantibus turbis ingredientem. Pulchriorem te memoro hostium latebras detegentem, acies Satanae e Templo eiicientem, Caesaris iram spernentem, et demum catenis vinctum et in carcerem detrusum. Oh beata vincula, oh beata carceris moenia! Dum post annos fere viginti quinque tanti facinoris subit imago, iterum ex oculis dulces labuntur lacrymae, et admiratione affectus, et sancta invidia captus, catenas quas ipse pro peccatis portare non merui, vellem saltem ut martyris reliquias deosculari. Oh vere beate, Antoni Macedo, Parensis et postea S. Salvatoris Antistes, vir docte et egregie, qui easdem partiri dignus es habitus, et qui maximus esses inter Brasiliae mar-

ya tendiéndole lazos arteros. Pero los atalayas de Israel ni dormitaban ni dormían; y los que habitualmente eran pacíficos hasta con los que aborrecían la paz, combatieron heroicamente por los derechos de la Iglesia y, cuando fué preciso, dieron la vida por sus ovejas.

Entre éstos no hay quien te dispute el primer puesto, Vital Gonçalves de Oliveira, obispo y mártir de Olinda, honor del Brasil, gloria del Orden Seráfico, y, si me permitís añadirlo, mitad del alma mía. Paréceme que te estoy viendo hacer la primera entrada á tu Iglesia, por en medio de las turbas que con admiración te contemplaban, en la flor de la juventud, y ostentando tu gallardía, que hacían resaltar tus negros ojos y negra cabellera, y tu negra y larguísima barba de capuchino. Más sublime te presentas á mi memoria, descubriendo las madrigueras del enemigo, arrojando del templo las huestes de Satanás, arrostrando las iras del Emperador y, por último, cargado de cadenas y encerrado en la cárcel. ¡Oh santas cadenas! ¡Oh dichosos muros de la prisión! Cuando después de casi veinticinco años torna á mi mente el recuerdo de tamaño crimen, otra vez ruedan de mis ojos dulcísimas lágrimas, y poseído de admiración y arrebatado de santa envidia, quisiera besar, al menos como reliquias de un mártir, las cadenas que por mis pecados no

tyres, nisi Vitalis Olindensis maior extitisset.

« Nec te silentio praetermittam, vir inter mites mitissime, Ioseph Ignati Checa, qui te Borgiano ex sanguine cretum gloriabaris et Quitensem Archiepiscopatum sapienter regebas. Fata tibi arridere videbantur. Ecclesia et Statu arcto foedere coniunctis, Respublica Aequatorialis sese christianae politiae exemplar praebebat. Sed eheu, inter flores anguis latebat, et ad Religionem delendam, geminas et Reipublicae et Templi columnas proruere Satanae acies statuerunt. Proprio cruore madefactus fortissimus cecidit Dux: te vero, Patrem et Antistitem, ad aras ipsa Parasceves die operantem, in calice salutari, proh scelus! propinatum venenum e vivis abstulit; et una tecum et pax et prosperitas e patria fugerunt. Surgite, VV. PP., et ad martyris tumulum candidos spargite flores.

« Memoria tua erit in benedictione, Bogotensis Antistes, Emmanuel Ioseph Mosquera. Nec vincula sanguinis, nec vis, nec dolus, constan-

fuí digno de cargar. ¡Dichoso tú, en verdad, Antonio Macedo, obispo primero de Pará y luego arzobispo de San Salvador, varón docto y egregio, que mereciste compartirlas, y que serías el primero de los mártires del Brasil, si Vital de Olinda no fuese todavía mas grande!

No dejaré de mencionarte, oh manso entre los mansos, José Ignacio Checa, que te preciabas de ser descendiende de los Borjas y regías sabiamente el arzobispado de Quito. La fortuna parecía sonreirte. Unidos en estrecha alianza la Iglesia y el Estado, la República del Ecuador se gloriaba de ser el modelo de una nación cristiana. Mas ¡ay!, entre las flores se escondía la serpiente, y para destruir la Religión determinaron las huestes de Satanás echar por tierra las dos columnas de la República y del Templo. Revolcándose en su propia sangre, cayó el valeroso General-Presidente; y á tí, oh Padre y Pastor, cuando celebrabas los divinos oficios el mismo Viernes Santo, un veneno propinado ¡qué horror! en el cáliz de salvación, te arrebató de entre los vivos; y juntamente contigo, huyeron de tu patria la paz y la prosperidad. Levantaos, Venerables Padres, y regad con blancas flores deshojadas el sepulcro del mártir.

Bendecida será tu memoria, Manuel José Mosquera, arzobispo de Bogotá. Ni los vínculos de la sangre, ni la fuerza, ni el dolo, que-

tiam et virtutem tuam deflectere valuerunt. Fortiter dimicasti, fortiter cecidisti. Quidnam addere possent labia nostra egregiis laudibus quibus Pius IX te solemniter commendavit? Ipse brachiis protensis et, uti traditio fert, propriis aedibus, te in exsilium coactum expectabat et maximis honoribus augere decreverat; sed aliter fata statuerunt, et prius quam Romam peteres, e Massiliae plagis ad coeleste aulam evolasti.

« Ne aegre feratis, VV. PP., ut etiam Mexicanos meos athletas commemorem. Nec unus fuit Antistes quin impari certamini parem se probaverit. Lazarus de la Garza, uterque Petrus Espinosa et Loza, Carolus Colina et Petrus Barajas, lapidibus obruti et in exilium pulsi, exsultaverunt ut gigantes ad currendam viam; sed omnes supereminet, sicut viburna cupressus, Pelagius Antonius de Labastida, in stadio primus, et utinam in agone novissimus. Laudemus et Sylvestrum Guevara, Antistitem de Venezuela, qui post diuturna bella infeliciter gesta, ad sedandam procellam, novus Ionas, in mare sponte prosiluit. Laudemus et egregium Archiepiscopum Valentinum Valdivieso qui, in Chiliana Republica, primum Marte ancipite, demum ex sententia pugnavit. Laudemus et Guatimalae praeclarum Praesulem Bernardum Piñol y An-

brantar pudieron tu constancia y valor. Como valiente peleaste y como valiente sucumbiste. ¿Qué pudieran añadir nuestros labios á las egregias alabanzas, con que solemnemente te encomió Pío IX? Con los brazos abiertos te esperaba el gran Pontífice cuando fuiste desterrado, y según cuenta la tradición, pensaba hospedarte en su propio palacio del Quirinal, y sublimarte á los más altos honores; pero no lo quiso el destino, y antes que llegaras á Roma, volaste á los celestiales alcázares desde las playas de Marsella.

No llevéis á mal, Venerables Padres, que también consagre un recuerdo á mis atletas mejicanos. No hubo un solo obispo que en la desigual contienda dejara de mostrarse á la altura de su misión. Lázaro de la Garza, los dos Pedros, Espinosa y Loza, Carlos Colina y Pedro Barajas, ya desterrados, ya apedreados, lucharon cual gigantes en el cumplimiendo de sus arduos deberes; pero sobresale entre todos, como el ciprés entre los arbustos, Pelagio Antonio de Labastida, el primero en el estadio, y ojalá hubiera sido el último en la lucha. Alabemos á Silvestre Guevara, arzobispo de Venezuela, que tras largas batallas, sostenidas con adversa suerte, para sosegar la tormenta, saltó espontáneamente, cual otro Jonás, al mar embravecido. Honremos asimismo al arzobispo Valentín Valdivieso, quien en la Repú-

cinena, propter veritatem et iustitiam in insulas Oceani relegatum. Una denique laudatione omnes amplectamur, qui pacem et libertatem, Ecclesiae et successoribus, propria immolatione comparaverunt.

blica de Chile combatió primero con éxito dudoso, y por último obtuvo el triunfo. Veneremos la memoria del ilustre Prelado de Guatemala, Bernardo Piñol y Ancínena, désterrado á las islas del Golfo de Méjico, por haber defendido como bueno la verdad y la justicia. Comprendamos, por último, en un solo panegírico, á todos aquellos que, con el sacrificio de sí propios, alcanzaron para la Iglesia y sus sucesores paz y libertad.

IV.

« Congregatis in Concilio, VV. PP., et priorum Conciliorum meminisse decet, et aliquot saltem e Praesulibus qui ipsis interfuerunt commemorare. Celeberrimas esse inter omnes Toletanas Synodos, in veteri Hispania, nemo prorsus ignorat; quippe quae nedum canones pro Ecclesiarum regimine, sed leges etiam quae Gothorum regnum adhuc adolescens sustentarent, tulerunt. Quod idem de Conciliis et in Nova Hispania et in Peruvia saeculo XVI celebratis praedicare auderem. Testes estis, VV. PP., non pauca ex nostris decretis, hodiernis necessitatibus accommodata, et iterum auctoritate nostra fulcita, cum illis a Beato Thuribio et tertii Concilii Limani Patribus editis, ad unguem concordare. Tertiam pariter Mexicanam Synodum, eodem fere tempore, praeside praeclarissimo viro Petro Moya de Contreras, coactam,

IV.

abundantes frutos de esta caridad con señalado júbilo enaltece Paulo III al decir [1]: « No sin grande y espiritual regocijo de nuestro ánimo, hemos sabido cuantos de los aborígenes de las Indias occidental y meridional, aunque privados de la ley divina, pero por gracia del Espíritu Santo iluminados, han abjurado sus antiguos errores y, abrazados á la verdad de la Católica fe y á la unidad de la Santa Iglesia, desean y se proponen vivir, siguiendo las prácticas de la misma Santa Romana Iglesia » [2]. Y Pio IV expresándose en términos llenos de dulcísima ternura quiso « cobijar aquellas nuevas plantas y regarlas con fecundas lluvias de caridad y de gracias ». Tambien Clemente VIII [3] anheló « regar con suave lluvia de mansedumbre á los primeros convertidos, como á tiernos retoños de reciente cultivo ». Todos los demás Soberanos Pontífices renovaron estos ejemplos de apostólica caridad. « Desde el punto, dice Gregorio XVI [4], que los Romanos Pontífices vieron á la América gimiendo cautiva y á sus moradores sentados en las tinieblas y las sombras de la muerte, al instante extendieron á aquellas dilatadas regiones del orbe descubierto, los Apostólicos cuidados; y aquí derramando portadores de la divina palabra, allá creando nuevas diócesis, con todo linaje, en

[1] Litt. *Altitudo*, kal. Iun. 1537. — [2] Litt. *Licet Ecclesia*, 12 Aug. 1562. — [3] Litt. *Pastoralis officii*, 29 Ian. 1598. — [4] Litt. *Beneficentissimo*, 12 kal. Iun. 1840.

genere, miseros illos homines densissimis errorum nebulis advolutos ad texendum salutis iter adducerent ».

Hac etiam de causa SS. Dominus Noster Leo Papa XIII scribit [1]: « Vocare Indorum genus ad instituta christiana erat profecto Ecclesiae munus atque opus. Quod illa munus statim a principio inchoatum, insistere caritatis tenore perrexit, itemque pergit ». Et subiungit [2]: « Romani Pontifices Decessores Nostri nullo non tempore destiterunt ad Americae culturam novos operarios summittere... qui in iis praesertim locis ubi novi incolae ab Europa commigrantes, nominatim Hispani, domicilium sibi sedemque stabilem collocaverunt, templa excitarunt, monasteria condiderunt, paroecias, scholas aperuerunt, dioeceses ex potestate Summorum Pontificum constituerunt ».

Tanta igitur Romanorum Pontificum sollicitudo, assidui apostolicorum virorum labores et antiqua commigratio incolarum latino ex sanguine genitorum catholicisque ex populis venientium, Americam nostram singulari Dei beneficio crescere fecit in gentem magnam, latinam quidem et catholicam, cuius filii in fide Christi enutriti, educati

suma, de desvelos, de piedad y de esfuerzo, abrieron el camino de la salud eterna á todos aquellos desdichados envueltos en densisimas nieblas de error ».

Magnífico eslabón de esta cadena, y podríamos decir su coronamiento, es el Augusto Pontífice León XIII, que explicando esta materna solicitud escribe [1]: « Era ciertamente deber y empeño propio de la Iglesia atraer la raza Indígena á la vida cristiana. Cuya labor en los principios comenzada, por ley de caridad siguió manteniendo, y todavía ahora mantiene » [2]. Y añade: « Los Romanos Pontífices, Predecesores nuestros, en ningún tiempo dejaron de enviar nuevos operarios que dieran cultura al ancho campo de América.... y estos, sobre todo en los lugares donde los venidos de Europa, en su mayor parte Españoles, pusieron domicilio y asiento fijo, levantaron templos, edificaron monasterios, abrieron parroquias y escuelas y con la autoridad Pontificia formaron Diócesis ».

Tanta solicitud por parte de los Papas, los asiduos esfuerzos de apostólicos varones y la emigración á nuestra tierras de gente latina por la sangre de sus padres y católica en sus creencias, fué especial favor divino que pobló prodigiosamente la América de raza latina y católica, cuyos hijos, amamantados en la fe de Cristo y en ella educados y confir-

[1] Litt. *Quarto abeunte saeculo*, 16 Iul. 1892. — [2] Litt. *Trans Oceanum*, 18 April. 1897.

et obfirmati, multiplicati sunt sicut stellae coeli et velut arena quae est in littore maris. « Ex quo factum est, ait SS. D. N. Leo Papa XIII [1], ut Americae magna pars ab avita religione novorum incolarum et ab origine eorum linguae haberi et dici possit America Latina ».

Hanc autem Americae nostrae Latinae ab ipsa origine inventi novi orbis catholicam constitutionem et mirabilem in vera fide Christi confirmationem, peramantissimum Patrem, Tutorem et Patronum in SS. D. N. Leone Papa XIII praecipua ratione habere laetamur et gratissimo animo confitemur. De qua re Summus ipse Pontifex dulcissimo cordis affectu ita testatur: « Ex quo tempore saecularia sollemnia agebantur quartum, ob memoriam detectae Americae, sedulo cogitare coepimus, qua potissimum via communibus rationibus latini nominis, novum orbem plus dimidia parte obtinentis, prospicere possemus. Optimum autem ad eam rem fore perspeximus, si quotquot essetis ex istis civitatibus Episcopi, consultum inter vos, invitatu et auctoritate Nostra, conveniretis » [2].

mados, luego se multiplicaron como las estrellas del cielo y las arenas del mar. « De ahí nace, observa Nuestro Santísimo Padre León XIII [1], que gran parte de la América por la religión recibida de los nuevos pobladores, y por los orígenes de su lengua, pueda llamarse América Latina y por tal ser tenida ».

Fuerza nos es reconocer, y al hacerlo sentimos el ánimo henchido de gozo y de agradecimiento sumo, que esta formación en la fe de Cristo de nuestra América latina, iniciada ya en los principios del descubrimiento del Nuevo Mundo, y su maravillosa confirmación en los tiempos sucesivos, ha encontrado un amantísimo y especialísimo Tutelar y Patrono en Nuestro Santísimo Padre el Papa Leon XIII. Claro é irrecusable testimonio es de ello, entre otros muchos, el hecho que últimamente ha realizado, y que desde largo tiempo venía acariciando. « Desde los dias, dice, que se celebraba solemnemente el cuarto centenario, en memoria del descubrimiento de la América, embargaba nuestro ánimo el pensar por qué camino podríamos mejor promover el bien común en las naciones latinas, que forman la mayor parte del Nuevo Mundo. Y comprendimos cuán excelente cosa sería que, cuantos sois Obispos de esas Naciones, por Nuestra autoridad convocados os juntaseis en unidad de miras » [2].

[1] Litt. *Trans Oceanum*, 18 April. 1897. — [2] Litt. Ap. *Cum diuturnum* 25 Dec. 1898.

Habetis ergo, fratres et filii dilectissimi, in paternis hisce verbis Pontificis Maximi rationem Concilii Plenarii Americae nostrae Latinae, nec non pastoralium laborum Episcoporum vestrorum in ipso Concilio. « Siquidem, subiungit idem Pontifex, conferendis consiliis sociandisque prudentiae fructibus, quod cuique vestrum usus rerum peperisset, apte per vos provisum iri intelligebamus, ut apud eas gentes, quas idem aut certe cognatum genus coniunctas teneret, unitas ecclesiasticae disciplinae salva consisteret, vigescerent digni catholica professione mores, atque concordibus bonorum studiis Ecclesia publice floreret » [1].

Saluberrimo Romani Pontificis proposito tanta alacritate tantaque concordia responderunt Pastores dioecesium vestrarum, ut Christi in terris Vicarii singularia meruerint laudum praeconia: « Illud etiam magnopere suadebat initum exequi consilium, ait Pontifex, quod vos, sententiam rogati, huiusmodi propositum ingenti cum assensu excepissetis » [2]. Qui auspicato iam adunato in hac Alma Urbe Plenario Concilio, laetabundus Patribus scripsit: « Concilium plenarium vestrum, dudum exoptatum, diutinisque curis dispositum, coactum demum esse et vos iure laetamini et Nos cum maxime gratulamur. Ea-

En estas palabras nacidas del paterno afecto del sumo Pontífice, teneis señalado, Hermanos é Hijos carísimos, la razón del Concilio Plenario de la América Latina y los pastorales trabajos que vuestros Obispos han llevado á cabo. « Pues en verdad, añade Su Santidad, entendíamos que poniendo en consorcio común vuestras luces y los frutos de prudencia que á cada uno da la práctica, surgiría eficaz providencia para que, en pueblos que en linaje y la cuna enlazan, viva también incólume la unidad de la eclesiástica disciplina, reverdezcan costumbres dignas de las católicas creencias, y la Iglesia logre á la pública luz mayor florecimiento por el común esfuerzo de los buenos » [1].

El propósito del Romano Pontífice era señera de fecundos bienes, y los Prelados de vuestras Diócesis respondieron á este llamamiento con tal unión y aplauso, que mereció los encomios del que es en la tierra Vicario de Cristo. « Aconsejábanos también, dice en efecto el Papa, el cumplimiento del propuesto Concilio, la unánime y entera voluntad con que acojisteis nuestro pensamiento, al seros propuesto, y pedido vuestro parecer » [2]. Y congregado ya felizmente en esta Santa Ciudad el Concilio Plenario, escribía rebosando fruición á los Padres: « Con justicia os alegráis y Nós sentimos igualmente complacencia indecible,

[1] Litt. *Cum diuturnum*, 25 Decemb. 1898. — [2] Ibid.

dem autem Nobis vobisque laetitiae capiundae ratio; de coetu enim vestro spem optimam portendimus universi, quod uberrimas utilitates Americae Latinae populis sit pariturus. Qua quidem spe eo Nos firmius tenemur quod et alacritatem perspeximus, qua, licet tam longe dissiti, Romam quisque vestrum libens convenit; et concordiam summam mirati sumus, qua, diversitate posthabita, operam laboremque Concilii tractationibus unanimes impenditis » [1].

Sed iam de rebus in ipso Plenario Concilio a nobis gestis sive de synodalibus editis praescriptionibus vobiscum agere, filii dilectissimi, dulce foret, nisi id prohiberet ratio definitivae approbationis seu revisionis actorum conciliarium, Summi Pontificis magisterio et auctoritati a nobis, ut par est, subiectorum. Vobis tamen interim intelligere licet generalem rationem actionum nostrarum. « Egimus, ut verbis utamur Patrum Concilii Provincialis Senarum, egimus rebus omnium altissimis atque amplissimis, quibus humana mens et ratio occupari unquam possit; tractavimus nobilissima maximeque vitalia argumenta, quae ad hominem et ad societatem

de ver al cabo comenzado ya vuestro Concilio Plenario, tanto tiempo deseado y con tan largos desvelos preparado. Una misma para Nós y para vosotros la razón de alegrarnos, pues de vuestra reunión abrigamos todos alta esperanza, de abundantísimo provecho que ha de acarrear á los pueblos todos de la América latina. Es en Nós tanto más firme y honda esa esperanza, que hemos podido medir la generosa disposición que revela vuestra venida, á pesar de la larga distancia, y hemos podido admirar la incomparable concordia con que, orillando cualquier discrepancia, aportáis á los asuntos del Concilio vuestra labor y vuestros esfuerzos » [1].

Pero viniendo ya á los hechos del Concilio, ó sea á las sinodales resoluciones emanadas, fuéranos dulce, amadísimos Hijos, abrir con vosotros el ánimo acerca de ellas, si no nos lo prohibiera el estar aún pendiente de la autoridad y supremo Magisterio del Sumo Pontífice, á quien, como era de nuestro deber, sujetamos los actos todos del Concilio, su aprobación definitiva. Sin embargo, esto no priva de que, entretanto, os podamos dar á entender la razón general de nuestros actos. « Nos hemos ocupado, diremos valiéndonos de las palabras de los Padres del Concilio Provincial de Siena, de lo más elevado y soberano que pueda nunca ocupar hu-

[1] Litt. *Concilium Plenarium.* 23 Iun. 1899.

CENTRO UNIV. ASSUNÇÃO

pertinent; illos quasi coelestes cardines spectavimus, in quibus quum singulorum, tum familiae ipsiusque nationis felicitas omnis vertitur atque consistit » [1].

Et quamvis longe dispari ratione, nobis tamen usurpare fas est verba Pii IX in Litteris Apostolicis indictionis Concilii Vaticani: In hoc Concilio « ea omnia accuratissimo examine sunt perpendenda ac statuenda, quae hisce praesertim asperrimis temporibus maiorem Dei gloriam, et fidei integritatem, divinique cultus decorem, sempiternamque hominum salutem, et utriusque Cleri disciplinam, eiusque salutarem solidamque culturam atque ecclesiasticarum legum observantiam, morumque emendationem, et christianam iuventutis institutionem, et communem omnium pacem et concordiam in primis respiciunt. Atque etiam intensissimo studio curandum est, ut, Deo bene iuvante, omnia ab Ecclesia et civili societate amoveantur mala, ut miseri errantes ad rectum veritatis, iustitiae salutisque tramitem reducantur, ut vitiis erroribusque eliminatis, augusta nostra religio eiusque salutifera doctrina ubique terrarum reviviscat et quotidie magis propagetur et dominetur; atque ita pietas, honestas, probitas, iustitia, caritas, omnesque christianae virtutes cum mamano entendimiento; hemos tratado de los más nobles y más vitales asuntos que conciernen al hombre y á la humana sociedad, de los celestes polos en que descansa y se mantiene la felicidad del individuo, la de la familia y de la nación » [1].

Y aunque desigual la comparación, todavía nos es lícito repetir las palabras de Pío IX en las Letras Apostólicas convocatorias del Concilio Vaticano: En este Concilio « con cuidadoso examen ha de pesarse y resolverse cuanto, principalmente en estos tan dificultosos tiempos, atañe á la mayor gloria divina, á la integridad de la fe, al decoro del culto divino, á la eterna salud de los hombres, á la disciplina de uno y otro clero, á su sana y sólida cultura, al cumplimiento de las leyes eclesiásticas, al encauce de las costumbres, á la formación cristiana de la juventud y á la paz común. No menos se ha de velar con sumo celo que, con el favor divino, de la Iglesia y de la sociedad civil sean alejados los males; que tantos infelices descaminados vuelvan á la senda de la verdad, de la justicia y de la eterna salud; que se corten tantos vicios y errores, y que en todo el orbe reviva y se extienda y domine nuestra santa religión y su sana doctrina, á fin de que, para sumo provecho de la humana sociedad, por todas partes retoñen y florezcan la piedad, la honestidad,

[1] Epist. PP. Conc. Prov. Senarum an. 1850.

xima humanae societatis utilitate vigeant et efflorescant » [1].

Haec omnia, divino freti auxilio, ad praxim deducere curavimus et sub umbra Basilicae Principis Apostolorum pro viribus perficere, firma spe sperantes quod Deus, qui mirabile opus Concilii Plenarii misericorditer incoepit, fructus etiam eiusdem Concilii uberrimos facturus sit. Quam quidem spem dulcissimo et benignissimo pectore fovet Pontifex Maximus, qui ipsis durantibus conciliariis actionibus nos omnes verbis istis confortare dignatus est: « Accedit porro ad fiduciam Nostram firmandam studium et obsequium in Apostolicam Sedem, quae in ipso Concilii exordio testari placuit, datis ad Nos litteris officii observantiaeque plenis. Ex qua profecto coniunctione vestra cum Cathedra Beati Petri amplissima divinae gratiae subsidia coetui vestro demeretis, ut quae secundis adeo auspiciis sunt coepta, secundissimis etiam eventibus absolvantur » [2].

Saluberrima autem haec atque strictissima coniunctio cum Apostotica Sede, tantorum bonorum auspex, ab ipsa constitutione chri-

la integridad de costumbres, la justicia, la caridad y las demas virtudes cristianas » [1].

Todas estas cosas ha sido nuestra mira llevar á la práctica, apoyados en el divino auxilio, y pedida la protección del Principe de los Apóstoles; y perfeccionarlas según nuestro alcance, teniendo con segura esperanza que Dios que á la obra de nuestro Concilio Plenario misericordiosamente puso la mano en sus comienzos, había de hacer copiosísimos sus frutos. Esta misma esperanza siente con dulce y benigno afecto el Augusto Pontífice que, durante los trabajos conciliares, se dignó hacer llegar á nuestros oídos palabras de aliento. « Viene también á confirmar nuestra confianza, nos escribió, el amor y reverencia á la Sede Apostólica que en el principio mismo del Concilio os complacisteis en demonstrar, con letras á Nós dirigidas, llenas de respeto y devoción. Y ciertamente, esta vuestra adhesión á la Cátedra de San Pedro, no puede menos de ser para vuestra reunión segura prenda de largos favores de la divina gracia, á fin de que lo comenzado con tan prósperos auspicios, con éxito mas próspero aún, llegue á su cabo » [2].

Unión tan estrecha y fecunda con la Apostólica Sede, augurio de tantos bienes; ya desde los primeros dias de la formación cristiana de

[1] Bulla indict. Conc. Vaticani *Aeterni Patris*, 3 kal. Iul. 1868. — [2] Litt. *Concilium Plenarium*, 23 Iun. 1899.

stiana Americae Latinae singulari ratione quasi patrimonium gentis nostrae habita est. Et ideo populi nostri in Petra solidati semper firmiter steterunt, omnesque impiorum et acatholicorum insidias devitarunt. Unde ab ipsis primordiis Concilii Petrum adivimus, in Leone XIII viventem, Eique toto cordis affectu diximus: « Episcopi Ecclesiarum Americae Latinae, Plenario Concilio hesterna die rite auspicato, unanimi consensu emisere votum sese sternendi ad Pedes Sanctitatis Tuae, petituri Apostolicam Benedictionem antequam negotiis in Concilio tractandis manus admoveant. Antistites Americae Latinae iure gestiunt grati animi sensus iterare Sanctitati Tuae ob curam praecipuam quam ostendit erga ipsorum Ecclesias; maximeque gaudent quodremotis ac superatis omnibus quae, cumque obstare videbantur, potuerint consiliis Sanctitatis Tuae sapientissimis respondere, atque ita haud mediocre solatium afferre Patri amantissimo, seque instrumenta fieri quodammodo novae addendae laudis Pontificatui Tuo, iam plane glorioso, quod primum nunc viderit collectum Plenarium Concilium ex Latinis Ecclesiis Americae. Quod vero locum habendo Concilio Romam Episcopi elegerint, illud etiam prae oculis habuerunt ut obsequii testimonium Apostolicae Sedi peculiare exhiberent, ut Sanctitati Tuae ipse se sisterent, ut ad Apostolorum sepulcra eam sapientiam

la América latina fué particular patrimonio de nuestra raza. Este arraigamiento en la Piedra de la Iglesia mantuvo firmes á nuestros pueblos á través de innumerables riesgos y los sacó siempre vencedores de las asechanzas de los impíos y herejes. El recuerdo vivo y el sentimiento profundo de esta tradición fué nuevo estímulo, que impulsó á todos los Padres en el instante mismo de abrir el Concilio, á postrarse delante de Pedro en su Augusto Sucesor León XIII, y con todo el afecto de nuestra alma le dijimos: « Los Obispos de las Iglesias de la América Latina, abierto debidamente el Concilio Plenario en el día de ayer, por unánime consentimiento acordaron postrarse á los pies de Vuestra Santidad, para pedir su Apostólica Bendición, antes que pongan sus manos en los asuntos del Concilio. Estiman necesario reiterar á Vuestra Santidad sus afectos de agradecimiento por el desvelo, que en favor de nuestras Iglesias ha desplegado; y á la vez siéntense forzados á demostrar su señaladísima satisfacción, porque, vencidos todos los obstáculos, que parecían oponerse, pudieron responder á los sapientísimos consejos de Vuestra Santitad, cabiéndoles con esto la dicha de ser parte en acrecentamiento de solaz de tan amante Padre, y ser en alguna manera instrumentos de nuevo esplendor, para un Pontificado ya tan glorioso, al verse por vez primera reunido un Concilio Plenario de todas

haurirent, qua magis idonei efficerentur in iis decernendis quae ad rem catholicam in suis regionibus provehendam apprime pertinerent » [1].

Mirabilis quidem Pontificis dignatio! De ipso Concilii celebrandi proposito Episcoporum Americae Latinae sententiam rogat. Episcopi *ingenti cum assensu* propositum excipiunt. Optionem deinde Episcopis facit ut eligerent locum, ubi id habendum esse Concilium videretur: quorum maxima pars libentius Romam designavit, « ob eam quoque causam, ait S. Pontifex, quod pluribus vestrum expeditior huc pateret aditus, quam propter difficillima istic itinera ad longinquam aliquam americanam urbem. Huic declarationi sententiae vestrae, quae non leve habebat indicium amoris in Apostolicam Sedem, fieri non potuit, quin magna a Nobis comprobatio accederet » [2].

Per ipsam insuper Sacri Palatii Apostolici administrationem, coa-

las Iglesias de la América Latina. Y al escoger los Obispos á Roma para lugar del Concilio, no eran otros sus fines, sino el de tributar á la Silla Apostólica el testimonio de su devoción, postrarse á los pies de Vuestra Santidad, y beber en los sepulcros de los Apóstoles, aquella sabiduria que les diera mayor idoneidad para juzgar de cuanto al fomento de la vida católica en sus regiones concierne » [1].

¡ Qué admirable dignación la del Pontífice! Acerca del concebido proposito de celebrar el Concilio pidió primero el parecer de los Obispos de la América Latina. Acogido por estos con *universal y entero asentimiento,* aún se dignó dejar en sus manos la opción del lugar para la celebración del Concilio. En su gran mayoría, con marcada complacencia, escogieron á Roma « entre otros motivos, dice el Papa, porque á muchos de vosotros es más fácil la venida á esta Ciudad, que el traslado á cualquier otra lejana de la propia América, por razón de lo dificultosísimos que son allí los caminos. Esta manifestación de vuestros deseos, que era además no pequeño indicio de vuestro amor á la Silla Apostólica, no podía menos de obtener Nuestra plena aprobación » [2].

Mas queriendo todavía el bondadoso Pontífice dar una última prueba

[1] Litt. PP. Concilii Plenarii ad SS. D. N. Leonem Pp. XIII, 29 Maii 1899. — [2] Litt. *Cum diuturnum*, 25 Decemb. 1898.

diuvantibus Patribus e Societate Iesu amplissimi Collegii Pii-Latini-Americani, materialem Concilii celebrationem munificentissime praeparandam decrevit ipse Pontifex providentissimus. Nonnullos etiam Consultores, ex Sacris Congregationibus assumptos, Concilio concessit, ut eorum opera, quatenus et quoties Patribus libuerit, liberrime uteretur. Ad maiorem autem splendorem sessionum solemnium, integrum Collegium Magistrorum Apostolicarum caeremoniarum moderandis liturgicis actionibus addixit.

Denique, inter alia pontificiae benevolentiae testimonia Concilio nostro Plenario exhibita, gratissimo animo commemoranda est designatio nonnullorum Eminentissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, qui, salva in omnibus praesidentia effectiva Archiepiscoporum, tamquam Praesides *ad honorem*, solemnes sessiones sua praesentia illustrarent; ipsosque Archiepiscopos Praesides Delegati Apostolici honore decoravit. De qua re speciales gratias ipsi Pontifici vel a primordiis Concilii hisce verbis exhibendas censuimus: « Iidem Antistites (Patres Concilii) gratias Sanctitati Tuae agunt maximas, quod hoc benevolentiae testimonio eos fuerit

de su desvelo y cariño por nuestra obra y de su munificencia, ordenó que la administración de los Sagrados Palacios Apostólicos, auxiliada por los Padres de la Compañía de Jesús del vastísimo Colegio Pío-Latino-Americano, se encargara de la disposición de todas las cosas materiales que eran necesarias para la celebración del Concilio. Concedió además que libremente pudieran valerse los Padres para los trabajos del Concilio, siempre y cuando fuera su voluntad, de los Consultores mismos de las Sagradas Congregaciones Romanas. Y para el mayor esplendor de las sesiones públicas, dióles para la dirección de los actos litúrgicos todo el Colegio de los Maestros Apostólicos de ceremonias de Su Santidad.

Finalmente, entre tantas señales de altísima benevolencia que dió el Papa á nuestro Concilio Plenario, nos es por extremo grato hacer especial memoria de dos insignes gracias, que le han dado mayor distinción y carácter. Es la primera la designación que hizo de algunos Eminentísimos Cardenales de la Santa Romana Iglesia, para que, salva siempre la presidencia efectiva de los Arzobispos, con su presencia en calidad de Presidentes *de honor*, realzasen el esplendor de las sesiones públicas; y es la segunda, y no menos digna de ser recordada, la alta honra que otorgó á los Arzobispos condecorándolos, siempre que presidiesen, con el título de Dele-

prosequuta, ut S. Romanae Ecclesiae Princeps Cardinalis daretur *praeses ad honorem* habendis publice comitiis, itemque quod Archiepiscopos Americae Latinae voluerit singulis sessionibus praeesse, eosdemque, dum sua quisque vice hoc munere fungitur, Delegati Apostolici honore insignitos haberi » [1].

Haec et alia paternae dilectionis et summae existimationis documenta, quibus Pontifex benevolentissimus Patres Concilii Plenarii et in eis universos Episcopos totamque gentem nostram magnificare et laetificare dignatus est, gratissimo animo recolentes, Deo gratias maximas agimus, quoniam novissimis diebus istis Antistites, Clerum et populum Americae nostrae Latinae uberrimis per Concilium Plenarium beneficiis ditare voluit.

gados Apostólicos. Llenos de un agradecimiento sin límites por tan singulares mercedes, ya desde los principios no pudimos abstenernos de dejarlo rebosar á los pies del Papa, y con el alma en las manos le dijimos: « Estos mismos Prelados (los Padres del Concilio) elevan á Vuestra Santidad un vivo hacimiento de gracias por la inestimable muestra de benevolencia otorgada, señalando un Príncipe Cardenal de la Santa Romana Iglesia, como Presidente de honor para las sesiones públicas, y queriendo que los Arzobispos de la América Latina presidieran en cada una de las sesiones, condecorados con el distinguido carácter de Delegados Apostólicos, cuando por el turno señalado desempeña cada cual el cargo de Presidente » [1].

Cuando recordamos estas y otras muchas inequívocas pruebas de extremado afecto, con que la bondad del Pontífice ha querido enaltecer y dilatar los ánimos de los Padres del Concilio, y en ellos y por ellos á todos vuestros Obispos y á todos nuestros pueblos, con toda el alma dirigimos á Dios sentido himno de alabanza y de acción de gracias, porque en nuestros días de esta suerte se ha dignado enriquecer con tan magníficos dones á los Prelados, al Clero y á nuestras tierras, siendo instrumento el Concilio Plenario.

[1] Litt. PP. Concilii Plenarii ad SS. D. N. Leonem Pp. XIII, 29 Maii 1899.

Sicque quarto elapso saeculo a novi orbis inventione et conversione, et exeunte iam saeculo XIX, facta est per Concilium Plenarium quasi collectio omnium gratiarum populis nostris a primordiis evangelicae praedicationis a Christo Redemptore auspice Immaculata Patrona nostra Beata Maria Virgine concessarum. Nihil enim in tota America Latina post eius conversionem maioris momenti unquam factum est, quod solemni celebrationi Concilii Plenarii antecedat splendore, magnificentia et gratiarum ubertate. Quapropter nos ipsi Patres huius Concilii, solemni ritu collectam fecimus Christo Iesu, Christo Redemptori, Christo qui vincit, Christo qui regnat, Christo qui imperat in coelis et terra, Sacratissimi Cordis eius infinitam bonitatem et misericordiam celebrantes in ipsa Aula Conciliari; ibique accepta beneficia a primordiis fidei Americae nostrae ad haec usque tempora, simulque maternam protectionem SS. Deiparae et intercessionem Sanctorum et Beatorum regionum nostrarum, gratissimo et dulcissimo animo recolentes. Qua in solemnitate praeter formulam consecrationis Sacratissimo Cordi Iesu a Summo Pontifice editam, expiatoriae etiam et deprecatoriae preces ab omnibus Synodalibus alta voce recitatae sunt [1].

Concilium Plenarium, die 28 Maii 1899, SS. Trinitati sacra, rite incoe-

Cabe, pues, decir que á los cuatro siglos del descubrimiento y conversión de la América, el Concilio Plenario viene como á ser corona y cúmulo de las innumerables mercedes que desde la aurora de la predicación evangélica, Cristo Redentor, por intercesión de su Inmaculada Madre, ha derramado sobre nosotros. A ninguno ciertamente cede en esplendor, en magnificencia y en ser fuente de gracias, el acontecimiento, superior á todos, del Concilio Plenario que se acaba de celebrar. Justo era, por tanto, que los Padres todos del Concilio en la propia Aula Conciliar rindieran solemne homenaje de alabanza á Cristo Jesús, á Cristo Redentor, á Cristo que vence, á Cristo que reina, á Cristo que en los cielos y en la tierra impera, celebrando la bondad y misericordia infinita de su Corazón sacratísimo, en memoria de tantos favores desde el principio hasta ahora recibidos, teniendo juntamente fijo en el corazón, el dulce recuerdo de aquel dispensado maternal amparo de la Inmaculada Madre de Dios, y de la intercesión de los Santos de nuestras regiones. Por esta razón además da la fórmula de consagración al Corazón Sacratísimo de Jesús, fueron en alta voz pronunciadas oraciones de expiación y de súplica [1].

El Concilio Plenario, solemnemente abierto el dia 28 de Mayo de 1899,

[1] Utraque formula habetur infra, pag. 6-9.

ptum, auspicatum finem habuit die 9 Iulii, qua in Urbe solemnitas celebratur Prodigiorum Beatae Mariae Virginis. Gloria igitur Patri, Gloria Filio, Gloria Spiritui Sancto, Gloria SS. Cordi Iesu, laus perennis B. Mariae Virgini Immaculatae, quae templum est ac sacrarium SS. Trinitatis, pro universis beneficiis Americae nostrae Latinae concessis! Oh felix dies Prodigiorum B. M. V., qua nova lux populis nostris illuxit! Haec dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea! Haec dies sancta, qua singuli Patres Concilii Plenarii, post dulcissimum osculum pacis, pactum aeternae caritatis et insuperabilis unionis ad christianam prosperitatem nostrarum civitatum, pluries durante Concilio proclamatum, solemniter confirmarunt! Haec dies beata, qua Patres Concilii Plenarii suavissima Pii IX verba usurpare potuerunt dicentes: « Exultat cor nostrum in Domino et incredibili consolatione perfundimur, quod auspicatissima hac die... in hac catholicae Religionis arce praesentes intuemur, aspectuque vestro perfruimur iucundissimo » [1].

Quapropter singuli Patres, quamvis de seipsis humillime sentientes,

fiesta de la Beatísima Trinidad, próspera mente llegó á su término el dia 9 de Julio, en el cual celebra Roma la solemnidad de los Prodigios de la Santísima Madre de Dios. Gracia es esta que hace exclamar á nuestras almas: Gloria sea al Padre, Gloria al Hijo, Gloria al Espíritu Santo, Gloria al Corazon Sagrado de Jesús y perenne alabanza á la Divina Señora, trono y sagrario de la Trinidad Beatísima, por tantos beneficios á nuestra América latina otorgados. ¡ Día venturoso el de los Prodigios de la celestial Señora, que á nuestros pueblos iluminó con nueva luz! ¡ Este es el dia que hizo Dios, nos alegraremos y regocijaremos! Día santo en que los Padres todos del Concilio Plenario, habiéndose dado el ósculo de paz, solemnemente sellaron para la cristiana prosperidad de nuestras naciones, el pacto eterno de caridad y unión inseparable, tantas veces durante el Concilio proclamado. Día feliz en que los Padres pudieron con justicia hacer suyas las palabras del inmortal Pío IX: « Alégrase nuestro corazón en el Señor y rebósanos de increible consolación, porque en este imperecedero dia.... os vemos congregados en esta ciudad, cabeza de la Religion católica y gozamos de vuestra agradabilísima presencia » [1].

Con justo motivo cada uno de los Padres, aunque de si sintiendo

[1] Pius IX, Allocut. ad PP. Concilii Vaticani, 8 Decemb. 1869.

uti par est, de aliis Concilii Plenarii Patribus merito dicere possunt, quod Concilii Provincialis Urbinatensis Praeses Suffraganeis suis dicebat, videlicet: « Laborum nostrorum atque sanctae conversationis nostrae iam adest finis. Prudentia et caritate vestra factum est, ut decreta et conciliares actiones eximia pietate et summa consensione haberentur, quod praesentiam Divini Spiritus, qui pacis et unitatis Spiritus est, declarat, et miram in Christi fidelium aedificationem cessit ac nobis omnibus iucunditatis et sanctae exultationis causam praebuit. Soli omnipotenti Deo gloria et honor; siquidem Tu solus *dignus es, Domine Deus noster, accipere gloriam et honorem, et sapientiam et fortitudinem et benedictionem in saecula saeculorum* » [1].

Nos ergo Patres Concilii Plenarii, tot cumulati beneficiis, superabundantes gaudio, Nomen Domini invocamus super vos, fratres et filii dilectissimi, et super universas civitates vestras, ubertatem benedictionum coelestium implorantes; et ex diversis ritualibus *acclamationibus* in hodierna solemnissima conciliari sessione unanimi corde et ore decantatis, sequentes vobis significandas ducimus, quibus intimi sensus nostri vobis omnibus melius pateant:

humildemente, podrá aplicar á los demás aqnellas palabras del venerable Presidente del Concilio Provincial de Urbino: « Ha llegado el fin de nuestros trabajos y de nuestra santa reunión. Vuestra caridad y prudencia hacen que los decretos y actos conciliares resplandezcan en piedad eximia y uniformidad suma, prenda de la asistencia del Espíritu Santo que es Espíritu de unidad y de paz que cedan en maravillosa edificación de los fieles de Cristo, y para todos nosotros sean causa de alegría y santo regocijo. A Dios Omnipotente sea gloria y honor; pues en efecto *solo Tú, Señor Dios Todopoderoso, digno eres de recibir gloria, y alabanza, y sabiduría, y virtud, y bendición en los siglos de los siglos* » [1].

Nós, pues, los Padres del Concilio Plenario, colmados de tantos beneficios, rebosando júbilo, sobre vosotros y sobre todos nuestros pueblos invocamos el Nombre del Señor, implorando abundancia de celestiales bendiciones; y para daros parte en alguna manera de los íntimos y vivos afectos que en la solemnísima Sesión Conciliar de hoy embargan nuestros ánimos, queremos poner término á la Alocución que os dirigimos, invitándoos á repetir con todos nosotros algunas de las *aclamaciones* rituales, que con unidad de corazón y de boca acaban de entonar los Padres todos:

[1] Metropolitanus ad PP. Conc. Prov. Urbinaten. 1859.

« Gratias tibi, Deus, gratias tibi, vera et una Trinitas, una et summa Deitas, sancta et una Unitas.

« Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula.

« Beatissimae Virgini Mariae, ab originali labe praeservatae, peramantissimae Americae nostrae Patronae potentissimae, laus perennis, veneratio sempiterna.

« Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII, Christi in terris Vicario, totius Ecclesiae Capiti, infallibili Magistro, Americae Latinae Patrono vigilantissimo, Episcopalis hierarchiae nostrae Amplificatori benignissimo, Concilii Plenarii Auctori providentissimo, gratiae maximae, aeterna memoria.

« Sacrosantae Romanae Ecclesiae Cardinalium Senatui, qui Concilii Plenarii novum ornamentum fuit per Amplissimos Purpuratos, Praesides ad honorem solemnium sessionum, perennis memoria.

« Reverendissimis Archiepiscopis Concilii Plenarii Apostolicis Delegatis et Praesidibus diligentissimis, aeterna memoria.

« Omnibus et singulis Reverendissimis Patribus Concilii Plenarii, quorum mirabilem concordiam, ardentissimum zelum, fervorem pastoralis caritatis Urbs tota percelebrat, memoria sempiterna.

« Reverendissimis Archiepiscopis et Episcopis absentibus, osculum pacis, dulcis memoria, dona sempiterna.

« Gracias, Señor, gracias á Ti, verdadera y una Trinidad, una y suma Deidad, santa y una Unidad.

« Sea alabanza al divino Corazón, de quien nos viene la salud; á él sea en los siglos honor y gloria.

« A la Bienventurada Virgen María, preservada de la mancha original, querida y poderosísima Patrona de toda la América Latina, sea perenne alabanza y veneración eterna.

« A Nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII, Vicario de Cristo en la tierra, Cabeza de toda la Iglesia, Maestro infalible, Protector celosísimo de toda la América Latina, que ha acrecentado benigno nuestra episcopal jerarquía, Autor del Concilio Plenario, gracias indecibles, memoria eterna.

« Al Sagrado Colegio de Cardenales de la Santa Romana Iglesia, que por algunos de sus dignísimos miembros, Presidentes de honor, fué claro ornamento del Concilio, memoria perenne.

« A los Rmos Arzobispos, Delegados Apostólicos y Presidentes diligentísimos del Concilio, memoria perdurable.

« A todos y cada uno de los Reverendísimos Padres del Concilio, cuya maravillosa unión, ardentísimo celo, y fervor de caridad pastoral, Roma entera enaltece, sea perpetua memoria.

« A los Reverendísimos Arzobispos y Obispos ausentes, ósculo de paz, dulce memoria, dones sempiternos.

« Salvas fac, Domine, Respublicas nostras, earumque Supremos Magistratus, gentesque nostras universas. Fac etiam, Domine, ut sint unum in unitate fidei, in amore propriae patriae, in zelo decoris et incolumitatis communis stirpis, totius scilicet Americae nostrae Latinae. O Maria Immaculata, Patrona et Tutamem nostrum, protege nos, salva nos, coniunge gentes nostras in amore propriae incolumitatis, unitatis et communis integritatis, in solemni professione fidei nostrae catholicae et apostolicae ».

Igitur, Fratres et Filii dilectissimi, gratias et vos agite Deo nostro, gratoque etiam animo Immaculatam Patronam nostram invocate, ut labores Patrum Concilii fructus afferant saluberrimos ad spiritualem et temporalem utilitatem vestram et totius catholicae nostrae stirpis Americae Latinae. Nos vero firma fiducia speramus quod proximae promulgationi decretorum Concilii applicari poterit illa Dominica sententia: *Verbum meum non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui, et prosperabitur in his, ad quae misi illud* (Isai. 55, 11). Deus, utique Deus ipse confirmabit quod operatus est in nobis ad salutem dioecesium et civitatum nostrarum. Amen, amen. Fiat, fiat.

Datum Romae, in festo Prodigiorum B. M. V., die 9 Iulii 1899.

« Salva, Señor, nuestras Repúblicas, á sus Supremos Magistrados, y á nuestras gentes todas. Haz también, Señor, que sean unos en unidad de fe, en el patrio amor, en celo del lustre y mantenimiento de la común estirpe, esto es, de toda nuestra América Latina. ¡Oh María Inmaculada, Patrona y Refugio nuestro, protégenos, envianos salud, estrecha nuestras gentes con amor á la propia conservación, á la unidad y común integridad, y en la alta y pública profesión de la fe católica y apostólica! ».

También vosotros, Hermanos é Hijos carísimos, dad á Dios gracias, y con corazón igualmente agradecido invocad á nuestra Inmaculada Patrona, para que los trabajos de los Padres del Concilio produzcan opimos frutos de temporal y espiritual utilidad para vosotros y para toda la católica estirpe de nuestra América Latina. Por nuestra parte esperamos con firme confianza que en la próxima publicación de los Decretos del Concilio podremos repetir aquellas palabras del Señor: *Mi palabra no volverá á mí vacía, antes hará lo que yo quiero, y será prosperada en aquello para que la envié* (Isai. 55. 11.) Dios ciertamente confirmará lo que ha obrado en nosotros para la común salud de nuestras Diócesis y pueblos. Amén, Amén. Fiat, Fiat.

Dado en Roma, en la fiesta de los Prodigios de la Bienaventurada Virgen María, dia 9 de Julio de 1899.

AUDIENTIA SANCTISSIMI.

Feria II, die 10 Iulii 1899, omnes Revmi Patres coram SS. D. N. LEONE PP. XIII steterunt, et Rmus Archiepiscopus Primas in Brasilia sequentem orationem pronuntiavit:

« *Beatissime Pater*,

« Gratissimum nobis est, corde uno et anima una, coram Sanctitate Tua hodie consistere, ut, nomine nostro et Fratrum in Episcopatu nostrorum absentium, qui intimo caritatis vinculo nobis iunguntur, nec non cleri et fidelium totius Americae Latinae qui curis nostris commissi sunt, amoris et veneration-nis sensus expromamus, quibus intus affecti et incensi in hanc almam Urbem convenimus, ut, Te auspice, Te duce, in plenario Concilio, spirituali utilitati et bono Ecclesiarum nostrarum unanimes consuleremus.

Plura ac insignia fuere testimonia amoris et paternae sollicitudinis quae Tu, Pater Sanctissime, diuturno Pontificatus Tui tempore, Americae nostrae Ecclesiis exhibere dignatus es, quorum grata memoria ex animis nostris numquam elabetur; at hisce testimoniis novum

AUDIENCIA DE SU SANTIDAD.

El lunes 10 de Julio de 1899, todos los Rmos Padres del Concilio fueron recibidos por Su Santidad el Papa León XIII, y el Illmo Sr. Arzobispo, Primado del Brasil, leyó la siguiente oración:

Beatísimo Padre:

Nos es en extremo grato el presentarnos hoy á Vuestra Santidad, con un solo corazón y una sola alma, para expresarle, á nombre nuestro propio, y de nuestros Hermanos los Obispos ausentes, que están á nosotros unidos con los vínculos de amor fraternal, y á nombre del clero y de los fieles de toda la América Latina, á nuestro cuidado cometidos, los sentimientos de amor y veneración que nos animan é inflaman, y con los cuales hemos venido á esta Alma Ciudad, para congregarnos bajo Vuestros auspicios y Vuestra dirección, en Concilio plenario, y en él dictar unánimes las medidas conducentes al bien espiritual y al provecho de nuestras Iglesias.

Muchas é insignes han sido las pruebas de amor y paternal solicitud con que Vós, Santísimo Padre, en Vuestro largo Pontificado, Os habéis dignado distinguir las Iglesias de nuestra América Latina. Jamás se borrará de nuestros corazones su dulce memoria; pero á

et praeclarum, hoc tempore, Apostolicae Tuae benignitatis et sollicitudinis argumentum et pignus accessit, quod caetera omnia beneficia, dioecesibus nostris splendide collata, illustrat, nobilitat, complet, iisque veluti fastigium imponit. Scilicet, congruam et propitiam opportunitatem opemque nobis praebere voluit Sanctitas Tua, ut in plenario Concilio apud infallibilem Petri Cathedram, communibus consiliis et studiis, de iis in hac Urbe ageremus, quae ad necessitates ac utilitates dioecesium nostrarum curandas ac promovendas referuntur. Iucundum sane nobis fuit, Pater Sanctissime, voluntati et auctoritati Tuae alacriter obsecundare; ideoque libenter praetulimus nostros in Urbe conventus habere, omnes curas impendere, quarum fructus, Deo auxiliante, ad rei sacrae prosperitatem in regionibus nostris, ad uberius animarum bonum, ad christiana instituta amplificanda et fovenda, ad rectum et uniformem sacrae disciplinae ordinem servandum redundarent.

«In hisce partium nostrarum operibus perficiendis, tanta fuit in nos Dei clementissimi benignitas, ut summo omnes parique studio, intima pace et concordia, mutuo amoris et venerationis affectu, munere et officio nostro fungeremur, et collatis consiliis, prudentia utentes et

todas estas ha venido hoy á añadirse un nuevo y brillante testimonio; una nueva prenda y seguridad de Vuestra benevolencia y solicitud, que da lustre, ennoblece, corona, y pone por decirlo así, el colmo, á todos los demás beneficios con que habéis enriquecido nuestras diócesis. Ha querido Vuestra Santidad darnos la ocasión y suministrarnos los medios de reunirnos en Concilio Plenario, junto á la infalible Cátedra de Pedro, para tratar de común acuerdo, aquí en la misma Roma, acerca de cuanto pueda ser útil ó necesario al buen gobierno y progreso de nuestras diócesis. Agradable de veras fué para nosotros obedecer con presteza las órdenes y seguir las indicaciones de Vuestra Santidad; y, por tanto, de buena gana escogimos a Roma para lugar de nuestras reuniones, y quisimos trabajar en ella con incesante afán, cuyo fruto, con el favor divino, redundará en la prosperidad de la religión en nuestros países, en mayor provecho de las almas, en el fomento y engrandecimiento de los institutos cristianos, en la uniformidad y observancia de la disciplina eclesiástica.

En el desempeño de esta parte de nuestros trabajos, fué tanta la bondad y la clemencia de Dios para con nosotros, que todos con grande é igual ahinco, con íntima paz y concordia, con mutuo afecto de amor y veneración, cumplimos con los deberes de nuestro cargo; y proce-

experientia quam nobis ministerii nostri exercitium contulit, ac probe perspectas habentes necessitates et conditiones regionum et fidelium nostrorum, Deo adiuvante, id assecuti sumus, ut quantum fas erat, salutares ac uniformes normas et decreta ederemus, quae nunc Sanctitati Tuae, utpote supremo et infallibili magistro et custodi doctrinae et disciplinae Catholicae Ecclesiae, cognoscenda, expendenda, et approbanda humiliter tradimus atque subiicimus. Cum vero plura sint supremae Tuae potestati reservata quae Nos, utpote Ecclesiis nostris utilia et opportuna, hac occasione, postulanda a Sanctitate Tua censuimus, hasce postulationes nostras ad Te, Pater Sanctissime, deferendas existimavimus, ut de iis, Apostolica Tua auctoritate, quae in Domino expedire cognoveris, constituas et decernas.

« Interea, ut par est, gratias quas possumus amplissimas et immortales Deo Optimo Maximo ex corde persolvimus, qui nos suo lumine illustrans, sua ope roborans, caritatem, pacem et concordiam in nobis fovit et aluit, ac in incoepto opere usque ad extremum, donorum suorum largitate nobis praesto fuit.

« Gratias quoque maximas habemus Sanctis Principibus Apostolorum Petro et Paulo, quorum nobis

diendo con prudencia, aprovechándonos, en nuestras deliberaciones, de la experiencia adquirida en el largo ejercicio de nuestro ministerio, y conociendo á fondo las necesidades y circunstancias de nuestros países y nuestros fieles, conseguimos con el favor de Dios, y en cuanto fué posible, promulgar leyes y decretos saludables y uniformes, que hoy humildemente entregamos y sometemos á Vuestra Santidad, supremo é infalible maestro y custodio de la doctrina y disciplina de la Iglesia Católica, para que los reconozca, examine y apruebe. Pero como hay muchas gracias reservadas á Vuestra suprema potestad, que nosotros, juzgándolas útiles y oportunas para nuestras Iglesias, hemos resuelto pedir á Vuestra Santidad en esta ocasión, nos ha parecido conveniente traeros estos postulados, Beatísimo Padre, para que en virtud de Vuestra autoridad Apostólica, resolváis y determenéis lo que Os pareciere conveniente en el Señor.

Entretanto, como es debido, tributamos de corazón, rendidas é inmortales gracias á Dios Todopoderoso, que alumbrándonos con sus luces, y sosteniéndonos con su fuerza, fomentó y alimentó en nosotros la caridad, la paz y la concordia, y, desde el principio hasta el fin, nos socorrió con la abundancia de sus dones.

Damos también gracias infinitas á los Príncipes de los Apóstoles San Pedro y San Pablo, cuyo alto

magna cum benignitate virtus in laboribus nostris est addita.

« Te deinde, Pater Beatissime, gratiis nostris impense et ex corde prosequimur, qui nos effuso affectu complexus non solum omnem operam dedisti ut per viros, prudentia, experientia, virtute et doctrina clarissimos, inter quos magna cum laude recensendum ducimus Emum Iosephum Card. Vives, labores nostros faciliores et fructuosiores efficeres, sed etiam nobis petentibus permisisti, ut ad augendam dignitatem conventui nostro, aliquot e Cardinalium Collegio in publicis comitiis ad honorem praeessent. Neque in hoc grati animi officio praeterire possumus moderatores Collegii Pii-Latini-Americani, nobis carissimi, in cuius aedibus Synodus nostra celebrata fuit; quandoquidem tot humanitatis, liberalitatis et amoris argumenta praebuerunt, ut animos nostros sibi intimo affectu devinxerint.

« Hi sunt, Pater Sanctissime, sensus, quos Romam relicturi in corde altissime insculptos gerimus, Romam corpore relicturi, non animo, in qua oculis nostris, hoc tempore, tot fidei, caritatis, religionis splendida monumenta conspeximus, quae sedes est apostolici et civilis Principatus Romanorum Pontificum, quae

patrocinio nos ha dado aliento en nuestras labores.

A Vuestra Santidad, por último, Beatísimo Padre, ofrecemos el humilde tributo de nuestra ardiente y cordial gratitud, pues nos habéis acogido con toda la efusión de Vuestro augusto pecho, y no sólo nos ayudasteis en nuestros trabajos por medio de varones insignes por su prudencia, experiencia, virtudes y ciencia, entre los cuales resplandece con grande fulgor el Cardenal Vives, haciendo así más fáciles y fructuosas nuestras tareas, sino que, accediendo á nuestras súplicas, permitisteis que, para dar más brillo á nuestra Asamblea, fuesen presidentes de honor en las sesiones públicas, algunos miembros del Sacro Colegio. Tampoco podemos dejar de expresar nuestro profundo reconocimiento á los Superiores del Colegio Pío Latino Américano, queridos á nuestro corazón, en cuya espléndida casa celebramos nuestro Concilio. Tantas pruebas nos dieron de cortesía, generosidad y afecto, que han atado nuestros pechos con los vínculos de la más sincera adhesión.

Estos son los sentimientos, Beatísimo Padre, que al partir de Roma llevamos profundamente grabados en nuestros corazones. Nos alejamos de Roma con el cuerpo; pero no en espíritu: en su seno hemos estado contemplando todo este tiempo, tantos monumentos espléndidos de fe, de caridad y de religión; ella es la

per Beati Petri Cathedram, religionis sedes, caput et mater est, cuius sunt cives quotquot catholico nomine censentur.

« Haec omnia Fratribus Co-Episcopis nostris, et Clero ac fidelibus regionum nostrarum in reditu nostro referre ac testari non omittemus, quae eo valebunt, ut illos omnes fervidiore affectu, arctiore vinculo cum hac Apostolica Sede coniungant.

« Interea nobis, Pater Sanctissime, et Fratribus in Episcopatu nostris, nec non Clero et Fidelibus curae nostrae concreditis, Apostolicam a Te benedictionem intimo venerationis et amoris sensu deposcimus ».

Summus Pontifex benigne respondere dignatus est, dulcia valde resonare auribus suis verba modo lecta, quae pietatem erga Ipsum, et in Petri Sedem studium et observantiam luculenter declarabant. Gratulatus est vehementer de peracto Concilio et de mira concordia quae singulis Sessionibus fulsit; de qua veraces nuntios quotidie habebat, quamque ipsis oculis ostendebat amplissima illa Fratrum corona, circa Christi Vicarium fideliter adstans. Domum iam singulos remigrare posse dixit, sed spoliis opimis onustos, quae cleris et populis prae-

Capital del Principado Apostólico y temporal de los Romanos Pontífices; ella, gracias á la Cátedra de San Pedro, es Centro, madre y cabeza de la religión, y súbditos suyos y ciudadanos, son los católicos del Orbe entero.

Al regresar á nuestros hogares, no dejaremos de referir y atestiguar todo esto á nuestros Hermanos los Obispos ausentes, al Clero y á los fieles de nuestras diócesis; y nuestra narración servirá para estrechar más y más los vínculos de afecto y de lealtad que ya los unen con esta Sede Apostólica.

Entretanto, Santísimo Padre, dadnos á nosotros mismos, á nuestros Hermanos en el episcopado, al clero y á los fieles á nuestro cuidado cometidos, la Benedición Apostólica, que Os pedimos animados del más ardiente amor y la veneración más profunda.

El Sumo Pontífice se dignó benignamente responder que las palabras que acababan de leerse habían resonado dulcemente en sus augustos oidos, llenas como están de amor filial hacia Su Santidad, de adhesión y obediencia á la Silla de Pedro. Felicitó á los Padres por haber llevado á cabo el Concilio, y por la admirable armonía que reinó en todas y cada una de las sesiones; de ella todos los días se le llevaban fidedignas noticias, y la hacía ahora patente la brillante corona de Hermanos agrupada en derredor del Vicario de Jesucristo. Que partie-

sidium, Episcopis ipsis amoris Sui pignus in aevum permaneant: nam Purpuratis Patribus, qui Ipsi in Ecclesia regunda validum praebent sustentaculum in Sacris Congregationibus, sponte iussisse, quaecumque Concilii Plenarii Patres petierint pro viribus largiri. Sed antequam vale postremum Episcopis diceret, haec tamquam suprema Parentis monita, quae dissitis gregibus transveherent, dedit.

Si vellent nimirum in agro Patrisfamilias ipsis commisso laetiores videre segetes, super clericorum seminaria omni studio incumbere oportere. Ex ipsis enim electum sacerdotum genus prodibit, qui et ad aras intemeratis manibus iugiter operentur, et Episcopis in excolenda vinea et zizaniis eradicandis adiutores evadant. Igitur, ubi iam florent, addant calcar; ubi temporum vicibus destructa vel conquassata fuere, sarciant ruinas; illis dioecesibus vero nuper creatis, ubi nunquam extiterunt, quamprimum moenia surgant. Quapropter in omnibus et singulis, una cum scientiarum et litterarum cultu, et sanctitas, et pietas, et ecclesiastica disciplina foveantur. In omnibus Philosophia Scholastica, iuxta mentem Divi Thomae, iugiter tradatur; qua nulla aptior invenietur ad hostes Sanctae

ran, les dijo, en buena hora; pero cargados de opimos despojos, que sean para su clero y su pueblo firme baluarte, para ellos mismos eterna prenda de Su amor paternal; porque ha mandado espontáneamente á los Cardenales Prefectos de las diversas Congregaciones, que concedan á manos llenas á los Padres del Concilio Plenario, cuanto se les ocurriere pedir. Pero antes de dar á los Obispos el adiós postrero, le plugo dirigirles algunos consejos, que fuesen como el testamento de Su amante Padre, y que pudiesen ellos transmitir á sus lejanas greyes.

Para lograr ver la heredad del celestial Padre de familias que se les ha confiado, cubierta de abundantes mieses, es fuerza consagrarse con todo empeño á los seminarios clericales. De ellos saldrá la raza escogida de sacerdotes, que con manos inmaculadas ofrezcan perpetuamente en el altar el Incruento Sacrificio, y ayuden al Obispo á arrancar la zizaña y á cultivar la Viña del Señor. Por tanto, donde ya existen, mejórense; donde las vicisitudes de los tiempos los han deteriorado ó demolido, repárense las ruinas; en las diócesis de reciente erección, en que nunca existieron, ábranse cuanto antes los cimientos. En todos y cada uno de los alumnos, juntamente con la ciencia y las letras, cúltivense la piedad, las santas costumbres, la disciplina eclesiástica. A todos enséñese la Fi-

Ecclesiae debellandos, nulla quae facilius ad Theologica studia viam sternere valeat, sicuti iam a Sui Pontificatus exordiis Universo mundo exitu felici inculcavit, et iterum Patribus commendat. Utinam in praecipuis civitatibus centralia quaedam extruantur Seminaria, et litteris et doctrina, et magistrorum laude insigniora, quibus ad instar Academiarum, doctoralis laurea caeterique gradus, saltem in Theologica Facultate et in Iure Canonico, conferantur. Delecta denique iuventus in Collegium, pro Americae Latinae ephebis in hac Alma Urbe a Pio IX Decessore Suo conditum, mittatur, quae sapientiam purissimis hisce fontibus uberius ebibere valeat, et ad Martyrum cryptas amore erga Deum et Apostolicam Sedem vehementius accendatur.

losofía escolástica, conforme á la mente de Santo Tomás; ninguna otra podrá encontrarse más á propósito para vencer á los enemigos de la Santa Iglesia, ninguna que mejor allane al camino á los estudios Teológicos, como ya desde el principio de Su Pontificado ha inculcado con éxito feliz al Mundo entero, y ahora de nuevo una y mil veces recomienda á los Padres. Ojalá que en las Ciudades principales se funden Seminarios centrales, notables por sus letras y ciencias y por sus esclarecidos profesores, en los cuales, á guisa de Universidades, se confieran el doctorado y los demás grados académicos, por lo menos en Teología y Derecho Canónico. Envíense los jóvenes más escogidos al Colegio que en Roma fundó Su Predecesor el Papa Pío IX para los jóvenes de la América Latina, para que beban la sabiduría en estas purísimas fuentes; y sobre los sepulcros de los Mártires, se inflamen más y más en el amor divino y en la adhesión á la Silla Apostólica.

Post iuniores levitas, spem gregis et cleri sacerdotes ipsos animarum curam habentes sollicitudini Episcoporum enixe commendavit. Ipsi enim sunt commilitones, Episcopis ducibus, stipendia facientes; nautae qui Episcopis gubernacula tenentibus, remis incumbunt, et sine quibus non possunt Episcopi ad portum appellere. Meliores igitur inter optimos deligant curiones; ipsis sine intermissione prospiciant: cur-

Después de la juventud, en que cifra sus esperanzas la Iglesia, recomendó Su Santidad á la solicitud de los Obispos, á los sacerdotes que tienen cura de almas. Ellos son los soldados que combaten bajo las banderas del Obispo; los marineros que bogan atados á las remos, mientras el Obispo se sienta al timón, y sin los cuales no se puede arribar al puerto de salvamento. Escójanse, pues, para párrocos, los mejores

rentibus alas addant, segniores pellant, imbecilliores sustineant, labentibus manum protendere ne vereantur. Sed ante omnia et prae omnibus panem verbi Dei spirituali proli sedulo frangant parochi, et doctrinae christianae rudimenta pueris et puellis indefessi tradant, adhibitis etiam adiutoribus, sive e sodalibus cleri saecularis, sive religiosis viris et piis sanctimonialibus in messem sine invidia vocatis.

entre los más distinguidos; vigílense sin descanso; á los activos déseles aliento; empújese á los perezosos; sosténganse los débiles; tiéndase la mano sin temor á los caidos. Pero ante todo y sobre todo, distribuyan los párrocos con frecuencia, á su progenie espiritual, el pan de la palabra de Dios; enseñen infatigables á los niños de ambos sexos, los rudimentos de la doctrina cristiana, sirviéndose de colaboradores escogidos, ya en el clero secular, ya en las órdenes religiosas de uno y otro sexo, llamándolos sin envidia á trabajar en la siega.

Tertio de missionibus ad populum verbum facit. Ipse, dum Perusinum gerebat episcopatum, de ubertate in eiusmodi Missionum percipiendis fructibus pluries testis fuit. Multum sperari potest de populis Latino-Americanis, qui dociles et simplices se praebent, et missionarios maximis honoribus augent.

En tercer lugar habló Su Santidad de las Misiones. Dijo que Él mismo, cuando era Obispo de Perugia, fué mil veces testigo de los frutos abundantes que se recogen en las misiones. Mucho puede esperarse de los pueblos Latino-Americanos, que se nuestran siempre dóciles y sencillos, y acogen á los misioneros con tanta veneración.

Sed si christianam plebem a peccati sordibus saepe purgare decet, qui ferunt vasa Domini magis magisque mundari oportet. Quapropter universum clerum ad exercitia spiritualia, statutis temporibus vocare ne desinant Episcopi.

Empero, si hay que purificar á menudo al pueblo cristiano, con mucha más razón deben lavarse de toda mancha, los levitas que manejan los vasos preciosos del Santo sacrificio. Por lo cual, es preciso que no dejen los Obispos de convocar periódicamente á su clero, á ejercicios espirituales.

Cordi Iesu sacratissimo, cui Patres Concilii semetipsos et greges nuper devoverunt, iterum post reditum ferventius voveant; cuius igne divino arma nova temperantes, de-

A su regreso, consagren de nuevo sus rebaños, al Sagrado Corazón de Jesús, á quien ya los Padres del Concilio se consagraron á sí mismos y consagraron igualmente sus diócesis.

creta scilicet Concilii, hostium phalangibus invulnerabiles efficientur. Tandem, valete, dixit, Fratres dilectissimi; ad osculum pacis accedite. Scitote concordiam, doctrinam, pietatem vestram ipsam Urbem esse miratam; et Concilium vestrum inter pretiosiores diadematis Nostri gemmas adnumerari.

Templando en su fuego divino sus nuevas armas, ó sea los decretos del Concilio, se harán invulnerables á las falanges de Satanás. Adiós, en fin (dijo el Padre Santo) adiós, Hermanos queridos: acercaos á recibir el ósculo de paz. Sabed para vuestro consuelo, que Roma entera ha admirado vuestra unión, vuestra ciencia y vuestra piedad; y que consideramos vuestro Concilio, como una de las joyas más preciosas de Nuestra corona.

Hisce aliisque benignissimis verbis familiari sermone pronuntiatis, et quoad substantiam hoc in loco relatis, SS. Dominus Noster dulcissimo et paterno affectu, ad osculum pacis singulos admisit Episcopos, eisque Apostolicam Benedictionem impertitus est (admissis etiam Concilii Officialibus et Episcoporum familiaribus), facta singulis Episcopis potestate proprium populum Apostolica pariter Benedictione, etiam ad Parochos necessitatis causa delegabili, confortandi.

Con estas y otras pláticas pronunciadas en tono familiar, y que aquí se refieren sólo en substancia, dió fin á la audiencia el Padre Santo, dando antes á cada uno de los Obispos, con suave y paternal afecto, el ósculo de paz y la Bendición Apostólica (recibiendo también á los oficiales del Concilio y á los familiares de los Obispos). Concedió igualmente á los Prelados facultad para dar á sus diocesanos la Bendición Papal, que podrán delegar, en caso de necesidad, á los párrocos.

Testamur de Authenticitate Actorum Concilii:

† I. Ep. Potosien.
Concilii Secretarius.

Benedictus de Souza
Concilii Notarius.

Damos fe de la autenticidad de las Actas.

† Ignacio
Obispo de San Luis de Potosí
Secretario del Concilio.

Benedicto de Souza
Notario del Concilio.

POSTULATA PATRUM CONCILII PLENARII AMERICAE LATINAE

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI PAPAE XIII

EXHIBITA

PER S. CONGR. NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS PRAEPOSITAM

Beatissime Pater,

Archiepiscopi et Episcopi Americae Latinae in Concilio Plenario congregati, attentis necessitatibus suarum dioecesium, sequentia indulta instantissime postulant:

I. Ut quoties Fidei Professio fieri debeat coram Episcopo, et adsit gravis necessitas, emitti valeat etiam coram delegato ipsius Episcopi.

II. Ut ubi necessarium sit ob paucitatem sacerdotum, audito Capitulo, et ubi Capitulum non adsit, habito voto Consultorum dioecesanorum, Episcopi ad Synodum diocesanam singulis vicibus aut dimidiam partem Parochorum vel Rectorum, aut illos vocare possint, quos opportunius vocandos in Domino iudicaverint.

III. Ut in Missis vivorum quae celebrantur cum cantu, in duplicibus primae et secundae classis, in dominicis aliisque diebus solemnibus, et quoties SS. Eucharistiae Sacramentum publicae fidelium venerationi patet expositum, quamvis haberi non possint ministri sacri, liceat thurificationes peragere.

IV. Ut « Memoriale Rituum » a Benedicto XIII editum pro parochiis ruralibus adhiberi possit etiam in ecclesiis non parochialibus, in quibus verificentur conditiones *parvarum ecclesiarum.*

V. Ut Sanctitas Vestra ad omnes regiones Americae Latinae extendere dignetur declarationem S. C. Concilii, pro Hispania editam die 31 Ianuarii 1880, iuxta formulam in nota art. 592 decretorum Concilii plenarii propositam, idest: *Sponsalia quae contrahuntur in regionibus nostris absque publica scriptura invalida esse, et publicam scripturam supplere non posse informationem matrimonialem, neque instrumentum in Curia dioe-*

cesana vel alibi conflatum pro dispensatione super aliquo impedimento, ex quo inferri possit promissio serio facta contrahendi matrimonium.

VI. Ut attentis specialibus circumstantiis regionum nostrarum, clerici etiam simpliciter tonsurati, ultra triennium ab omni officio et beneficio suspensi, elapso suspensionis triennio, privati ipso facto habendi sint iure deferendi habitum talarem et tonsuram, nisi obtineant specialem licentiam in scriptis a proprio Ordinario.

VII. Ut tuto admitti possint in regionibus nostris tamquam causae speciales privationis ab officio et beneficio parochiali, praevia legitima seu trina monitione, eae quae habentur in articulo 820 decretorum Concilii Plenarii, idest:

1. Publica, perdurans, graviterque culpabilis infamatio quoad mores sacerdotales, etiam post legitimam admonitionem non correctos, qua cura animarum grave damnum patiatur;

2. Temeraria et post legitimam monitionem contumaciter repetita ad matrimonium admissio eorum, qui publicis impedimentis rite non dispensatis detinentur;

3. Omissio temeraria instructionis catecheticae, diebus saltem dominicis et festis solemnibus, per maiorem anni partem et post legitimam monitionem pertinaciter continuata. Item temeraria et post legitimam monitionem iterata negligentia, in administratione Sacramentorum fidelibus in articulo mortis constitutis, etiam ex sola causa distantiae ab ecclesia parochiali admissa;

4. Gravis, publica, et post legitimam monitionem repetita iniustitia et inobedientia in exigendis taxis, praesertim occasione matrimoniorum contrahendorum aut funerum, contra leges dioecesanas de taxis latas;

5. Gravis, publica, per maiorem anni partem temere protracta, atque post legitimam admonitionem pertinaciter continuata negligentia spiritualis curae et institutionis christianae Indis et Nigritis paroeciae impendendae secundum normas in legibus dioecesanis praescriptas.

VIII. Ut attentis specialibus circumstantiis regionum nostrarum circa bona ecclesiastica, Episcopi, praevio Capituli vel Consultorum dioecesanorum consensu, facultatem habeant: 1.° Locandi bona ecclesiastica ultra consuetum triennium, usque ad novem vel duodecim annos, dummodo iuxta leges civiles periculum non adsit quod locatio transeat in emphyteusim; 2.° Libere alienandi bona ecclesiastica, ubi summa pecuniae non excedat valorem viginti millium libellarum monetae propriae nationis, si necessitas vel evidens utilitas id postulent, et pretium inde obveniens investiatur loco honesto tuto et fructifero, favore Ecclesiae seu causae ad quam bona pertinebant.

IX. Ut iuxta articulum 697 decretorum Concilii Plenarii, in unaquaque provincia ecclesiastica hodie existenti, in Seminario Metropolitano vel alio de communi Suffraganeorum voto designando, erigi possint facultates Philosophiae scholasticae, Theologiae et Iuris Canonici, cum privilegio conferendi gradus academicos, servato interim statuto pro facultatibus archidioecesis Mexicanae a S. Congregatione Studiorum adprobato, cum onere propria statuta intra annum conficiendi et adprobationi eiusdem S. Congregationis Studiorum subiiciendi.

In iis autem nationibus in quibus plures sunt provinciae ecclesiasticae, facultates supradictae erigi valeant in uno tantum Seminario, communi voto Episcoporum designando.

X. Ut in memoriam detectionis et conversionis Americae, in qualibet parochia cani possit Missa pro gratiarum actione cum hymno *Te Deum*, dominica proximiori diei duodecimo Octobris, quo die immortalis Columbus Americam detexit.

XI. Ut Officium et Missa propria S. Thuribii ad universam Americam Latinam extendantur sub ritu secundae classis.

XII. Ut Officium et Missa propria B. M. V. de Guadalupe sub ritu primae classis ad universam Americam Latinam extendantur.

XIII. Ut Sanctitas Vestra Constitutionem *Romanos Pontifices*, editam VIII idus mai 1881, ad universam Americam Latinam extendere dignetur.

Ex audientia SSmi, die 1 ianuarii 1900.

SSmus D. N. Leo divina providentia PP. XIII, audito voto specialis Congregationis S. R. E. Cardinalium, quibus Decretorum Concilii Plenarii Americae Latinae recognitio commissa fuit, referente Infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae, praedictas preces Patrum eiusdem Concilii Plenarii benigne excipere dignatus est, prout sequitur:

ad I, II, III, IV, VI, VII et VIII, pro gratia ad decennium;

ad V, IX, X, XI, XII et XIII, pro gratia in perpetuum,

Atque ita Sanctitas Sua rescribendum mandavit, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, die, mense et anno praedictis.

FELIX CAVAGNIS

S. C. Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae
Secretarius.

POSTULATUM PATRUM CONCILII PLENARII

AMERICAE LATINAE

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI PAPAE XIII

EXHIBITUM

PER SACRORUM RITUUM CONGREGATIONEM

Beatissime Pater

Archiepiscopi et Episcopi Americae Latinae, in Concilio Plenario congregati, instantissime postulant: Ut Sanctitas Vestra indulgentiam septem annorum concedere dignetur fidelibus Americae Latinae vel in America Latina commorantibus, qui sequentem orationem in honorem B. M. V. Immaculatae cum invocatione Sanctorum et Beatorum eiusdem Americae Latinae, a Sacra Rituum Congregatione adprobandam, recitaverint.

Gratiarum Actio et petitio

PRO

FIDELIBUS ET POPULIS

AMERICAE LATINAE.

Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui Sancto, in saecula saeculorum. Amen.

Te Deum Patrem Ingenitum, Te Filium Unigenitum, Te Spiritum Sanctum Paraclitum, sanctam et individuam Trinitatem, toto corde confitemur, laudamus atque benedicimus: Tibi gloria in saecula: Tibi gratias in aeternum: confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis: salva nos et populos nostros.

Acción de Gracias y Petición

POR

LOS FIELES Y PUEBLOS

DE LA AMÉRICA LATINA.

Gloria al Padre, gloria al Hijo, gloria al Espíritu Santo, por todos los siglos de los siglos. Amén.

A Tí, Dios Padre Ingénito, á Tí, Hijo Unigénito, á Tí, Espíritu Santo Paráclito, santa é individua Trinidad, de todo corazón Te confesamos, alabamos y bendicimos. A Tí tribútese gloria por todos los siglos; á Tí dénse gracias por toda la eternidad: confirma, oh Dios, lo que has obrado en nosotros: sálvanos y salva á nuestros pueblos.

Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: Ipsi gloria et honor in saecula.

Cor Iesu sacratissimum, o Cor, voluptas coelitum, Cor, fida spes mortalium, Tui sumus, Tui esse volumus, salva nos et populos nostros; reconde nos in dulcissimo habitaculo caritatis tuae. Suavis enim es, Domine, et in aeternum misericordia tua.

Parce igitur, o Cor Iesu suavissimum, parce civitatibus nostris, quae in fide Ecclesiae tuae enutritae, verae fidei thesaurum, Te auctore, mirabiliter servarunt et contra omnis generis insidias custodierunt.

Suscipe ergo, o Cor Iesu sacratissimum, gratiarum actiones cleri et populi civitatum Americae Latinae, quae in abundantia beneficiorum tuorum salvae factae sunt.

O Beatissima Virgo Maria, ab originali labe praeservata, peramantissima Americae nostrae Latinae Patrona potentissima, sit Tibi etiam laus perennis, veneratio sempiterna, gratiarum actio in Christo Iesu.

O immaculata Mater nostra, o benignissima Mater nostra, o dulcissima et augustissima Regina nostra, misericordias tuas grato animo decantamus. Sub tuum praesidium

Alabado sea el Corazón divino por quien hemos alcanzado la salvación, sea glorificado y ensalzado por todos los siglos de los siglos.

Corazón sacratísimo de Jesús, Corazón, delicia de los bienaventurados, Corazón, firme esperanza de los mortales: Tuyos somos, Tuyos queremos ser; sálvanos y salva á nuestros pueblos; escóndenos en la dulcísima mansión de Tu amor; porque eres suave oh Señor, y Tu misericordia se extiende á toda la eternidad.

Perdónanos, pues, oh Corazón suavísimo de Jesús, perdona á nuestras Repúblicas, que criadas en la fe de Tu Iglesia, gracias á Tí, han conservado maravillosamente el tesoro de la fe verdadera, defendiéndolo contra todo género de asechanzas.

Acepta, pues, oh Corazón sacratísimo de Jesús, las gracias rendidas del clero y del pueblo de las Repúblicas de la América Latina á quienes ha salvado la abundancia de Tus beneficios.

Oh Santísima Virgen María, preservada de la culpa original, amantísima y poderosa Patrona de nuestra América Latina, alabada seas Tú también eternamente, venerada seas por todos los siglos de los siglos, dénsete gracias en Cristo Jesús.

Oh Madre nuestra Inmaculada, oh benignísima Madre nuestra, oh dulcísima y augusta Reina nuestra: con el corazón henchido de gratitud pregonamos tus misericordias.

confugimus. O Domina, quae rapis corda hominum dulcore, Tu rapuisti cor nostrum, Tu rapuisti corda populorum nostrorum, Tu primitias fidei nostrae, benignissima praesentia tua, suavissima protectione tua in Guadalupano [1] aliisque pietatis tuae monumentis per universas regiones nostras obfirmasti, amplificasti et confirmasti. O Domina nostra, o Mater nostra, quae serpentis caput virgineo pede contrivisti, libera populos nostros a venenatis impiorum et haereticorum iaculis; Tuque, quae Nutrix fuisti atque Educatrix populorum nostrorum in fide dilectissimi Filii tui, Tutrix etiam, Vindex et Propugnaculum esto. Tui sumus, Tui esse volumus; monstra Te esse matrem et patronam nostram, custodi nos, salva nos potentissimis precibus tuis.

Ioseph sanctissime, Deiparae Sponsae castissime, qui Americae Latinae Protector semper extitisti dilectissimus, Tibi laus et veneratio in Christo Iesu.

Virginum Custos, quem laeta celebrant agmina coelitum, quem cuncti resonant christiadum chori, intercede pro nobis, suscipe corda nostra, dulcissimo Cordi Sponsae tuae Immaculatae perpetua donatione dicanda, donanda, tradenda.

[1] Hic addi potest nomen sanctuarii mariani in natione vel dioecesi celebrioris.

Bajo tu amparo nos acogemos. Oh Señora, cuya dulzura arrebata los corazones, tú has arrebatado nuestros corazones y los de nuestros pueblos. Tú confirmaste, extendiste y consolidaste las primicias de nuestra fe, con tu benignísima presencia y suavísimo patrocinio, en el Santuario de Guadalupe [1] y en los demás monumentos de tu amor maternal, por todos nuestros países. Oh Señora nuestra, oh Madre nuestra, cuya planta virginal quebrantó la cabeza de la serpiente: libra á nuestros pueblos de las emponzoñadas flechas de los impíos y de los herejes. Tú que fuiste nutriz y educadora de nuestros pueblos en la fe de tu Hijo muy amado, sé también nuestra tutora, defensora y baluarte. Tuyos somos, Tuyos queremos ser; muestra que eres nuestra madre y patrona, guárdanos, sálvanos con tus valiosas oraciones.

Santísimo José, Esposo castísimo de la Madre de Dios, que siempre has sido Protector muy amado de la América Latina, alabado seas y venerado en Cristo Jesús.

Custodio de vírgenes, á quien ensalzan llenas de gozo las legiones angélicas, cuyos loores cantan todos los coros de cristianos, intercede por nosotros, recibe nuestros corazones, y preséntalos, entrégalos y conságralos con irrevocable donación, al Corazón dulcísimo de tu Inmaculada Esposa.

[1] Aquí puede añadirse el nombre del Santuario de María Santísima que sea más célebre en cada nación ó diócesi.

Vos etiam invocamus, o Sancti et Beati, qui regiones nostras sanctissimis operationibus illustrastis. Memento nostri, tu praesertim Thuribi beatissime, Antistitum et Synodalium Americae Latinae exemplar et ornamentum splendidissimum. Respice super nos, o Protomartyr noster Sancte Philippe a Iesu, qui in cruce exaltatus et glorificatus, praeconum Crucis Christi magister, et excitator factus es.

Intercedite pro nobis, o Quadraginta Martyres invictissimi, qui, duce Beato Ignatio de Acevedo, Brasilianam gentem proprio sanguine Deo dicastis et consecrastis.

Orate pro nobis, inclyti Martyres Christi, Beati Bartholomaee Gutierrez, Bartholomaee Laurel, Petre Zuñiga et Ludovice Florez, qui coronam pretiosissimam sanctitatis Ecclesiarum Americae Latinae purpuratis margaritis illustrastis.

Patrocinium vestrum similiter invocamus, o Sancti Francisce Solane, Petre Claver et Ludovice Beltran, Americae nostrae Apostoli et Protectores, necnon Beati Sebastiane de Aparicio, Martine de Porres et Ioannes Massias, qui apostolicis virtutibus populum nostrum mirabiliter ad Christum traxistis.

Respicite super nos et orate pro nobis, vos etiam Virgines Christi,

A vosotros también os invocamos, Santos y Bienaventurados, que con vuestras santas obras disteis honor á nuestros países. Acuérdate de nosotros, tú especialmente, Toribio santísimo, dechado y gloria esplendorosa de los Prelados y Concilios de la América Latina. Míranos con ojos benignos, Protomártir nuestro, San Felipe de Jesús, que exaltado y glorificado en la cruz, te convertiste en maestro y despertador de los heraldos de la Cruz de Jesucristo.

Interceded por nosotros, invictos Cuarenta Mártires, que con el Bienaventurado Ignacio de Acevedo á la cabeza, ofrecisteis á Dios, y consagrasteis con vuestra propia sangre, á la Nación Brasileña.

Rogad por nosotros, ínclitos mártires de Cristo, Bienaventurados Bartolomé Gutiérrez, Bartolomé Laurel, Pedro Zúñiga y Luis Flores, que adornasteis la preciosa corona de santidad de las Iglesias de la América Latina, con piedras de encendido color.

Invocamos asimismo vuestro patrocinio, oh Santos Francisco Solano, Pedro Claver y Luis Beltrán, Apóstoles y Protectores de nuestra América; y el vuestro, Bienaventurados Sebastián de Aparicio, Martín de Porres y Juan Macías, que supisteis atraer á nuestro pueblo hacia Cristo con vuestras Apostólicas virtudes.

Volved los ojos á nosotros y orad por nosotros, también vosotras, Vír-

Sancta Rosa Limana, Americae nostrae Patrona, et Beata Maria Anna a Iesu, lilia candidissima et fulgentissima, quae mirabili virtutum fragrantia totam Americam Latinam delectastis et sanctificastis.

O Cor Iesu sacratissimum, salvas fac Respublicas nostras, earumque Supremos Magistratus, gentesque nostras universas. Fac etiam, Domine, ut sint unum in unitate fidei, in amore propriae patriae, in zelo decoris et incolumitatis communis stirpis, totius scilicet Americae nostrae Latinae. O Maria Immaculata, Patrona et Tutamen nostrum, protege nos, salva nos coniunge gentes nostras in amore propriae incolumitatis, unitatis et communis integritatis, in solemni professione catholicae fidei. Amen.

genes de Cristo, Santa Rosa de Lima, Patrona de América, y Bienaventurada Mariana de Jesús, blancas y refulgentes azucenas, que, con la maravillosa fragancia de vuestras virtudes, deleitasteis y santificasteis toda la América Latina.

Oh Corazón sacratísimo de Jesús: salva á nuestras Repúblicas y á sus Supremos Magistrados, y á todas nuestras naciones. Haz también, oh Señor, que formen una sola entidad, por la unidad de la fe, por el amor á la patria, y la aspiración á la gloria y defensa de nuestra raza común, de toda nuestra América Latina. Oh María Inmaculada, Patrona y Baluarte nuestro: protégenos, sálvanos, une nuestras naciones en el amor común á nuestra conservación, unidad é integridad, y en la solemne profesión de nuestra fe católica y Apostólica. Amén.

Cum vero eadem Sacra Rituum Congregatio, die 23 Martii 1900, rescripserit: « *Quoad Sanctos nihil obstat; quoad Beatos vero, attentis peculiaribus rei adiunctis, de speciali gratia concedi potest* »; Sanctitas Sua benigne annuit per sequens Breve:

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Inter subsidia religionis, quae Venerabiles Fratres Americae Latinae Antistites in plenario eorum consilio, in hac alma Urbe Nostra superiore anno habito, peropportune excogitarunt, ut Catholica Fides in ea nobilissima regione magis magisque

LEÓN PAPA XIII.

Para perpetua memoria. Entre los subsidios espirituales que Nuestros Venerables Hermanos los Obispos de la América Latina, reunidos el año pasado en Concilio Plenario en esta Nuestra alma Ciudad, muy oportunamente excogitaron, para que la Fe Católica se aumente cada

augeretur in dies, principem sane obtinent locum preces ad Deum, ad Deiparam Immaculatam et ad beatos Coelites, eos praesertim, qui sanctitate sua Americam illustrarunt, effundendae, quibus divinum auxilium pro iis fidelibus populisque ardenter imploratur. Piae huiusmodi preces a Sacra Nostra Congregatione ritibus tuendis approbatae, et quarum exemplar in Tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservatur, titulum habent « Gratiarum actio et petitio pro fidelibus et populis Americae Latinae », verbis incipiunt « Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui Sancto in saecula saeculorum - Amen », ac desinunt « in solemni professione catholicae fidei - Amen ». Quo igitur earumdem precum recitatio longe lateque evulgetur, atque in uberius animarum bonum cedat, Venerabilium praedictorum Fratrum votis obsecundantes, preces ipsas coelestibus Ecclesiae thesauris libenti quidem animo ditamus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus ac singulis utriusque sexus Christifidelibus Americae Latinae vel in America Latina commorantibus, qui corde saltem contrito easdem, quas supra memoravimus, preces devote recitaverint, quo die id egerint, septem annos de iniunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus, quas poenitentiarum relaxationes é-

día más y más, en aquella nobilísima región, ocupan el primer lugar las preces que á Dios, á Su Inmaculada Madre y á los Santos, especialmente á los que engrandecieron la América con sus heroicas virtudes, han de dirigirse, y en las cuales se pide con fervor el auxilio divino para aquellos fieles y pueblos. Estas piadosas oraciones, aprobadas por Nuestra Sagrada Congregación de Ritos, y de las cuales se conserva un ejemplar en el archivo de Nuestra Secretaría de Breves, tienen por título « Acción de gracias y petición en favor de los fieles y pueblos de la América Latina », empiezan con las palabras « Gloria al Padre, gloria al Hijo, gloria al Espíritu Santo, por los siglos de los siglos, Amén » y acaban « en la solemne profesión de la Fe Católica, Amén ». Por tanto, para que el rezo de dichas preces se propague y se extienda por todas partes, y redunde en mayor provecho de las almas, accediendo á los deseos de los referidos Venerables Hermanos, con muy buena voluntad enriquecemos las mismas preces con los celestiales tesoros de la Iglesia. Por tanto, confiando en la misericordia de Dios Todopoderoso, y en la autoridad de sus Santos Apóstoles Pedro y Pablo, á todos y cada uno de los fieles de ambos sexos de la América Latina, ó que moren en la América Latina, que por lo menos con el corazón contrito, rezaren devotamente las preces arriba mencionadas, el día que

tiam animabus Christifidelium, quae Deo in caritate coniunctae ab hac luce migrarunt, per modum suffragii applicari posse indulgemus. Contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris, servato vero tenore nuperrimae Constitutionis Nostrae de suspensione indulgentiarum hoc anno Iubilaei. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III Aprilis MDCCCC, Pontificatus Nostri Anno Vigesimo tertio.

lo hicieren, perdonamos en la forma acostumbrada por la Iglesia, siete años de las penitencias que se les hubieren impuesto, ó que de otro modo cualquiera, debieren practicar; y concedemos que estas indulgencias puedan también aplicarse, por vía de sufragio, á las almas de los fieles que, unidas á Dios por la caridad, emigraron de este mundo. Que nada en contrario sirva de obstáculo. Las presentes serán válidas perpetuamente, pero conforme al tenor de Nuestra reciente constitución suspendiendo las indulgencias en este año del Jubileo. Dado en Roma, junto á San Pedro, sellado con el anillo del Pescador, el dia 3 Abril de 1900, año vigésimo tercero de Nuestro Pontificado.

Pro Dño Card. MACCHI

NICOLAUS MARINI, *Substitutus.*

Por el Sr. Cardenal MACCHI,

NICOLÁS MARINI, *Substituto.*

POSTULATUM PATRUM CONCILII PLENARII

AMERICAE LATINAE

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

LEONI PAPAE XIII

PER SACRAM CONGREGATIONEM CONCILII

EXHIBITUM

Beatissime Pater,

Archiepiscopi et Episcopi Americae Latinae in Concilio Plenario congregati, attentis necessitatibus suarum Dioecesium, postulant: I. Ut, stante difficultate celebrationis concursuum, omnes Paroeciae titulo amovibili conferri possint; II. Ut Episcopi conferre possint absque concursu omnes Canonicatus de officio, quoties expedire iudicaverint.

Die 4 maii 1900. - S. Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, vigore facultatum sibi a SSmo Dño Nostro Leone PP. XIII specialiter tributarum, ad praemissas preces rescribendum censuit, prout sequitur:

Ad I - designatis, ubicumque fieri poterit, a singulis Ordinariis in propria dioecesi nonnullis paroeciis principalioribus, quae sacerdotibus maturae aetatis, probatae vitae, non communi scientia et pietate praeditis, in titulum ad tramitem iuris de regula ordinaria conferantur, - pro gratia ad decennium ut ceterae omnes paroeciae, imo et superius recensitae, si adiuncta (prudenti Ordinarii iudicio aestimanda) id exigant, conferri possint absque concursu et ad nutum, salvis tamen privilegiis ab Apostolica Sede concessis, et cauto ut facultate transferendi aut removendi paroeciarum rectores, Episcopi nonnisi moderate et ex iusta causa utantur; onerata super hoc eorumdem Episcoporum conscientia;

Ad II - pro gratia iuxta petita, ad decennium.

A. Card. DI PIETRO, *Praefectus.*

† B. Archiepiscopus Nazianzenus, *Secretarius.*

INSTRUCTIO

CIRCA CONVENTUS EPISCOPORUM

AMERICAE LATINAE

Illme ac Rme Domine,

Quum ad optimum ecclesiasticarum provinciarum regimen et ad fidelium aedificationem plurimum conferre perspectum sit sanctam Antistitum concordiam mutuamque consuetudinem, RRmi Patres Plenarii Concilii Latino-Americani, nuper in Urbe feliciter absoluti, per articulos 208 et 288, utilitatem et necessitatem agnoverunt consessum episcopalium, qui iam pro Brasilia, per epistolam diei 2 Iulii a. 1894, a SSmo Domino Nostro LEONE divina providentia PAPA XIII fuerunt maxime commendati.

Porro Beatissimus Pater, cui summopere cordi est, ut uberrimi firmique fructus ex praedicto Plenario Concilio capiantur, ad ipsorum episcopalium congressuum rationem aptius determinandam, haec quae sequuntur decernere, et universis Americae Latinae locorum Ordinariis significari statuit, videlicet:

I. Tertio quoque anno, crebrius etiam pro necessitate vel opportunitate, Episcopi omnes uniuscuiusque Ecclesiasticae provinciae conveniant, de communibus Ecclesiarum suarum negotiis coniunctim acturi.

II. Sedem primi conventus Metropolita designet: in posterum ipse Episcoporum coetus pro qualibet insequenti vice.

III. Episcopalem consessum Metropolita convocet et moderetur, et, in eius defectu, senior in ecclesiastica hierarchia. - Secretarii munere fungatur is, quem Episcopi suo suffragio designaverint.

IV. Congressuris ad deliberandum maxime proponantur opportunae rationes, quibus efficaciter eliminentur difficultates et excusationes quae contra religiosam observantiam omnium decretorum Concilii Plenarii produci contigerit; nec non ad fortiter et suaviter corrigendas negligentias in eadem observantia. Speciatim vero totis viribus curandum erit, ut efficaciter ad praxim ubique deducantur, quae in Concilio Plenario de-

creta sunt de Indorum ad fidem conversione et eorum institutione in christianis praeceptis et morum urbanitate. Agendum pariter erit, tum de assiduo indigenarum idiomatum studio sacerdotibus urgendo, ut ad salutare missionum opus habiles reddantur; tum de infausta dilatione baptismi parvulorum, ruri vel in locis ubi deficiunt sacerdotes, degentium; tum de corrigenda parochorum negligentia quoad infirmos praesertim ruricolas Sacra Eucharistia reficiendos; demum de aliis id genus argumentis, quae ad Dei gloriam et salutem animarum provehendam necessaria vel utilia Episcopis pro eorum zelo ac prudentia, videantur.

V. Propositiones et sententiae coetus Episcoporum, maxime vero graves difficultates quae in executione et observantia unius vel alterius decreti Concilii Plenarii occurrere possunt, ad notitiam Sanctae Sedis, sicuti par est, accurate deferantur, servata norma praescripta in articulo 995 eiusdem Plenarii Concilii.

VI. Acta huiusmodi consessuum episcopalium breviori qua fieri poterit forma redigantur; et si quae resolutiones vel praescriptiones clero vel fidelibus communicandae videantur, id per literas circulares vel per Epistolam pastoralem communem, concisa pariter forma exaratam, fieri poterit.

Plurimum autem confidit Sanctitas Sua, per Episcoporum omnium Americae Latinae concordem voluntatem et sollicitudinem, fructus laetabiles ex hisce congressionibus religioni et civitati, Deo iuvante, fauste obventuros.

Quae iussa et optata Beatissimi Patris, dum pro muneris mei officio significo Amplitudini Tuae Illmae ac Rmae, felicia omnia ac prospera a Domino adprecor.

Romae, e Secretaria Status, die 1 maii 1900.

addictissimus

M. CARD. RAMPOLLA.

DECRETA CONCILII.

DECRETOS DEL CONCILIO.

DECRETA CONCILII

IN NOMINE
SANCTISSIMAE ET INDIVIDUAE
TRINITATIS
PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI
AMEN

Decretum de Consecratione Concilii Plenarii Americae Latinae Sacratissimo Cordi Iesu et Immaculatae Virgini Mariae.

QUONIAM caritas Christi congregavit nos in unum, ut bonum, quod in nobis a Deo requiritur, exequamur, scilicet ut iustitiam loquamur et quae recta sunt iudicemus, Nos, Patres huius Concilii Plenarii, ab ipso initio laborum nostrorum, levamus oculos nostros in montem, unde veniet auxilium nobis, ad illud nimirum solemniori ratione a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa Decimo Tertio, hodie, nostris oblatum oculis, auspicatissimum divinissimumque signum, videlicet Cor Iesu Sacratissimum, superimposita cruce, splendidissimo candore inter flammas elucens: in eo collocamus spem, ex Eo cleri et populi Nobis commissi petimus et expectamus salutem, Eidemque totum Concilium Plenarium Americae Latinae dicatum, deditum ac consecratum volumus, dicimus et solemniter declaramus. Ad dul-

DECRETOS DEL CONCILIO

EN EL NOMBRE
DE LA SANTÍSIMA É INDIVIDUA
TRINIDAD
PADRE É HIJO Y ESPIRITU SANTO
AMÉN.

Decreto de la Consagración del Concilio Plenario de la América Latina, al Sagrado Corazón de Jesús y á la Purísima Virgen María.

POR cuanto el inefable amor de Jesucristo nos ha congregado en esta santa asamblea para que demos cima á las buenas obras que la Divina Providencia exige de nosotros, es decir para que promulguemos justos decretos y fallemos con rectitud, Nós, los Padres de este Concilio Plenario, en el comienzo mismo de nuestros trabajos, alzamos los ojos hacia aquel monte santo de donde nos ha de venir el socorro, á la divina enseña de feliz augurio que hoy de una manera más solemne acaba de desplegar á nuestra vista Nuestro Santísimo Padre el Papa León XIII, al Corazón Sacratísimo de Jesús, que resplandece sobre la Cruz y entre las llamas divinas con fulgor vivísimo. En Él colocamos nuestra esperanza, á Él pedimos y de Él esperamos la salvación del clero y del pueblo á Nós cometido, y á Él queremos, proclamamos y

cissimum Cor Iesu confugientes, infinitam etiam misericordiam Eius imploramus, unanimi humilique ore confitentes peccata populorum nostrorum, quibus benignissimus Dominus saepe ad vindictam provocatus est; et exeuntis iam saeculi peccata omnia solemni reparatione deplorantes, gratias insuper maximas dulcissimo Cordi Iesu agimus, pro universis beneficiis, civitatibus, et dioecesibus Nostris, hucusque collatis.

Beatissimae etiam Virgini Mariae sub mysterio suae Immaculatae Conceptionis civitatum Nostrarum Patronae principali et universali, totum Concilium Plenarium, universumque clerum et populum Americae Latinae dicamus, donamus et irrevocabili consecratione consecramus, potentissimam huius peramantissimae Matris protectionem, cum praesidio sanctissimi et purissimi Sponsi B. Iosephi, cui America nostra Latina singularissimo et antiquissimo pietatis cultu coniungitur, implorantes; Sanctorum denique Americae Latinae Protectorum intercessionem invocamus, praesertim Sanctissimi Antistitis Thuribii, qui totius Episcopatus Americani luminare maius existit, Sancti Philippi a Iesu, Protomartyris Americani, Beatorum Ignatii de Acevedo et Sociorum, qui Brasilianam gentem,

solemnemente declaramos que quede ofrecido y consagrado el Concilio Plenario de la América Latina. Acogiéndonos al dulcísimo Corazón de Jesús, imploramos su infinita misericordia confesando unánime y humildemente los pecados de nuestros pueblos, que tantas veces han provocado la ira del Señor; y llorando y procurando reparar solemnemente todas las culpas del siglo que está para expirar, damos las más rendidas gracias al mismo Divino Corazón, por todos los beneficios que hasta hoy ha prodigado á nuestras ciudades y diócesis.

Ofrecemos igualmente, donamos y con irrevocable consagración consagramos el Concilio Plenario y el clero y pueblo todo de la América Latina, á la Santísima Virgen María, Patrona principal y universal de nuestros Estados, bajo el misterio de su Concepción Inmaculada; implorando la valiosa protección de esta Madre amantísima, con el amparo de su castísimo y santo esposo José, á quien nuestra América Latina se halla ligada con antiguos vínculos de culto singular y filial piedad. Invocamos la intercesión de los Santos Protectores de la América Latina, principalmente de Santo Toribio de Lima, que es el Astro más luciente del episcopado del Nuevo Mundo; de San Felipe de Jesús, protomártir de América, de los Bienaventurados Ignacio de Acevedo y compañeros mártires,

proprio sanguine, Deo consecrarunt, aliorumque Martyrum nostrorum, item Sanctorum Francisci Solani, Petri Claver et Ludovici Bertrandi, Beatorum Martini de Porres, Ioannis Massias caeterorumque sanctissimorum virorum, qui apostolicis laboribus et virtutibus regiones nostras illustrarunt, necnon Sanctae Rosae Limanae, totius Americae Patronae, et Beatae Mariae Annae a Iesu, quae merito habentur ut duplex candidissimum Lilium, universam Americam Latinam suavissima fragrantia indesinenter delectans et sanctificans.

Ut autem haec consecratio, invocatio, veniae petitio et gratiarum actio solemniter celebretur, volumus, ut diebus nono, decimo, et undecimo praesentis mensis Iunii, in aula Conciliari, recitentur a Reverendissimo Praeside litaniae Sacratissimi Cordis Iesu, respondentibus omnibus Rmis Patribus et aliis synodalibus; die videlicet nono et decimo in fine sessionis, et die undecimo in solemni sessione, post Missam. Quo die, omnes Patres, et proprio et omnium Pastorum et fidelium Americae Latinae nomine, alta voce recitabunt formulam consecrationis huic decreto adnexam.

Denique volumus ut praesens decretum ante omnia alia solemniter

que derramando su sangre por la fe, consagraron el Brasil al Señor; de los Santos Francisco Solano, Pedro Claver y Luis Beltrán; de los Bienaventurados Martín de Porres, Juan Macías y de los demás varones santísimos, que con sus virtudes y trabajos apostólicos ilustraron nuestras regiones; y por último de Santa Rosa de Lima, Patrona de ambas Américas y de la Bienaventurada Mariana de Jesús, cándidas azucenas que no cesan de deleitar y santificar con sus suaves aromas toda la América Latina.

Y para que con toda solemnidad se celebre esta consagración, invocación, petición de perdón y hacimiento de gracias, queremos que los días 9, 10 y 11 del corriente mes de Junio, en el Aula Conciliar, el Reverendisimo Presidente rece las Letanías del Sagrado Corazón de Jesús, respondiendo todos los Reverendísimos Padres y demás miembros del Concilio; el 9 y el 10 al fin de la sesión, y el 11, fiesta del Sagrado Corazón, en la sesión solemne, después de la Misa que celebrará el Reverendísimo Presidente; en cuyo día, terminado el Santo Sacrificio, todos los Padres, á nombre suyo propio y de todos los Pastores y fieles de la América Latina, recitarán en alta voz la fórmula de consagración, agregada á este Decreto.

Queremos, por último, que este sea el primero que se promulgue

promulgetur, in proxima publica sessione.

Ad Sacratissimum Cor Iesu.
Formula Consecrationis.

Iesu dulcissime, Redemptor humani generis, respice nos, ad altare tuum humillime provolutos. Tui sumus, tui esse volumus; quo autem Tibi coniuncti firmius esse possimus, en hodie Sacratissimo Cordi tuo se quisque nostrum sponte dedicat. - Te quidem multi novere nunquam: Te, spretis mandatis tuis, multi repudiarunt. Miserere utrorumque, benignissime Iesu: atque ad sanctum Cor tuum rape universos. Rex esto, Domine, nec fidelium tantum qui nullo tempore discessere a Te, sed etiam prodigorum filiorum qui Te reliquerunt: fac hos, ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Rex esto denique eorum omnium, qui in vetere gentium superstitione versantur, eosque a tenebris vindicare ne renuas in Dei lumen et regnum. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis: perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod

solemnemente, antes que cualesquiera otros Decretos del Concilio, en la próxima sesión pública.

Fórmula de Consagración
al Sagrado Corazón de Jesús.

Jesús dulcísimo, Redentor del género humano, míranos postrados humildemente ante tu altar. Tuyos somos y tuyos queremos ser; y para unirnos más intimamente á tí hoy nuestro corazón se consagra espontáneamente á tu Sacratísimo Corazón. — Muchos, jamás te han conocido; muchos, despreciando tus mandamientos, te han repudiado. Apiádate, benignísimo Jesús, de los unos y de los otros, y atráelos á todos á tu santo Corazón. Sé Rey, Señor, no sólo de los fieles que jamás se han apartado de tí, sino tambien de los hijos pródigos que te han abandonado: haz que vuelvan pronto á la casa paterna para que no perezcan de miseria y de hambre. Sé Rey de aquellos á quienes tienen engañados las opiniones erróneas ó separa la discordia, y tórnalos al puerto de la verdad y de la unidad de la fe, para que presto haya un solo rebaño y un solo pastor. Sé Rey, en fin, de los que viven en la antigua superstición gentílica, y no rehuses trasladarlos de las tinieblas á la luz y reino de Dios. Concede á todas las naciones la tranquilidad del orden; haz que del uno al otro polo de la tierra resuene una sola voz: Alabado sea el Divino Co-

nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula. Amen.

Deinde subiungit
Rñus Praeses Concilii:

Parce, igitur, parce, Domine, populo tuo et dimitte peccata nostra et populorum nostrorum quibus toto exeunte iam saeculo saepe ad vindictam provocatus es. Parce, Cor Iesu suavissimum, parce civitatibus nostris, quae in fide Ecclesiae tuae enutritae, fidei thesaurum, Te auctore, mirabiliter servarunt et contra omnis generis insidias custodierunt.

Suscipe, Cor Iesu sacratissimum, gratiarum actiones Episcoporum et fidelium civitatum nostrarum, quae in abundantia beneficiorum tuorum salvae factae sunt.

Tibi etiam, Maria Virgo Immaculata, Mater nostra dulcissima, quae cunctas haereses sola interemisti in universo mundo, quae in Guadalupano, aliisque omnium civitatum nostrarum pietatis tuae inclytis monumentis tot urbes refugii nobis constituisti, quaeque Tutrix fuisti et Nutrix amantissima civitatum nostrarum in vera fide Filii tui dilectissimi, grato animo ac suavissimo filialis amoris sensu, Concilium Plenarium cum universis Pastoribus et fidelibus Americae Latinae solemni dedicatione consecramus, offerimus et donamus. Sub

razón, por quien nos ha venido la salvación: tribútensele gloria y honor por todos los siglos de los siglos. Amén.

Añadirá luego el Reverendísimo
Presidente del Concilio:

Apiádate, pues, oh Señor: apiádate de tu pueblo, y perdónanos nuestros pecados y los de nuestros rebaños, que durante el siglo que acaba, tantas veces han provocado tu ira justísima. Apiádate, oh dulcísimo Corazón de Jesús, apiádate de nuestros Estados, que criados en la fe de tu Iglesia, gracias á Tí, han conservado maravillosamente el tesoro de la fe, y lo han defendido contra todo género de asechanzas.

Acepta, oh Sagrado Corazón de Iesús, las gracias que te dan los Obispos y los fieles de nuestras Repúblicas, que con la abundancia de tus beneficios han recibido la salvación.

A Tí también, oh Virgen inmaculada, dulcísima Madre nuestra María, que has destruido las herejías en todo el mundo; que en el Santuario de Guadalupe y en los demás gloriosos monumentos de tu maternal amor á nuestras Repúblicas, has fundado otras tantas ciudades de refugio; que has sido valiente defensora y madre amante de nuestras Repúblicas, en la Fe verdadera de tu Hijo tan amado; en prenda de filial amor y singular agradecimiento te consagramos, ofrecemos y donamos el Concilio Plenario, juntamente con todos los

tuum praesidium confugimus, et maternae tuae protectioni opera nostra, et fructum laborum nostrorum committimus. Benedic nos, Mater nostra, benedic nos, Patrona nostra Immaculata et potentissima. Tui sumus; monstra Te esse matrem; salvos fac filiolos Sanctissimi et Immaculatissimi Cordis tui. O Ioseph sanctissime, Tu pariter suscipe nos Sponsae tuae perpetuo donandos.

Pastores y fieles de la América Latina, de la manera más solemne y completa. Bajo tu amparo nos acogemos, y á tu maternal protección encomendamos nuestras obras y el fruto de nuestros trabajos. Bendícenos, oh Madre poderosa y Patrona nuestra inmaculada. Tuyos somos; muestra que eres nuestra Madre: salva á los hijos de tu santísimo é inmaculado corazón. Oh santo José: acepta tú igualmente la donación perpetua que de nosotros mismos hacemos á tu purísima Esposa.

Vos etiam invocamus, o Sancti et Beati, qui regiones nostras sanctissimis operationibus illustrastis. Memento nostri, tu praesertim Thuribi beatissime, Antistitum et Synodalium Americae Latinae exemplar et ornamentum splendidissimum. Respice super nos, o Protomartyr noster Sancte Philippe a Iesu, qui in cruce exaltatus et glorificatus, praeconum Crucis Christi magister et excitator factus es.

A vosotros también os invocamos, oh Santos y Bienaventurados, que con vuestras santas obras hicisteis célebres nuestras regiones. Tú más que ninguno acuérdate de nosotros, oh Toribio bendito, ejemplo y esplendor sin igual de Prelados y Padres de Concilios. Vuelve hacia nosotros tus ojos oh protomártir nuestro, Felipe de Jesús, que levantado y glorificado en la cruz te convertiste en maestro y despertador de los predicadores de la Cruz de Cristo.

Intercedite pro nobis, o Quadraginta Martyres invictissimi, qui duce B. Ignatio de Acevedo Brasilianam gentem proprio sanguine Deo dicastis et consecrastis.

Interceded por nosotros, invictísimos Cuarenta Mártires, que capitaneados por el Bienaventurado Ignacio de Acevedo dedicasteis á Dios y consagrasteis con vuestra propia sangre la tierra Brasilieña.

Orate pro nobis, inclyti Martyres Christi, Beati Bartholomaee Gutierrez, Bartholomaee Laurel, Petre Zuñiga et Ludovice Florez, qui coronam pretiosissimam sanctitatis Ec-

Rogad por nosotros, ínclitos mártires, Bienaventurados Bartolomé Gutierrez, Pedro Zúñiga, Bartolomé Laurel y Luis Florez, que con joyas de púrpura adornásteis la co-

clesiarum Americae Latinae purpuratis margaritis illustrastis.

Patrocinium vestrum similiter invocamus, o Sancti Francisce Solane, Petre Claver et Ludovice Beltran, Americae nostrae Apostoli et Protectores, necnon Beati Sebastiane de Aparicio, Martine de Porres et Ioannes Massias, qui apostolicis virtutibus populum nostrum mirabiliter ad Christum traxistis.

Respicite super nos et orate pro nobis, vos etiam Virgines Christi, Sancta Rosa Limana Americae nostrae Patrona, et Beata Maria Anna a Iesu, Lilia candidissima et fulgentissima, quae mirabili virtutum fragrantia totam Americam Latinam delectastis et sanctificastis. Amen.

rona preciosa de santidad con que brilla la América Latina.

Vuestro patrocinio invocamos, Santos Francisco Solano, Pedro Claver y Luis Beltrán, Apóstoles y protectores de nuestra América, Bienaventurados Sebastián de Aparicio, Martín de Porres y Juan Macías, que con vuestras virtudes Apostólicas, atrajisteis á nuestro pueblo á los piés de Cristo Redentor.

Miradnos con ojos benignos y orad por nosotros, oh Vírgenes del Señor, Santa Rosa de Lima, patrona universal de nuestra América, Bienaventurada Mariana de Jesús, cándidas y brillantes azucenas, que con el suave aroma de vuestras virtudes deleitasteis y santificasteis toda la América Latina. Amén.

TITULUS I.

DE FIDE ET ECCLESIA CATHOLICA

CAPUT I.

De professione Fidei.

1. Quoniam sine fide impossibile est placere Deo et ad filiorum eius consortium pervenire, Nos, Patres huius Concilii Plenarii Latino-Americani, a fide, quae radix iustificationis est, incipientes, solemni professione, confitemur et docemus omnia, quae ab Ecclesia Catholica, sive solemni iudicio, sive ordinario et universali magisterio, ut divinitus revelata, credenda proponuntur.

2. Speciatim vero admittimus et amplectimur Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, sacramque Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit ac tenet sancta mater Ecclesia, atque omnia et singula, quae a sacrosancta Tridentina Synodo et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata fuerunt, praesertim de primatu et infallibili magisterio Romani Pontificis, quem beati Petri Apostolorum Principis successorem, Iesu Christi Vicarium ac totius Catholicae Ecclesiae Pastorem ac Doctorem profitemur.

TITULO I.

DE LA FE Y DE LA IGLESIA CATOLICA

CAPÍTULO I.

De la profesión de Fe.

1. Por cuanto sin fe es imposible agradar á Dios y contarse en el número de sus hijos, Nós, los Padres de este Concilio Plenario Latino-Americano, empezando por la Fe, que es la raiz de la justificación, con solemne profesión confesamos y enseñamos todas las verdades que, como objeto de nuestra creencia, nos propone la Iglesia Católica, como reveladas por Dios, ya sea en solemne definición, ya sea en el ejercicio ordinario de su magisterio universal.

2. En especial admitimos y abrazamos las tradiciones Apostólicas y Eclesiásticas, y la Sagrada Escritura, conforme al sentido que la Santa Madre Iglesia ha sostenido y sostiene, y todas y cada una de las verdades enseñadas, definidas y declaradas por los Santos Concilios ecuménicos Tridentino y Vaticano, especialmente acerca del primado é infalible magisterio del Romano Pontífice, á quien reconocemos como sucesor de San Pedro, Príncipe de los Apóstoles, Vicario de Jesucristo, y Pastor y Doctor de toda la Iglesia Católica.

3. Reprobamus omnes errores, sive a Conciliis Generalibus, praesertim Vaticano, sive a Romanis Pontificibus damnatos, nominatim vero illos qui notantur tum in Encyclica Pii IX fel. rec. *Quanta cura* et in adnexo Syllabo [1], tum in Encyclicis SSmi Domini Nostri Leonis PP. XIII feliciter regnantis, quae incipiunt: *Arcanum*, « de matrimonio christiano », *Diuturnum illud*, « de politico principatu », *Humanum genus* [2], « de secta massonica », *Immortale Dei*, « de civitatum constitutione christiana », *Libertas*, « de libertate humana », *Sapientiae christianae*, « de praecipuis civium christianorum officiis », et *Rerum novarum*, « de conditione opificum ». Quoniam vero satis non est haereticam pravitatem devitare, nisi ii quoque errores diligenter fugiantur qui ad illam plus minusve accedunt, omnes officii monemus servandi etiam Constitutiones et Decreta, quibus pravae aliae opiniones a Sancta Sede proscriptae et prohibitae sunt.

4. Memores verbi Christi: *Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei: qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei* (Luc. XII, 8, 9); mo-

3. Reprobamos todos los errores condenados, ya sea por los Concilios Generales, y en especial el Vaticano, ya sea por los Romanos Pontífices, particularmente los que se expresan tanto en la Encíclica de Pio IX, de santa memoria, *Quanta Cura* y en el adjunto *Silabo* [1], como en las Encíclicas de Nuestro Santisimo Padre el Papa León XIII felizmente reinante que empiezan: *Arcanum*, del Matrimonio Cristiano, *Diuturnum illud*, sobre el poder temporal, *Humanum genus* [2], de la secta masónica, *Immortale Dei*, de la Constitución cristiana de los Estados, *Libertas*, de la libertad humana, *Sapientiae Christianae*, de los principales deberes de los ciudadanos cristianos, y *Rerum Novarum*, de la condición de los obreros. Y por cuanto no basta evitar la herética pravedad, si no se huye también con diligencia de todos los errores que más ó menos se le acercan, advertimos á todos el deber que les incumbe de observar igualmente las Constituciones y Decretos en que la Santa Sede condena y prohibe otras perversas opiniones.

4. Recordando las palabras de Jesucristo: *Todos aquél que me confesare delante de los hombres, también el Hijo del hombre lo confesará ante los Angeles de Dios: y el que me negare delante de los hombres será negado ante los Angeles de Dios*

[1] V. Append. ad Concilium Plenarium Americae Latinae, n. XXV; XXVI. — [2] V. Appen. n. LII.

nemus omnes fideles, in nullo casu, etiam ad mortem vitandam, licere veram fidem corde retentam, ore vel facto negare, falsamque exterius profiteri seu simulare, idcirco neque licitum esse subscribere formulae fidei catholicae contrariae, etiamsi subscribens dicat se nolle a vera fide deficere, neque licitum esse, sive verbo sive scripto, polliceri se servaturum esse quae eidem catholicae fidei quomodocumque adversantur.

(Luc. XII, 8, 9); advertimos á todos los fieles que en ningún caso, ni aún para evitar la muerte, es lícito con palabras ó con hechos negar la fe verdadera, por más que en el fondo del corazón se conserve, ni profesar exteriormente ó simular una falsa. Por tanto, no es lícito subscribir una fórmula contraria á la fe católica, aunque el que subscribe diga que no quiere apartarse de la fe verdadera; ni tampoco es lícito prometer, de palabra ó por escrito, observar lo que de cualquier manera es contrario á la misma fe católica.

5. Apostolicis praescriptionibus inhaerentes, adstrictos declaramus ad canonicam professionem Fidei corde et ore emittendam, iuxta formulam Pii IV, in Const. *Iniunctum nobis*, et Pii IX, in decreto S. C. Concilii, diei 20 Ianuarii 1877 [1]: *a*) Omnes et singulos qui ex iure vel consuetudine Concilio Provinciali vel Dioecesanae Synodo intersint; - *b*) Vicarios Generales et Provisores, priusquam iniunctum sibi officium exerceant; - *c*) Vicarios foraneos; - *d*) Omnes, qui in Cathedralibus Ecclesiis dignitatem, canonicatum aut beneficium residentiale obtinuerint; idque per seipsos, intra duos menses a die adeptae possessionis; - *e*) Quicumque curam habent animarum; idque item per seipsos, intra duos menses a die adeptae possessionis; - *f*) Exa-

5. Adhiriéndonos á las prescripciones Apostólicas declaramos que están obligados á hacer con el corazón y con los labios la canónica profesión de Fe, según la fórmula de Pío IV en la Constitución *Iniunctum Nobis*, y de Pío IX en el Decreto de la S. Congregación del Concilio de 20 Enero de 1877 [1]: *a*) Todos y cada uno de los que, por derecho ó costumbre, asisten al Concilio Provincial ó al Sinodo Diocesano; *b*) los Provisores y Vicarios Generales antes que empiecen á desempeñar su cargo; *c*) los Vicarios Foraneos; *d*) todos los que obtengan en las Iglesias Catedrales alguna dignidad, canongía ó beneficio residencial, y esto personalmente, y dentro de dos meses después de haber tomado posesión; *e*) todos los que tienen cura de almas también

[1] V. Appen. n. XL.

minatores Synodales; - *g*) Seminarii Moderatores; - *h*) Quicumque, sive clerici sive laici, in Seminariis maioribus et minoribus, Institutis, Collegiis aut scholis per legitimam obedientiam ecclesiasticae iurisdictioni subiectis, etiamsi in illis rudimenta tantum pueri vel puellae doceantur, sacras vel humanas litteras docendi munus susceperint; pro ludimagistris formula brevi professionis fidei adhibita et vernaculo idiomate expressa [1]; - *i*) Omnes qui vel ex apostasia vel ab haeresi ad Ecclesiam veniunt, adhibita tamen speciali abiurationis formula [2].

en persona y dentro de dos meses contados desde la toma de posesión; *f*) los examinadores sinodales; *g*) los Rectores de seminarios; *h*) todos, sean clérigos ó seglares, los maestros de letras sagradas ó profanas en los Seminarios mayores y menores, en los Institutos, Colegios ó escuelas sujetas por legitima obediencia á la jurisdicción eclesiástica, aun cuando en ellas sólo se enseñen los primeros rudimentos á niños ó niñas; para los maestros de escuela servirá una fórmula breve de profesión de fe, en idioma vulgar [1]; *i*) todos los que se convierten de la apostasía ó de la herejía, empleándose en este caso una forma especial de abjuración [2].

Caput II.
De Revelatione.

6. Quamvis Deus unus et verus, Creator et Dominus noster, per ea quae facta sunt, naturali rationis humanae lumine certo cognosci possit; attamen placuit eius sapientiae et bonitati, alia, eaque supernaturali via, seipsum ac aeterna voluntatis suae decreta humano generi revelare. Licet enim in divina revelatione res quoque comprehendantur quae humanae rationi inaccessae non sunt, ideo tamen hominibus et ipsae revelatae sunt, ut ab omnibus expeditae, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint. Idcirco valde expediens fuit ut per

Capítulo II.
De la Revelación.

6. Aunque Dios, uno y verdadero, Creador y Señor nuestro, por medio de las creaturas, pueda con certeza ser conocido con la luz natural de la razón humana; no obstante, plugo á su sabiduría y bondad, revelarse á Sí propio y revelar los eternos decretos de su voluntad al género humano, de otro modo diverso y sobrenatural. Y aunque en la divina revelación se comprendan también algunas cosas no inaccesibles á la razón humana, éstas, no obstante, se han revelado á los hombres, para que todos puedan conocerlas fácilmente, con firme certeza y sin mezcla de error alguno.

[1] V. Appen. n. CXXXV. — [2] V. Appen. n. CXXXIII.

revelationem divinam homo de Deo cultuque ei exhibendo edoceretur [1].

7. Non hac tamen de causa revelatio absolute necessaria dicenda est, sed quia Deus, ex infinita bonitate sua ordinavit hominem ad finem supernaturalem, ad participanda scilicet bona divina, quae humanae mentis intelligentiam omnino superant. Siquidem, praeter ea quae naturalis ratio pertingere potest, credenda nobis proponuntur mysteria in Deo abscondita, quae, nisi revelata divinitus, innotescere non possunt. Quapropter errant, qui dicunt hominem ad cognitionem et perfectionem, quae naturalem superet, divinitus evehi non posse, sed ex seipso ab omnis tandem veri et boni possessionem iugi profectu pertingere posse et debere [2].

8. Haec autem supernaturalis revelatio, secundum universalis Ecclesiae fidem, continetur in libris scriptis et sine scripto traditionibus, quae, ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae aut ab ipsis Apostolis, Spiritu Sancto dictante, quasi per manus traditae, ad nos usque pervenerunt. Scriptos autem ac receptos libros veteris et novi Testamenti

Fué, por tanto, muy conveniente que por medio de la divina revelación se instruyera el hombre acerca de Dios y del culto que ha de prestarle [1].

7. Pero no por esto ha de decirse que la revelación es absolutamente necesaria, sino porque Dios en su infinita bondad destinó al hombre á un fin sobrenatural, es decir á la participación de bienes divinos, superiores con mucho à cuanto pueda abarcar la inteligencia humana. Así es que, además de aquellas cosas que están al alcance de la razón natural, se proponen â nuestra creencia los misterios en Dios escondidos, que si no es por revelación divina no podemos llegar á conocer. Por lo cual yerran los que afirman que es imposible que el hombre se eleve sobrenaturalmente à un conocimiento y perfección superiores á los naturales, sino que antes bien puede y debe por sí solo, en virtud del progreso constante, llegar á la posesión de toda verdad y de todo bien [2].

8. Esta revelación sobrenatural, según la creencia de la Iglesia universal, se contiene en los libros escritos, y en las tradiciones no escritas que, recibidas por los Apóstoles de los labios de Jesucristo, ó por los mismos Apóstoles, bajo el dictado del Espíritu Santo, transmitidas por decirlo así de mano en mano, han llegado hasta nosotros.

[1] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*. V. Appen. n. XXXV. — [2] Ibid.

Ecclesia pro sacris et canonicis habet, eo quod Spiritu Sancto inspirante conscripti, Deum habent auctorem, atque ut tales Ecclesiae traditi sunt [1]. Hoc sane de utriusque Testamenti libris perpetuo tenuit palamque professa est Ecclesia: eaque cognita sunt gravissima veterum documenta, quibus enuntiatur, Deum, prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos locutum, etiam Scripturam condidisse, quae canonica nominatur, eamdemque esse oracula et eloquia divina, litteras esse, humano generi, longe a patria peregrinanti, a Patre coelesti datas et per auctores sacros transmissas [2].

La Iglesia tiene por sagrados y canónicos los libros escritos y recibidos del antiguo y nuevo Testamento, porque, habiendo sido compuestos bajo la inspiración del Espíritu Santo, tienen á Dios por autor, y como tales han sido entregados á la Iglesia [1]. Esta es la doctrina que siempre y abiertamente ha profesado la Iglesia acerca de los libros de ambos Testamentos: los cuales son reconocidos como documentos importantísimos de nuestros mayores, en que se declara que Dios habiendo hablado primero por los Profetas, después por sí mismo y luego por los Apóstoles, compuso también la Escritura que se llama canónica, la cual es el oráculo y lenguaje divino, la carta escrita por el Padre celestial al género humano que anda peregrinando lejos de la patria, y que le ha sido transmitida por los autores sagrados [2].

9. Huius autem supernaturalis revelationis depositum a Christo Domino commissum fuit Ecclesiae fideliter custodiendum, scilicet Apostolis eorumque successoribus, sed praesertim beato Petro eiusque successori in primatu iurisdictionis in universam Dei Ecclesiam, idest Romano Pontifici, Christi Iesu in terris Vicario, totius Ecclesiae visibili Capiti et omnium christianorum Patri ac Doctori.

9. El depósito de esta revelación sobrenatural fué confiado por Cristo nuestro Señor á la Iglesia para que fielmente lo custodiase, es decir fué encomendado á los Apóstoles y á sus sucesores, pero principalmente á San Pedro y á su sucesor en el primado de jurisdicción sobre toda la Iglesia de Dios, es decir al Romano Pontífice, Vicario de Jesucristo en la tierra, Cabeza visible de toda la Iglesia y Padre y Doctor de todos los cristianos.

[1] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*. V. Appen. n. XXXV. — [2] Leo XIII. Encycl. *Providentissimus Deus*, 18 Nov. 1893.

10. Cum sancta Tridentina Synodo et oecumenico Concilio Vaticano, monemus omnes fideles, in rebus fidei et morum, ad aedificationem doctrinae christianae pertinentibus, eum pro vero sensu sacrae Scripturae habendum esse, quem tenuit ac tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctarum; atque ideo nemini licere contra hunc sensum, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari [1].

11. Portenta errorum, quae tamquam decretoria pronuntiata novae cuiusdam *scientiae liberae* a Rationalistis exhibentur, improbantes et damnantes, temeritatem illam etiam improbamus et damnamus, qua ad profana quaeque convertuntur et torquentur verba et sententiae sacrae Scripturae, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias et diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famosos; et volumus, ut omnes huius generis homines temeratores, et violatores verbi Dei per respectivos Episcopos coerceantur [2].

10. Con los santos Concilios ecuménicos Tridentino y Vaticano, advertimos á todos los fieles que en todas las materias de fe y de costumbres, tocantes á la edificación de la doctrina cristiana, se ha de tener por verdadero sentido de la Sagrada Escritura aquél que ha tenido y tiene la Santa Madre Iglesia, á quien toca juzgar del verdadero sentido é interpretación de las Sagradas Escrituras; y por tanto, á nadie es lícito interpretar la misma Sagrada Escritura de una manera contraria á este sentido, ó al unánime consentimiento de los Padres [1].

11. Al mismo tiempo que reprobamos y condenamos los monstruosos errores propalados por los Racionalistas, como oráculos indiscutibles de no sé qué ciencia libre, reprobamos también y condenamos esa temeridad con que las palabras y sentencias de la Sagrada Escritura se aplican torcidamente á mil cosas profanas, es decir á bufonerías, falsedades, mentiras, adulaciones, detracciones, supersticiones, encantamientos impios y diabólicos, adivinaciones, sortilegios y aun libelos infamatorios; y queremos que todos estos profanadores y violadores de la palabra de Dios, sean castigados por sus respectivos Obispos [2].

1 Conc. Vatic. Const. *Dei Filius.* — 2 Conc. Trid. sess. 4. de edit. et usu Sacr. Librorum.

CAPUT III.
De Fide.

12. Quoniam Deus qui humanum genus, admirabili caritatis consilio, ad consortium naturae divinae principio evexit, dein a communi labe exitioque eductum, in pristinam dignitatem restituit, et hoc eidem propterea contulit singulare praesidium, ut arcana divinitatis, sapientiae, misericordiae suae supernaturali via patefaceret [1]; cumque homo a Deo tamquam Creatore et Domino suo totus dependeat, et ratio creata increatae veritati penitus subiecta esse debeat; ideo plenum revelanti Deo intellectus et voluntatis obsequium fide praestare tenemur. Idcirco errant, qui dicunt rationem humanam ita independentem esse, ut fides ei a Deo imperari non possit [2].

13. Ut autem hoc fidei nostrae obsequium rationi consentaneum esset, voluit Deus cum internis Spiritus Sancti auxiliis externa iungi revelationis suae argumenta, facta scilicet divina, atque inprimis miracula et prophetias, quae, cum Dei omnipotentiam et infinitam scientiam luculenter commonstrent, divinae revelationis signa sunt certissima et omnium intelligentiae accommo-

CAPÍTULO III.
De la Fe.

12. Por cuanto Dios, que en su infinito amor elevó desde el principio al género humano hasta hacerlo partícipe de la naturaleza divina y luego levantándolo de la caida y ruina universal lo restituyó á su dignidad primitiva y le ha conferido singulares auxílios para revelarle de un modo sobrenatural los arcanos de su divinidad, sabiduría y misericordia[1]; y dependiendo totalmente el hombre de Dios como su creador y señor, y debiendo la razón creada estar completamente sujeta á la verdad increada, por tanto, estamos oblígados á rendir á Dios en su revelación pleno homenaje de nuestro entendimiento y nuestra voluntad. Yerran, por consíguiente, los que afirman que la razón humana es á tal grado independiente, que la fe no se le puede imponer por Dios [2].

13. Para que este homenaje de nuestra fe sea conforme á la razón, ha querido Dios que á las luces interiores del Espíritu Santo se añadan los argumentos exteriores de la revelación, es decir ciertas obras divinas, y principalmente los milagros y profecías, que al propio tiempo que manifiestan claramente la omnipotencia y sabiduría infinita de Dios, son señales ciertísimas de la

[1] Leo XIII. Encycl. *Providentissimus Deus*, 18 Nov. 1893. — [2] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*.

data [1]. Quin imo Ecclesia per se ipsa, ob suam nempe admirabilem propagationem, eximiam sanctitatem et inexhaustam in omnibus bonis foecunditatem, ob catholicam unitatem invictamque stabilitatem, magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile. Perspicuum insuper est, quod Ecclesia eiusque doctrina ab Apostolorum aetate in mediis omne genus difficultatibus crevit, et per totum orbem miraculorum splendore inclyta, Martyrum sanguine amplificata, Confessorum et Virginum nobilitata virtutibus, Patrum testimoniis scriptisque sapientissimis corroborata, viguit vigetque in cunctis terrae plagis, et perfecta fidei, sacramentorum, sacrique regiminis unitate refulget [2].

14. Etsi vero fidei assensus nequaquam motus animi caecus, sed assensus liber sit, nemo tamen evangelicae praedicationi consentire potest, sicut oportet ad salutem consequendam, absque illuminatione et inspiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo et credendo veritati. Quare fides ipsa in se, etiamsi per caritatem non operetur, donum Dei est, et actus eius est opus ad salutem pertinens,

revelación, y acomodadas á todas las inteligencias [1]. La Iglesia misma por su admirable propagación, santitad eximia é inagotable fecundidad en toda clase de bienes, por su unidad católica y firmeza inquebrantable, es un grande y perpetuo motivo de credibilidad, y testimonio irrefragable de su misión divina. De igual manera es evidente que la Iglesia con su admirable doctrina, desde la época de los Apóstoles creció en medio de obstáculos de todas especies, y se extendió por todo el Orbe gloriosa con el brillo de los milagros, engrandecida con la sangre de sus mártires, ennoblecida con las virtudes de sus confesores y vírgenes, corroborada con los testimonios y sapientisimos escritos de sus Padres, y floreció y florece en todas las regiones de la tierra, resplandeciendo con la perfecta unidad de su fe, de sus sacramentos y de su sagrado gobierno [2].

14. Aunque el asentimiento á la fe no es en modo alguno un movimiento ciego del ánimo, sino un asenso libre, no obstante, ninguno puede convenir con la predicación Evangélica, de modo que le aproveche para alcanzar la salvación, sin que lo ilumine é inspire el Espíritu Santo, quien ablanda las almas para convenir y creer en la verdad. En tal virtud, la fe por sí sola, aun cuando no obre por medio de la caridad,

[1] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*. — [2] Pius IX, Alloc. *Ubi primum*, 17 Dec. 1847.

quo homo liberam praestat ipsi Deo obedientiam, gratiae eius, cui resistere posset, consentiendo et cooperando [1].

15. Et quamvis nemini unquam sine fide contingat iustificatio, nec ullus, nisi in ea perseveraverit usque in finem, vitam, aeternam assequatur [2], tamen nemo sola fide praesumat se haeredem esse constitutum, haereditatemque consecuturum, nisi etiam Christo compatiatur, ut et conglorificetur [3]: nam fides, nisi ad eam spes accedat et charitas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius vivum membrum efficit: qua ratione verissime dicitur: Fidem sine operibus mortuam et otiosam esse [4].

16. Quoniam multi, superbia decepti, omnia ad meram humanam naturam contrahere volunt, semotis Deo et Ecclesia, magnaque hodie cuilibet errorum perversitati permissa licentia, multis saepe vinculis publica veritatis christianae professio constringitur, primum omnium prospicere sibi quisque debet, vehementerque curare, ut alte comprehensam animo fidem intenta custodia tueatur, cavendo iugi diligentia pericula, nominatimque varias sophismatum fallacias. Cumque fidem non modo servare in animis incorruptam, sed assiduis etiam incrementis opor-

es un don de Dios y su *acto* es una obra perteneciente á la salvación, por la cual el hombre presta á Dios libremente obediencia, asintiendo y cooperando à su gracia, à la cual podría resistir [1].

15. Aunque nadie puede alcanzar sin fe la justificación, ni conseguir la vida eterna si no persevera hasta el fin en la misma fe [2], no obstante, ninguno presuma que la sola fe lo constituye heredero de la eterna gloria, ni que ha de alcanzar la celestial herencia, si no padece con Cristo para ser con Él glorificado [3]: porque la fe, si no se le agregan la esperanza y la caridad, ni une perfectamente con Cristo, ni hace al hombre miembro vivo de su cuerpo: por lo cual, con justicia se afirma que la fe sin las obras es muerta é inútil [4].

16. Por cuanto muchos, engañados por la soberbia, quieren reducir todo á la mera humana naturaleza, haciendo á un lado á Dios y á la Iglesia; y con la desenfrenada licencia de que hoy día disfruta el error por perverso que sea, la pública profesión de la verdad cristiana se ata á menudo con pesadas cadenas, cada cual debe ante todas cosas velar por sí propio, y tener gran cuidado de comprender con la mente la fe de una manera profunda, y de conservarla con grande ahinco, precaviendo con incesante diligencia los peligros, y en especial los diversos sofismas y

1 Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*. — 2 Ibid. — 3 Conc. Trid. sess. 6, cap. 11 de iustif. — 4 Conc. Trid. sess. 6. cap. 7.

teat augere, iteranda persaepe ad Deum est supplex atque humilis Apostolorum efflagitatio: *Domine, adauge nobis fidem* [1]. Pia enim precandi consuetudine, nihil est ad alendam augendamque fidem aptius. Cuius quidem virtutis, in plerisque debilitatae, in multis extinctae, apparet quanta sit hoc tempore necessitas [2].

17. Igitur quisque fidelis et fidem constanter tenere eamque profiteri et paratus ad illam strenue defendendam esse debet. Nam, cum necessitas cogit, incolumitatem fidei tueri non ii solum debent qui praesunt, sed *quilibet tenetur fidem suam aliis propalare, vel ad instructionem aliorum fidelium sive confirmationem, vel ad reprimendum infidelium insultationem* [3]. Cedere hosti, vel vocem premere, cum tantus undique ad opprimendam veritatem tollitur clamor, aut inertis hominis est, aut de iis quae profitetur, utrum vera sint, dubitantis. Utrumque turpe, atque iniuriosum Deo: utrumque cum singulorum tum communi saluti repugnans: solis fidei inimicis fructuosum, quia valde auget remissior proborum opera audaciam improborum. Eoque magis christiano-

falacias con que se procure arrancársela. Y como no sólo conviene conservar incólume la fe en nuestras almas sino aumentarla cada día más y más, ha de repetirse con frecuencia la humilde súplica que los Apóstoles solían dirigir á Dios: *Aumenta, oh Señor, nuestra fe* [1]. Nada hay, en verdad, más á propósito para fomentar y acrecer la fe, que la piadosa costumbre de orar; y es evidente cuán grande es nuestros tiempos la necesidad de esta virtud, en muchos debilitada, en muchos por completo extinguida [2].

17. Por tanto, todo fiel cristiano debe mantener constantemente la fe, y profesarla, y estar dispuesto á defenderla con valor. Porque en caso de necesidad, no sólo los Prelados que mandan tienen obligación de defender la integridad de la fe, sino que á *cada uno de los fieles incumbe el deber de confesar paladinamente su fe, ya sea para la instrucción y confirmación de sus hermanos, ya sea para reprimir la jactancia de los infieles* [3]. Ceder ante el enemigo, ó callar cobardemente, cuanto tanta grita se levanta en derredor para sofocar la verdad, es propio de un hombre que para nada sirve, ó que duda, por lo menos, de la verdad de lo que profesa. Ambos extremos son indignos é injuriosos á Dios; ambos se oponen á la salvación general y particular; y sólo aprove-

[1] Leo XIII. Encycl. *Sapientiae christianae*, 10 Ian. 1890. — [2] Leo XIII. Encycl. *Exeunte iam anno*, 25 Dec. 1888. — [3] S. Thom. 2. 2. q. 3. a. 2.

rum vituperanda segnities, quia falsa crimina dilui opinionesque pravae confutari levi negotio, ut plurimum, possunt: maiore aliquo cum labore semper possunt [1].

chan á los enemigos de la fe, porque la cobardía de los buenos aumenta en gran manera la osadía de los malos. Y es tanto más reprobable la inacción de los cristianos, siendo tan fácil cosa desvanecer las calumnias y reducir á polvo las perversas doctrinas que se predican; en todo caso con un poco de trabajo puede lograrse tan santo fin [1].

Caput IV.
De Fide et Ratione.

18. Perpetuus Ecclesiae catholicae consensus tenuit et tenet, duplicem esse ordinem cognitionis, non solum principio, sed obiecto etiam distinctum: principio quidem, quia in altero naturali ratione, in altero fide divina cognoscimus; obiecto autem, quia praeter ea ad quae naturalis ratio pertingere potest, credenda nobis proponuntur mysteria in Deo abscondita, quae, nisi revelata divinitus, innotescere non possunt [2].

19. Ratio quidem, fide illustrata, cum sedulo, pie et sobrie quaerit, aliquam, Deo dante, mysteriorum intelligentiam eamque pretiosissimam, assequitur, tum ex eorum, quae naturaliter cognoscit, analogia, tum e mysteriorum ipsorum, nexu inter se et cum fine hominis ultimo; numquam tamen idonea redditur ad ea perspicienda instar veritatum, quae proprium ipsius obiectum con-

Capítulo IV.
De la Fe y la Razón.

18. El perpetuo acuerdo de la Iglesia Católica ha sostenido y sostiene que hay dos clases de cognición, distintas no solo en su principio, sino también por su objeto: en su principio porque en una conocemos por la razón natural, y en otra por la fe divina; por su objeto, porque además de aquello que á la razón natural es dado alcanzar, se proponen á nuestra creencia misterios escondidos en Dios que, si no es por revelación divina, no pueden conocerse [2].

19. La razón, ilustrada por la fe, cuando hace sus investigaciones con diligencia, piedad y moderación, logra, por favor divino, una inteligencia, por cierto preciosísima, de los misterios, ya sea por la analogía con aquellas verdades que naturalmente conoce, ya sea por la relación que tienen los misterios entre sí y con el último fin del hombre, pero nunca llega á ser capaz de percibirlos del mismo

[1] Leo XIII. Encycl. *Sapientiae christianae*, 10 Ian. 1890. — [2] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*.

stituunt. Divina enim mysteria suapte natura intellectum creatum sic excedunt, ut etiam revelatione tradita et fide suscepta, ipsius tamen fidei velamine contecta et quadam quasi caligine obvoluta maneant, quamdiu in hac mortali vita peregrinamur a Domino [1].

20. Idcirco cum plane compertum sit, plurimas ex ordine supernaturali veritates esse accipiendas, quae cuiuslibet ingenii longe vincunt acumen, ratio humana, propriae infirmitatis conscia maiora se affectare ne audeat, neque easdem veritates negare, neve propria virtute metiri, neu pro lubitu interpretari; sed eas potius plena atque humili fide suscipiat, et summi honoris loco habeat, quod sibi liceat, in morem ancillae et pedissequae, famulari coelestibus doctrinis, easque aliqua ratione, Dei beneficio, attingere [2].

21. Merito igitur Vaticana Synodus praeclara beneficia, quae per fidem rationi praestantur, his verbis commemorat: *Fides rationem ab erroribus liberat ac tuetur, eamque multiplici cognitione instruit.* Atque idcirco homini si saperet, non culpanda fides veluti rationi et naturalibus veritatibus inimica, sed dimodo que las verdades que forman el objeto suyo propio. Porque los divinos misterios, por su propia naturaleza, son á tal grado superiores á la inteligencia creada, que aun después de hecha la revelación y recibida la fe, permanecen cubiertos con el velo de la misma fe y envueltos en una especie de niebla mientras dura nuestra mortal peregrinación [1].

20. Por tanto, siendo evidente que tenemos que aceptar muchas verdades del orden sobrenatural, que superan con mucho la sutileza del mejor talento, la razón humana, conocedora de su propia flaqueza, no se atreva á lo que no puede, ni á negar, ó medir por su propio tamaño, ó interpretar á su antojo aquellas verdades; sino antes bien, acéptelas con fe plena y humilde, y venérelas profundamente, para que le sea dado, como á sierva y esclava, prestar sus servicios á las doctrinas celestes y alcanzarlas en cierta manera por beneficio del Señor [2].

21. Con justicia, pues, el Concilio Vaticano recuerda los immensos beneficios que confiere la fe á la razón, diciendo: *La Fe libra y defiende de errores á la razón, y la instruye con muchísimos conocimientos.* Así es que el hombre, si tiene juicio, no debe acusar á la fe de ser enemiga de la razón y de las verdades na-

[1] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius.* — [2] Leo XIII. Encycl. *Aeterni Patris*, 4 Aug. 1879.

gnae potius Deo grates essent habendae, vehementerque laetandum, quod, inter multas ignorantiae causas et in mediis errorum fluctibus sibi fides sanctissima illuxerit, quae, quasi sidus amicum, citra omnem errandi formidinem, portum veritatis commonstrat. Et sane philosophorum veterum qui fidei beneficio caruerunt, etiam qui habebantur sapientissimi, in pluribus deterrime errarunt [1].

22. Quapropter, etsi fides sit supra rationem, nulla tamen unquam inter fidem et rationem vera dissensio esse potest: cum idem Deus, qui mysteria revelat et fidem infundit animo humano rationis lumen indiderit; Deus autem negare seipsum non possit, nec verum vero unquam contradicere. Inanis autem huius contradictionis species inde potissimum oritur, quod vel fidei dogmata ad mentem Ecclesiae intellecta et exposita non fuerint, vel opinionum commenta pro rationis effatis habeantur [2].

23. Hinc, si aetate nostra non paucos esse videmus, qui veritates divinitus traditas parvipendunt, vel prorsus reiiciunt, propterea quod cum effatis humanarum scientiarum ac recentioribus placitis eas com-

turales, sino antes bien, tributar á Dios gracias rendidas, porque en medio de tantas causas de ignorancia, y entre las fluctuaciones de tantos errores, ha resplandecido la fe santísima, que á guisa de estrella polar, le señala sin temor de que yerre, el rumbo que ha de conducirlo al puerto de salvamento. En prueba de ello, aun los más sabios entre los antiguos filósofos, que carecieron del beneficio de la fe, erraron miserablemente en mil y mil cosas [1].

22. Por lo expuesto, aun cuando la fe sea superior á la razón, nunca puede haber disentimiento real entre la fe y la razón: puesto que el mismo Dios que revela los misterios é infunde la fe, es quien ha encendido en la mente del hombre la luz de la razón, y Dios jamás puede negarse á sí mismo, ni poner en contradicción la verdad con la verdad. Una vana apariencia de contradicción proviene principalmente ó de que los dogmas de fe no se entienden ni exponen conforme á la mente de la Iglesia, ó de que se toman por axiomas racionales las que son puras fábulas ó suposiciones [2].

23. De aquí es que, si en nuestro siglo, vemos que no pocos tienen en menos ó totalmente desechan las verdades reveladas porque juzgan que no pueden avenirse con los principios de las ciencias humanas ó con

[1] Leo XIII. Encycl. *Aeterni Patris*, 4 Aug. 1879. — [2] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*.

poni non posse existimant; huius lugendae aberrationis causam, si quis paulo diligentius investigaverit, in eo potissimum sitam esse intelliget, quod, nostris hisce temporibus, quanto rerum naturalium studia vehementius fervent, tanto magis severiores altioresque disciplinae defloruerint: quaedam enim fere in oblivione hominum conticescunt; quaedam remisse leviterque tractantur, et, quod indignum est, splendore pristinae dignitatis deleto, pravitate sententiarum et immanibus opinionum portentis inficiuntur [1]: *Quapropter*, ait Concilium Vaticanum [2], *omnes christiani fideles huiusmodi opiniones, quae fidei doctrinae contrariae esse cognoscuntur, maxime si ab Ecclesia reprobatae fuerint, non solum prohibentur tamquam legitimas scientiae conclusiones defendere, sed pro erroribus potius, qui fallacem veritatis speciem prae se ferant, habere tenentur omnino.*

24. Cum autem non solum fides et ratio inter se dissidere numquam possint, sed opem quoque sibi mutuam ferant [3]; idcirco divinum Ecclesiae magisterium tantum abest, ut studia discendi atque incrementa scientiarum intercipiat, aut cultioris humanitatis progressionem ullo modo retardet, ut potius plurimum afferat luminis securamque tutelam. Imo Ecclesiae haec beneficia debentur sane magna, quod praeclare mo-

los descubrimientos modernos, se verá por poco que se examine, que la causa de esta lamentable aberración consiste en que en nuestros días, cuanto mayor es el entusiasmo por las ciencias naturales, tanto mayor es la decadencia que se nota en el estudio profundo y severo de las ciencias morales. Algunas se han olvidado por completo; otras se saludan apenas con inconcebible ligereza, y lo que es verdaderamente indigno, ofuscado el brillo de su primitiva dignidad, se corrompen con depravadas sentencias y monstruosas opiniones [1]. *Por lo cual*, dice el Concilio Vaticano [2], *no sólo se prohibe á los fieles defender como legítimas conclusiones científicas las opiniones contrarias á la fe, sobre todo si ya las ha condenato la Iglesia, sino que se les manda expresamente el considerarlas como errores, que de verdad sólo tienen una falaz apariencia.*

24. Como no sólo no pueden nunca disentir entre sí la fe y la razón, sino que antes bien mutuamente se prestan auxilio [3]; por tanto, muy lejos de que el divino magisterio de la Iglesia ponga coto al afán de aprender, ó al adelanto de las ciencias, ó retarde en modo alguno el progreso de la civilización, por el contrario les suministra mayores luces y les sirve de segura salvaguardia. Antes bien, á la Iglesia se debe el

[1] Leo XIII. Orat. *Pergratus Nobis*, 7 Martii 1880. — [2] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*. — [3] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*.

numenta sapientiae veteris conservarit: quod scientiarum domicilia passim aperuerit; quod ingeniorum cursum semper incitaverit, studiosissime has ipsas artes alendo, quibus maxime urbanitas aetatis nostrae coloratur [1].

25. Id tantum sedulo cavet et vetat Ecclesia, ne scilicet humanae artes et disciplinae, divinae doctrinae repugnandos, errores in se suscipiant, aut fines proprios transgressae, ea quae sunt fidei, occupent et perturbent. Neque enim fidei doctrina, quam Deus revelavit, velut philosophicum inventum proposita est humanis ingeniis perficienda, sed tamquam divinum depositum Christi Sponsae tradita, fideliter custodienda et infallibiliter declaranda [2]. Fieri igitur non potest, ut dogmatibus ab Ecclesia propositis, aliquando secundum progressum scientiae sensus tribuendus sit alius ab eo, quem intellexit et intelligit Ecclesia [3].

26. Licet in doctrina Christi et Apostolorum veritas fidei sit sufficienter explicata, tamen, quia perversi homines apostolicam doctrinam et caeteras doctrinas et scriptu-

inmenso beneficio de haber conse
vado los más insignes monumento
de la antigua sabiduría; de habe
ensanchado los horizontes de la
ciencias y de haber dado rienc
suelta al vuelo de los ingenios, f
mentando con ahinco esas misma
artes de que más se envanece
civilización de nuestro siglo [1].

25. Una sola cosa nos veda
Iglesia, y contra ella está en co
tinua guardia, á saber, el que la
artes y ciencias humanas, poniéi
dose en pugna con la divina do
trina, se manchen con errores,
que, saliéndose de su órbita, arr
baten y trastornen lo que pertenec
á la fe. La doctrina de fe que Dio
ha revelado, no se propone á lo
hombres para que, á guisa de si
tema filosófico, la vaya perfecci
nando su ingenio; sino que ha sic
entregada como divino depósito á
Esposa de Jesucristo, para que
guarde con fidelidad y la expliqu
con criterio infalible [2]. No pued
pues, suceder que á los dogma
propuestos por la Iglesia, se hay
de atribuir alguna vez, según
progreso de la ciencia, un sentic
diverso de aquél que la misma Igl
sia ha entendido y entiende [3].

26. Aunque en la doctrina de Cri
to y de los Apóstoles, la verdad c
la fe haya sido suficientemente e
plicada, no obstante, porque hor
bres malvados pervienten la doctri

[1] Leo XIII. Encycl. *Libertas*, 20 Iun. 1888. — [2] Conc. Vatic. Const. *Dei Filii*
— [3] Ibid.

ras pervertunt ad propriam ipsorum perditionem, ideo aliquoties necessaria est explicatio fidei [1] seu explicita definitio alicuius dogmatis in fidei deposito iam contenti. Unde admitti quidem potest progressus in scientia revelationis, sed in obiecto ipso nullum dari augmentum, nulla mutatio, quum doctrina Christi sit perfecta et indefectibilis. Hinc Concilium Vaticanum ait: « Crescat igitur et multum vehementerque proficiat tam singulorum, quam omnium, tam unius hominis, quam totius Ecclesiae, aetatum ac saeculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo dumtaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia » [2]. Et omnes qui verbo aut scripto iura vindicant Divinae sapientiae, sive in scholis sive aliter, sub tutela tamen Ecclesiae et obedientia erga legitimos Pastores, memores sint oportet illius S. Bonaventurae [3] sententiae: *Disputamus, non ut melius credamus, sed ut fidem illibatam servemus, dum, ipsa cognita errores caveamus, et cavendo in veritate persistamus.*

apostólica y las demás enseñanzas y escrituras para su propia perdición, por lo mismo es necesaria á veces la explicación de la fe [1], ó la definición explícita de algún dogma ya contenido en el depósito de la fe. De aquí es que puede admitirse el progreso en el conocimiento de la revelación; pero en el objeto mismo no puede haber aumento ni mutación siendo la doctrina de Cristo perfecta é indefectible. Por lo cual dice el Concilio Vaticano: « Crezca mucho, por tanto, y adelante en alto grado la inteligencia, la ciencia, la sabiduría tanto del individuo como de la sociedad, tanto de cada uno, como de toda la Iglesia á medida que pasan los siglos y las edades: pero sólo en su género, es decir en el mismo dogma, en el mismo sentido, en la misma sentencia [2] ». Todos los que de palabra ó por escrito defienden los derechos de la divina sabiduría, en las escuelas ó fuera de ellas, pero bajo la tutela de la Iglesia y con sujeción á los legítimos Pastores, recuerden aquél dicho de S. Buenaventura [3]: *Disputamos, no para creer mejor, sino para conservar íntegra la fe, pues al conocerla podremos precaver los errores, y de esta suerte perseverar en la unidad.*

[1] S. Th. 2. 2. q. 1. a. 10. — [2] Conc. Vat. Const. *Dei Filius.* — [3] Sent. lib. 4. d. 10. p. 2. a. 2. q. 1.

CAPUT V.

De Deo.

27. Credimus et confitemur, quod Deus noster Creator ac Dominus coeli et terrae, omnipotens, aeternus, immensus, incomprehensibilis, intellectu ac voluntate omnique perfectione infinitus, cum sit una singularis, simplex omnino et incommutabilis substantia spiritualis, praedicandus est, re et essentia a mundo distinctus, in se et ex se beatissimus, et super omnia, quae praeter ipsum sunt et concipi possunt, ineffabiliter excelsus [1].

28. Hic solus verus Deus, bonitate sua et omnipotenti virtute, liberrimo consilio, simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. Universa vero, quae condidit, Deus providentia sua tuetur atque gubernat, attingens a fine usque ad finem fortiter, et disponens omnia suaviter. Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius, ea etiam, quae libera creaturarum actione futura sunt [2].

29. Cum fides catholica sit, ut unum Deum in Trinitate et Trini-

CAPÍTULO V.

De Dios.

27. Creemos y confesamos que Dios, Creador nuestro y Señor del cielo y de la tierra, omnipotente, eterno, inmenso, incomprensible, infinito en entendimiento, voluntad y toda clase de perfección, siendo una sustancia espiritual única, singular, absolutamente simple é inconmutable, debe pregonarse distinto del mundo en realidad y en esencia, felicísimo en sí y por sí, y sobre todas las cosas que además de Él existen y pueden concebirse, inefablemente excelso [1].

28. Este solo Dios verdadero, por su bondad y omnipotente virtud, con libérrima determinación desde el principio del tiempo formó de la nada á ambas creaturas, la espiritual y la corporal, es decir la angélica y la mundana, y luego la humana que á una y otra categoría pertenece, compuesta de espíritu y de cuerpo. Dios con su providencia sostiene y gobierna todas las cosas que creó, alcanzando de un extremo á otro extremo con fortaleza, y disponiendo todo con suavidad. Porque todas las cosas están patentes y descubiertas ante sus ojos, aun aquellas que en virtud de la libre acción de las creaturas han de suceder en lo futuro [2].

29. Siendo la fe católica que veneremos un solo Dios en la Tri-

[1] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*. — [2] Ibid.

tatem in unitate veneremur [1], firmiter credimus et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus: tres quidem personae, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omnino: Pater a nullo, Filius a Patre solo, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque: absque initio, semper, ac sine fine: Pater generans, Filius nascens, et Spiritus Sanctus procedens: consubstantiales et coaequales, et coomnipotentes, et coaeterni: unum universorum principium, creator visibilium et invisibilium [2].

30. Hoc autem augustissimae Trinitatis mysterium non curiosis investigationibus discutiendum et humanis rationibus confirmandum, sed summa veneratione et firmissima fide tenendum. « Qui autem, ait Sanctus Thomas, probare nititur Trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primo quidem quantum ad dignitatem ipsius fidei... Secundo quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandam fidem inducit rationes quae non sunt cogentes, cedit in irrisionem infidelium. Credunt enim quod huiusmodi rationibus innitamur, et propter eas credamus » [3].

nidad, y la Trinidad en la unidad, creemos [1] firmemente y con toda sencillez confesamos que hay un solo Dios verdadero, Padre, é Hijo, y Espíritu Santo: tres personas, pero una esencia, substancia ó naturaleza del todo simple: el Padre de ninguno, el Hijo del Padre solo, el Espíritu Santo de uno y otro á la par, sin principio, siempre y sin fin: el Padre engendrando, el Hijo naciendo, y el Espíritu Santo procediendo; consubstanciales é iguales, y coomnipotentes y coeternos: principio único de todas las cosas, creador de lo visible y de lo invisible [2].

30. Este misterio de la augustísima Trinidad, no ha de discutirse con curiosas investigaciones, ni se ha de confirmar con razones humanas, sino que ha de sostenerse con suma veneración y fe firmísima. « Quien se empeña en probar, dice Santo Tomás, la Trinidad de personas con la razón natural, menoscaba la fe de dos maneras. Primera, por lo que atañe á la dignidad de la misma fe... Segunda, por lo que toca á la utilidad de atraer á otros á la fe. Porque cuando alguien para probar la fe, aduce razones que no son apremiantes, se vuelve ludibrio de los infieles, porque juzgan que esas razones son las que sirven de fundamento y que por ellas creemos [3] ».

[1] Symb. S. Athan. — [2] Conc. Lat. IV. cap. *Firmiter*. — [3] S. Th. 1. q. 32. a. 1.

31. Incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credentes, confitemur quod unigenitus Dei Filius Iesus Christus, ex Maria semper Virgine Spiritus Sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali et humana carne compositus, una in duabus naturis persona, viam vitae manifestius demonstravit. Qui, cum secundum divinitatem sit immortalis et impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis et passibilis [1].

32. Cum autem, serpente indifferentismi et rationalismi peste perniciosissima, multiplicentur impiorum conatus ad oppugnandam vel ipsam existentiam sacrosancti mysterii Incarnationis et praesertim divinitatis Domini Nostri Iesu Christi, cuius augustissimam personam blasphemiis plurimis et sacrilegis iniuriis inhonorare non verentur, nos, tantam impietatem fortiter repellentes, toto cordis affectu firmissimaque fide confiteamur divinitatem Christi Iesu, *qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens,* (Philip. II, 6. 7).

33. Qui humanum genus amore tanto complexus est, ut non modo non recusaverit, natura nostra su-

31. Creyendo asimismo fielmente la Encarnación de Nuestro Señor Jesucristo, confesamos que el Hijo unigénito de Dios, Jesucristo, concebido de María siempre Virgen por obra del Espíritu Santo, hecho verdadero hombre, compuesto de alma racional y de carne humana, nos ha enseñado más claramente el camino de la vida; y siendo inmortal é impasible según la divinidad, el mismo se hizo mortal y pasible según la humanidad [1].

32. Por cuanto al extenderse la funesta plaga del indiferentismo y del racionalismo se multiplican los esfuerzos de los impíos para combatir hasta la existencia misma del sacrosanto misterio de la Encarnación, y sobretodo de la divinidad de Nuestro Señor Jesucristo, cuya augustísima persona no temen vilipendiar con mil blasfemias y sacrílegas injurias, Nós, rechazando enérgicamente tamaña impiedad, con todo el afecto de nuestro corazón y con fe firmísima confesamos la divinidad de Jesucristo, *el cual teniendo la naturaleza de Dios, no fué por usurpación sino por esencia el ser igual á Dios: y no obstante se anonadó á sí mismo tomando la forma ó naturaleza de siervo* (Philip., II, 6, 7).

32. Con tanto ardor amó al género humano, que no sólo no rehusó vivir entre nosotros tomando nues-

[1] Conc. Lat. IV. cap. *Firmiter*.

scepta, versari nobiscum, sed et nomen adamaverit Filii hominis, palam testatus, se ad consuetudinem nostram propterea accessisse *ut praedicaret captivis remissionem* (Is. LXI, 1; Luc. IV, 19), atque a pessima, quae peccati est, servitute humano genere vindicato, *omnia quae in coelis et quae in terra sunt in se instauraret* (Ephes. I, 10), itemque universam Adami progeniem ex alta communis noxae ruina in gradum pristinum dignitatis restitueret [1].

34. Igitur unigenitus Dei Filius ad hoc venit in mundum, plenus gratiae et veritatis, ut de eius plenitudine accipientes homines vitam habeant, et abundantius habeant, ac divinae efficiantur consortes naturae. Ad hoc vero dona gratiae multiplicat; quae quidem gratia cum mentem illustret, voluntatemque salutari constantia roboratam ad morale bonum semper impellat, expeditiorem efficit simulque tutiorem libertatis usum [2].

35. De cuius divinae gratiae necessitate firmiter tenendum, quod nullus homo lapsus, sive iustus sive iniustus, in praesenti statu, potest sine gratia interiori praeveniente efficere aliquod opus salutare, sive conducens ad vitam aeternam. Haec

tra naturaleza, sino que se gloriaba del dictado de *Hijo del hombre*, declarando abiertamente que había adoptado la familiaridad con nosotros *para anunciar la libertad á los cautivos* (Is. LXI, 1; Luc. IV, 19) y libertando al género humano de la peor de las servidumbres que es la del pecado, *restaurar en sí todas las cosas de los cielos y las de la tierra* (Ephes., 1, 10) y á sacar á toda la descendencia de Adán del abismo en que la había sumergido la culpa original, para reponerla en el primitivo grado de dignidad [1].

34. Por tanto, el Hijo Unigénito de Dios vino al mundo, lleno de gracia y de verdad, para que los hombres, participando de su plenitud alcancen la vida eterna, y logren abundantes gracias y participen de la divina naturaleza. Con este fin multiplica los dones de su gracia, la cual ilustrando el entendimiento, y robusteciendo la voluntad con saludable constancia, la empuja siempre hacia lo que es moralmente bueno, y hace más fácil y seguro el uso de la libertad [2].

35. Acerca de la necesidad de la divina gracia hay que creer firmemente que ningún hombre, después de caido, sea justo ó injusto, puede en el presente estado sin la gracia interior que lo prevenga llevar á cabo obra alguna saludable ó que

[1] Leo XIII. Epist. *In plurimis*, 5 Maii 1888. — [2] Leo XIII. Encycl. *Libertas*, 20 Iun. 1888.

autem gratia modo sufficienti ad salutem nemini negatur.

36. Gratia autem habitualis est donum supernaturale, homini intrinsece et permanenter inhaerens, quo redditur formaliter sanctus, Deo gratus filius Dei adoptivus et haeres vitae aeternae. Unde per iustificationem transferimur ab eo statu, in quo nascimur filii primi Adae, id est peccati, in statum gratiae et adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum [1]: iustificatio enim non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum [2]: et gratia qua renovamur, est divina qualitas in anima inhaerens ac veluti splendor quidam et lux, quae animarum nostrarum maculas omnino delet, ipsasque animas pulchriores et splendidiores reddit [3]. Ex quibus patet gratiam et iustificationem non esse aequalem in omnibus; ideoque dicitur (2. Petri III. 18): *Crescite vero in gratia;* atque amitti posse et revera amitti per subsequens peccatum mortale.

lo conduzca á la vida eterna. Esta gracia en medida suficiente para alcanzar la salvación, á nadie se niega.

36. La gracia habitual es un don sobrenatural inherente al hombre de una manera intrínseca y permanente, con el cual se vuelve formalmente santo, agradable á Dios, hijo adoptivo de Dios y heredero de la vida eterna. De aquí es que por la justificación se nos traslada de aquel estado en que nacemos hijos de Adán, es decir de pecado, al estado de gracia y de adopción como hijos de Dios por el segundo Adán Jesucristo [1]; pues la justificación no es solamente el perdón de los pecados sino la santificación y renovación del hombre interior por la aceptación voluntaria de la gracia y demás dones [2]: y la gracia, en virtud de la cual quedamos renovados es una cualidad divina inherente en el alma y una especie de luz y esplendor que borra por completo las manchas de nuestras almas y hace las mismas almas más hermosas y resplandecientes [3]. De donde resulta que la gracia y la justificación no es igual en todos, y por esto dice S. Pedro en su Epístola segunda (III, 18): *Creced en gracia;* y ésta puede perderse, y de hecho se pierde por el subsiguiente pecado mortal.

[1] Conc. Trid. sess. 6. cap. 4 de iustif. — [2] Ibid. cap. 7. — [3] Catech. Rom. de Bapt. n. 50.

CAPUT VI

De cultu Deo et Sanctis exhibendo.

37. Ex omnibus hominum officiis illud est sine dubitatione maximum ac sanctissimum, quo pie religioseque Deum colere homines iubemur. Idque necessario ex eo consequitur, quod in Dei potestate perpetuo sumus, Dei numine providentiaque gubernamur, ab eoque profecti, ad eum reverti debemus [1].

38. Igitur divini cultus atque honoris adeo cupidi homines esse debent, ut zelantes potius quam amantes iure dici possint, exemplo illius qui de seipso: *zelo*, inquit, *zelatus sum pro Domino Deo exercituum* (3. Reg. XIX. 14); immo Christum ipsum imitemur, de quo illud est: *zelus domus tuae comedit me* (Ps. LXVIII. 10). Cum autem anima et corpore homo a Deo ditatus sit, ipsum Deum quem intimis sensibus pie colimus, fide et spe adducti, quam in eo positam habemus, non possumus eum non externo cultu venerari eidemque gratias agere.

39. Porro externus iste cultus non personalis tantum et domesticus, sed et publicus sit oportet. Dominus enim et singulorum et communitatis conditor est. Idcirco Deum civilis societas, qua societas est, parentem et auctorem suum agnoscat necesse est,

CAPÍTULO VI.

Del culto que ha de prestarse á Dios y á los Santos.

37. De todos los deberes del hombre es sin duda alguna el mayor y más santo aquél que nos manda adorar á Dios con piedad y religión. Esto proviene necesariamente de que estamos perpetuamente en poder de Dios, cuya divinidad y providencia nos rigen, del cual salimos y al cual tenemos que tornar [1].

38. Por tanto el ahinco de los hombres por el honor de Dios y el culto divino ha da ser tan grande, que más bien que amor deba llamársele celo, á ejemplo de Aquél que dijo de sí propio: *me he abrasado de celo por el Señor Dios de los ejércitos* (3 Reg. XIX, 14), é imitando á Cristo de quien se dijo (Ps. LXVIII, 10): *el celo de tu casa me ha consumido.* Y por cuanto el hombre ha sido dotado por Dios con alma y cuerpo, no podemos menos que venerar con culto externo y dar gracias al mismo Dios á quien adoramos con nuestros sentidos íntimos, movidos por la fe, y por la esperanza que en él tenemos colocada.

39. Este culto externo ha de ser no sólo personal y doméstico, sino público; porque el Señor es creador no sólo de los individuos, sino de las sociedades. Por tanto, es necesario que la sociedad civil, como tal, reconozca á Dios por su Padre

[1] Leo XIII. Encycl. *Libertas*, 20 Iun. 1888.

atque eius protestatem dominatumque vereatur et colat. Vetat igitur iustitia, vetat ratio atheam esse, vel, quod in atheismum recideret, erga varias, ut loquuntur, religiones pari modo affectam, civitatem, ea demque singulis iura promiscue largiri [1]. Igitur societas, qua persona moralis, Deum colere tenetur: natura enim et ratio, quae iubet singulos sancte religioseque Deum colere, quod in eius potestate sumus, et quod ab eo profecti ad eumdem reverti debemus, eadem lege astringit civilem communitatem [2]: quod et de societate domestica dici debet.

y autor, y tribute á su potestad y señorío el debido culto y adoración. La justicia y la razón prohiben que el Estado sea ateo ó, lo que viene á resultar lo mismo, que conceda igual protección é iguales derechos, á las diversas religiones, como ha dado en llamárseles. Por lo mismo la sociedad, en su calidad de persona moral, está obligada á tributar culto á Dios [1]: porque la naturaleza y la razón, que mandan á los individuos adorar á Dios santa y religiosamente, porque éstamos bajo su dominio, y habiendo de Él emanado á Él tenemos de tornar, con la misma ley obliga á la sociedad civil [2]; y otrotanto ha de decirse de la sociedad doméstica.

40. Cultus publicus, quem Deo christiani populi exhibere debent, in eo maxime consistit, ut diem Domini sanctificent. Ex observantia vel violatione huius legis totius Reipublicae christianae maxima ex parte bona vel prava repetenda est conditio [3]. Nec tantum in futuro, verum etiam saepius in praesenti saeculo, variis plecti solent calamitatibus qui huius transgressionis rei sunt [4]: huius enim legis contemptus et oblivio totius ordinis moralis fundamenta quatit et subvertit; omnia mala, praesertim obcaecationem mentis, morum corruptelam, effraenatam rerum temporalium cupiditatem effundit in populos, et totius societatis

40. El culto público que los pueblos cristiano han de tributar á Dios, consiste principalmente en santificar el día del Señor. A la observancia ó violación de esta ley debe atribuirse en su mayor parte la prosperidad ó miseria de toda la República cristiana [3]. No sólo en la vida futura sino en la presente son castigados á menudo con diversas calamidades los transgresores de este precepto [4]; porque su desprecio y olvido conmueven y trastornan el orden moral en sus mismos cimientos; difunden entre los pueblos todo género de males, principalmente la obcecación del entendimiento, la corrupción de costumbres y el amor

[1] Leo XIII. Encycl. *Libertas*, 20 Iun. 1 88. — [2] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885. — [3] Conc. Prov. Rothom an. 1850, decr. 2. — [4] Conc. Prov. Albien. an. 1850, tit. 4. decr. 1.

tum religiosae tum civilis tum etiam domesticae vincula disrumpit [1].

41. Soli Deo, utpote rerum omnium Creatori supremoque Domino, cultum *Latriae veramque adorationem* praestari, tum lege ipsa naturae, tum his verbis praecipitur: *Dominum Deum tuum adorabis; et illi soli servies* (Matth. IV. 10). Humanitas Christi cultu latriae absoluto adorari debet; nam, ut ait S. Ioannes Damascenus [2]: *Unus est Christus, Deus perfectus et homo perfectus, quem cum Patre et Spiritu adoramus, una adoratione cum immaculata ipsius carne... non creaturae latriam deferimus; neque enim ut nudam carnem adoramus, sed ut unitam deitati.*

42. Omnes Christi fideles, pro more in catholica Ecclesia semper recepto, latriae cultum, qui vero Deo debetur, sanctissimo Eucharistiae Sacramento in veneratione exhibere tenentur: neque enim ideo minus est adorandum, quod fuerit a Christo Domino, ut sumatur, institutum: nam illum eumdem Deum praesentem in ea adesse credimus, quem Pater aeternus introducens in orbem terrarum, dicit (Ps. XCVI; Hebr. I): Et adorent eum omnes Angeli Dei; quem (Matth. II) Magi

desenfrenado á todo lo temporal, y hace pedazos los vínculos de la sociedad religiosa, de la civil y aun de la doméstica [1].

41. A Dios solo, como á supremo Creador y Señor de todas las cosas debe rendirse culto de *latría y verdadera adoración*, como la misma ley natural lo sugiere, y se manda expresamente en esta sentencia: *Adorarás al Señor tu Dios* y *á Él solo servirás* (Mat. IV. 10). La Humanidad de Jesucristo ha de adorarse con culto absoluto de latría, porque como dice S. Juan Damasceno [2]: *Uno es Cristo, perfecto Dios y perfecto hombre, al cual adoramos con el Padre y el Espíritu Santo, en la misma adoración con su carne inmaculada..... no tributamos culto de latría á la creatura, porque no la adoramos como mera carne sino en cuanto está unida á la divinidad.*

42. Todos los fieles, como se ha practicado siempre en la Iglesia Católica, han de rendir al Santísimo Sacramento de la Eucaristía el culto de latría que se debe al verdadero Dios; pues no se le ha de adorar menos porque Cristo Nuestro Señor lo estableció para que de él participemos, puesto que creemos que en él está real y verdaderamente presente el mismo Dios de quien el Padre Eterno, al introducirlo en el mundo, dijo (Ps. 96. Heb. I): *Adórenlo todos los Angeles de Dios;* á

1 Conc. Prov. Albien. an. 1850, tit. 4. decr. 1. — 2 Lib. 3. *de Fide orth.* cap. 8, ap. Franzelin, de Verbo Incarn. Thes. 45.

procidentes adoraverunt; quem denique (Matth. XXVIII; Luc. XXIV) in Galilaea apostolis adoratum fuisse Scriptura testatur [1].

43. Eodem latriae cultu adoramus Cor Iesu, cor nempe personae Verbi, cui inseparabiliter unitum est ad eum modum, quo exsangue corpus Christi in triduo mortis sine separatione aut praecisione a divinitate adorabile fuit in sepulchro [2]. Per huiusmodi vero devotionem praecipua caritatis beneficia, per Christum Redemptorem in humanum genus collata, sub Sanctissimi Cordis Iesu symbolo, cultu peculiari recolimus [3].

44. B. Mariae Virgini, cuius immaculatam conceptionem Pius IX fide catholica tenendam definivit et firma fide credimus, propter eximiam eius super omnes alias creaturas praeeminentiam hyperduliae debetur veneratio. Ipsa pacis nostrae apud Deum sequestra est, et coelestium administra gratiarum. Quod igitur Mariae praesidium orando quaerimus, hoc sane, tamquam in fundamento, in munere nititur conciliandae nobis divinae gratiae, quo ipsa continenter fungitur apud Deum, dignitate et meritis acceptissima, longeque Coelitibus sanctis omnibus potentia antecellens [4]. Nec

quien los Magos (Mat. II) adoraron postrados, al que, por último como declara la Escritura (Mat. XXVIII, Luc. XXIV) fué adorado por los Apóstoles en Galilea [1].

43. Con el mismo culto de latría adoramos el Corazón de Jesús, corazón de la persona del Verbo al cual está inseparablemente unido, del mismo modo que el exánime cuerpo de Cristo fué adorable en el sepulcro los tres días de su muerte [2], no habiendo habido separación ó división de la divinidad. Por medio de esta devoción celebramos con especial culto, bajo el Símbolo del Sagrado Corazón de Jesús, los principales beneficios de amor que Jesucristo Nuestro Redentor ha conferido al género humano [3].

44. A la Santísima Virgen María, cuya Concepción inmaculada definió Pio IX como dogma de fe, y en la cual firmemente creemos, por su excelsa preeminencia sobre todas las demás creaturas se debe veneración de hiperdulía. Ella es nuestra medianera para con Dios, y dispensadora de las gracias celestiales. El implorar el auxilio de María en la oración se funda en el cargo que ejerce sin cesar cerca de Dios, de alcanzarnos la gracia divina, siéndole ella aceptísima por su dignidad y sus méritos, y muy superior en poder á todos los Angeles y Santos [4]. Ni la confianza singular con que

[1] Conc. Trid. sess. 13. de Euchar. cap. 5. — [2] Pius VI. Const. *Auctorem fidei*, 28 Aug. 1794. — [3] Leo XIII. Litt. *Benigno divinae Providentiae*, 28 Iunii 1889. — [4] Leo XIII. Encycl. *Iucunda*, 8 Sept. 1894.

per singularem fiduciam, qua fideles cum Ecclesia universa ad Beatam Virginem confugiunt, aliquid honoris Iesu Christo debiti detrahitur; cum suave Ipsi ac iucundum apprime sit, singulos eius flagitantes opem iuvare ac solari. *Omnis gratia*, ait S. Bernardinus Senensis [1], *quae huic saeculo communicatur, triplicem habet processum. Nam a Deo in Christum, a Christo in Virginem, a Virgine in nos ordinatissime dispensatur.*

45. Insuper quo se placabiliorem ad preces impertiat Deus, pluribusque deprecatoribus, Ecclesiae suae celerius ac prolixius opituletur, magnopere hoc arbitramur expedire, ut una cum Virgine Deipara castissimum eius Sponsum beatum Iosephum implorare populus christianus praecipua pietate et fidenti animo insuescat. Ioseph enim vir fuit Mariae et pater, ut putabatur, Iesu Christi. Hinc omnis eius dignitas, gratia, sanctitas, gloria profectae [2].

46. Monemus igitur omnes fideles, Sanctos cum Christo regnantes orationes Deo pro nobis offerre, eosque propter eorum gratiae et gloriae supernaturalem excellentiam, et quia sunt amici Dei et haeredes, venerandos esse cultu duliae atque invocandos, atque eorum reliquias esse venerandas; imagines vero sacras habendas et retinendas esse, atque eis

los fieles y la Iglesia entera recurren á la Santísima Virgen, menoscaba en los más mínimo el honor debido á Jesucristo; siéndole en extremo grato y aceptable el ayudar y consolar á cuantos imploran el auxilio de su divina Madre. *Todas las gracias que se comunican á este mundo*, dice S. Bernardino de Sena [1], *pasan por tres escalas: pues se distribuyen en ordenada sucesión por Dios á Cristo, por Cristo á la Virgen, por la Virgen á nosotros.*

45. Para que el Señor se muestre más propicio á nuestras oraciones, y habiendo mas abogados, con mayor prontitud y largueza socorra á su Iglesia, juzgamos que conviene en alto grado que el pueblo cristiano, juntamente con la Virgen Madre de Dios, se acostumbre á invocar con filial piedad y confianza de ánimo á su castísimo Esposo S. José; pues él fué además de esposo de María, padre putativo de Jesucristo, y de aquí provienen su dignidad, su santidad y su gloria [2].

46. Advertimos á todos los fieles, que los Santos que reinan con Cristo ofrecen oraciones á Dios en nuestro favor, y por razón de la excelencia sobrenatural de su gracia y de su gloria, y porque son amigos y herederos de Dios, hay que honrarlos con culto de *dulía*, é invocarlos, y que venerar sus reliquias. Han de considerarse sagradas sus imágenes,

[1] Citat. a Leone XIII in Encycl. *Iucunda*, 8 Sept. 1894. — [2] Leo XIII. Encycl. *Quamquam pluries*, 15 Aug. 1889.

debitum honorem ac veneratio-nem impertiendam. Hanc sacrosancti Concilii Tridentini doctrinam corde et opere retinentes, sciant omnes Christi fideles, gratiam nobis dari per merita Iesu Christi, qui est unicus ac verus Mediator inter Deum et homines; Sanctos autem a nobis invocari, non ut aliquid nobis propria sua virtute ipsi largiantur, sed ut pro nobis a Deo petant, pro nobis orent; nullam etiam sacris imaginibus inesse virtutem, sed cultum quem his adhibemus, ad prototypa referri. Similiter cultum sacris reliquiis exhibitum redundare in ipsos Sanctos, quorum sunt pretiosae exuviae [1].

y como tales se han de conservar y hay que tributarles el debido honor y veneración. Reteniendo en el corazón y mostrando con las obras, que ésta es la doctrina del Santo Concilio de Trento, sepan todos los fieles que la gracia se nos da por los méritos de Jesucristo, que es el único y verdadero Mediador entre Dios y los hombres; y que invocamos á los Santos, no para que nos concedan algo por su propia virtud sino para que lo pidan á Dios para nosotros, y por nosotros intercedan; que no hay en las sagradas imágenes virtud alguna, sino que el culto que les rendimos se refiere á los prototipos. De igual manera, el culto que prestamos á las reliquias, redunda en honor de los mismos santos de quienes son preciosos despojos [1].

Caput VII.
De Ecclesia.

47. Christus Dominus, ut salutiferum redemptionis opus perenne redderet, sanctam aedificare Ecclesiam decrevit, in qua veluti in domo Dei viventis fideles omnes unius fidei et caritatis vinculo continerentur [2]. Futurum sane Iesus Christus significavit, ut quam ipse offensionem hominum invidiamque prior excepit, in eamdem pari modo opus a se institutum incurreret; unde et ad salutem pervenire, ipsius bene-

Capítulo VII.
De la Iglesia.

47. Cristo Nuestro Señor, para perpetuar la obra salutífera de la Redención, decretó edificar la Santa Iglesia, en la cual, como en la casa del Dios vivo se albergaran todos los fieles unidos con los vínculos de la misma fe y de la caridad [2]. Predijo también Jesucristo, que la misma aversión y envidia de parte de los hombres que á Él había perseguido, pasaría á la institución por Él fundada; de suerte que á muchos

[1] Cfr. Conc. Trid. passim. — [2] Conc. Vatic. Const. *Pastor aeternus*. V. Appen. n. XXXV.

ficio partam, multi reapse prohiberentur. Quare voluit non alumnos dumtaxat instituere disciplinae suae, sed et hos ipsos societate coniungere, et in unum corpus, *quod est Ecclesia* (Col. I, 24), cuius esset ipse caput, apte coagmentare.

48. Est ergo Ecclesia societas externa et visibilis, a Deo per Filium suum Unigenitum instituta, suaeque institutionis manifestis notis instructa, ut tamquam custos et magistra verbi revelati ab omnibus posset agnosci. Ad solam enim catholicam Ecclesiam ea pertinent omnia quae ad evidentem fidei christianae credibilitatem tam multa et tam mira divinitus sunt disposita. Quin imo, ut supra dictum est, ipsamet magnum quoddam et perpetuum motivum est credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile [1].

49. Idcirco vera religio quae sit, non difficulter videt qui iudicium prudens sincerumque adhibuerit. Argumentis enim permultis atque illustribus, veritatem nimirum vaticiniorum, prodigiorum frequentia, celerrima fidei vel per medios hostes ac maxima impedimenta propagatione, martyrum testimonio, aliisque similibus liquet eam esse unice veram, quam Iesus Christus et instituit ipsemet et Ecclesiae suae

[1] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius.*

se impediría de hecho el alcanzar la salvación, obtenida por su bondad. Por lo cual quiso no sólo formar discípulos pertecientes á su escuela, sino unirlos y vincularlos sólidamente en una sociedad, y en un cuerpo *que es la Iglesia* (Col. I, 24) cuya cabeza sería Él mismo.

48. Es, pues, la Iglesia, una sociedad exterior y visible, establecida por Dios por medio de su Hijo Unigénito, y provista de notas manifiestas de su institución, que la den á conocer á todos como depositaria y maestra de la palabra revelada. A la sola Iglesia Católica pertenecen todas aquellas cosas que en tanta abundancia y de una manera tan admirable ha ordenado la divina Providencia para la credibilidad evidente de la fe cristiana. No sólo, sino que, como arriba se ha dicho, ella misma es un grande y permanente motivo de credibilidad y un testimonio irrefragable de su divina misión [1].

49. Por lo cual, quienquiera que juzgue con prudencia y sinceridad puede ver sin dificultad cuál es la verdadera religión. Mil y mil argumentos, todos de grave peso, como son la verdad de las profecias, la multitud de los milagros, la rapidísima propagación de la fe en medio de tantos enemigos y de tantos obstáculos, el testimonio de los mártires y otros muchos demuestran claramente que la única verdadera

tuendam propagandamque demandavit [1].

50. Ecclesia, cuius finis est sanctificatio animarum, et adeptio vitae aeternae, est *una*, unitate scilicet fidei, auctoritatis, et communionis, *sancta* in fundatore, in doctrina, in sacramentis, in servis Dei heroicitate virtutum et mirabili charismatum dono praeclaris; *catholica*, ratione temporis semper duratura, ratione loci ubique terrarum cognita et cognoscenda, ratione personarum neminem excludens, ratione fidei integrae servatae; *apostolica* origine, doctrina, successione. Huiusmodi vero notae, quibus vera Christi Ecclesia instructa est, in Romana Ecclesia plane inveniuntur, quae ab Apostolorum principibus fundata, eorumque sanguine irrigata, omnium Ecclesiarum mater et magistra agnoscitur, ad eamque, propter potiorem principalitatem, necesse semper fuit omnem convenire Eclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles [2].

51. Haec vera Ecclesia, domus et aedificium Dei, grex ovium Christi, quarum ille ostium est et pastor, Christi Sponsa et mysticum corpus Christi [3], est etiam portus

es aquella que Jesucristo instituyó en persona, y cuya guarda y propagación encomendó á su Iglesia [1].

50. La Iglesia, cuyo fin es la santificación de las almas y la posesión de la vida eterna, es *una*, por la unidad de su fe, de su autoridad y su comunión; *santa* en su Fundador, en su doctrina, en sus sacramentos, en los siervos de Dios preclaros por sus heróicas virtudes y los dones celestiales con que fueron agraciados; *católica*, por su duración, porque vivirá eternamente, por su extensión, porque ha sido conocida ó se conocerá en todo el mundo, por sus adeptos, porque á nadie excluye, por razón de su fe, porque la conserva íntegra y pura; es, en fin *apostólica* por su origen, doctrina y sucesión. Estas notas que adornan á la verdadera Iglesia de Jesucristo se encuentran de cierto en la Iglesia Romana, la cual, fundada por los Príncipes de los Apóstoles y regada con su sangre, es reconocida como madre y maestra de todas las Iglesias, y á ella, por su singular preeminencia, ha sido siempre necesario que se acojan todas las Iglesias, es decir los fieles de todas las partes del mundo [2].

51. Esta Iglesia verdadera, casa y alcázar de Dios, redil de las ovejas de Cristo, cuya puerta y pastor es Él mismo, Esposa de Jesucristo y cuerpo místico suyo [3], es también

[1] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885. — [2] S. Iren. Adversus haereses l. 3. c. 3. — [3] Catech. Rom. de IX. Symb. art. n. 4.

tutissimus, navis secura, extra quam salus et remissio peccatorum obtineri nequit. « Quocirca minime par est conditio eorum, qui per coeleste fidei donum catholicae veritati adhaeserunt, atque eorum, qui ducti opinionibus humanis, falsam religionem sectantur; illi enim, qui fidem sub Ecclesiae magisterio susceperunt, nullam unquam habere possunt iustam causam mutandi, aut in dubium fidem eamdem revocandi » [1].

52. Haec autem Ecclesiae sancta societas, quamvis ex hominibus constet, non secus ac civilis communitas, tamen propter finem sibi constitutum, atque instrumenta, quibus ad finem contendit, supernaturalis est et spiritualis: atque idcirco distinguitur ac differt a societate civili: et, quod plurimum interest, societas est genere et iure perfecta. Et sicut finis, quo tendit Ecclesia, longe nobilissimus est, ita eius potestas est omnium praestantissima, neque imperio civili potest haberi inferior, aut eidem esse ullo modo obnoxia [2].

53. Itaque dux hominibus ad coelestia, non civitas, sed Ecclesia esse debet. Hanc vero auctoritatem in se ipsa absolutam planeque sui iuris, quae ab assentatrice principum philosophia iamdiu oppugnatur, Ecclesia sibi asserere, itemque publice

puerto de salvamento y nave segura, fuera de la cual es imposible alcanzar la salvación y el perdón de los pecados. « Por lo cual no es igual la situación de aquellos que por favor del cielo se han adherido á la verdad católica, y la de aquellos otros que, guiados por opiniones humanas, profesan una falsa religión; porque los que han abrazado la fe bajo el magisterio de la Iglesia jamás pueden tener una causa justa para cambiar, ó dudar de esa fe » [1].

52. Esta sociedad santa de la Iglesia, aunque conste de hombres ni más ni menos que la sociedad civil, no obstante, por el fin que se le ha prefijado y por los instrumentos de que se sirve para llegar al fin, es sobrenatural y espiritual: y por tanto, es distinta y diferente de la sociedad civil, y lo que es más, es una sociedad perfecta en su género y por su propio derecho... Y como el fin á que tiende la Iglesia es muchísimo más noble, así también su potestad es la más excelente de todas, y ni puede considerarse inferior al gobierno civil, ni estarle en modo alguno sujeta [2].

53. Por tanto, la Iglesia y no el Estado, es quien debe guiar á los hombres al reino celestial. Jamás ha dejado la Iglesia de vindicar para sí esta autoridad, absoluta en sí misma y que por derecho le corresponde, por más que cierta filo-

[1] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius.* — [2] Leo XIII. Encyl. *Immortale Dei,* 1 Nov. 1885.

exercere nunquam desiit, primis omnium pro ea propugnantibus Apostolis, qui cum disseminare Evangelium a principibus Synagogae prohiberentur, constanter respondebant: *Obedire oportet Deo, magis quam hominibus:* eidemque sancti Ecclesiae Patres rationum momentis tuendae pro opportunitate studuerunt: Romanique Pontifices invicta animi constantia adversus oppugnatores eam vindicare nunquam praetermiserunt [1].

54. Ex quibus patet, divinum magisterium, quod a Christo Domino traditum fuit Ecclesiae, sanctiones eius de fide et moribus immunes facere a censura et potestate eorum, qui rei publicae praesunt administrandae. Si secus esset, ea fidei dogmata vel praecepta morum, quae perpetuo vera et iusta sunt, mutabilia fierent, pro diverso imperantium ingenio, pro temporum et locorum varietate [2].

55. Quapropter, cum munus officiumque Ecclesiae sanctissimum sit, omnia constanter praecipere, omniaque, vel invitis hominibus, tueri, quaecumque ei praecipienda tuendaque Iesus Christus demandavit, propterea in legibus institutisque civitatum, si quid a christianis fidei

sofía aduladora de los soberanos temporales la haya impugnado. Jamás ha cesado de ejercerla públicamente, siendo los Apóstoles los primeros en defenderla. Estos al querer los Principes de la Sinagoga prohibirles la predicación del Evangelio, respondían enérgicamente: *conviene obedecer á Dios más que á los hombres.* Los Santos Padres de la Iglesia la sostuvieron con sólidos argumentos según las circunstancias; y los Romanos Pontífices nunca dejaron de vindicarla con invicta constancia [1].

54. De todo esto se deduce claramente que el divino magisterio que fué encomendado á la Iglesia por Jesucristo Nuestro Señor, pone sus decisiones acerca de la fe y las costumbres fuera del alcance de la censura y potestad de los que rigen el Estado. De otra suerte los dogmas de fe y los preceptos morales, que son inmutablemente verdaderos y justos, se volverían mudables según el capricho de los gobernantes y la diversidad de tiempos y lugares [2].

55. Por tanto, siendo altísimo deber de la Iglesia mandar y sostener sin cesar, aun á despecho de los hombres, cuanto Jesucristo le ordenó que mande y sostenga, se sigue que si en las leyes ó constituciones civiles hay algo que se aparte de los preceptos de la fe

[1] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei,* 1 Nov. 1885. — [2] Leo XIII. Epist. *Sicut acceptum studium,* 29 April. 1889.

morumque praeceptis dissideat, probare clerus vel silentio dissimulare non potest. Qualis erat christiani nominis fortuna futura, si quibuslibet populorum institutis, si magistratuum iussis, nullo discrimine, vera iniquave forent, Ecclesia paruisset? Mansisset sancita legibus superstitio vetus, nec ullo modo humanum genus ad Evangelii lumen emersisset [1].

56. Haec autem Ecclesiae perfecta societas, cum adiumenta ad incolumitatem actionemque suam necessaria, voluntate beneficioque Conditoris sui, omnia in se et per se ipsa possideat, plenam idcirco ac supremam habet potestatem legislativam, iudiciariam et coactivam. Revera Iesus Christus Apostolis suis libera mandata dedit in sacra, adiuncta tum ferendarum legum veri nominis facultate, tum gemina, quae hinc consequitur, iudicandi puniendique potestate: *Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra; euntes ergo docete omnes gentes... docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis* (Matth. XXVIII. 18. 19. 20) et alibi: *Si non audierit eos, dic Ecclesiae* (Matth. XXVIII. 17). Atque iterum: *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam* (2. Cor. X. 6). Rursus: *Durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in aedi-*

ó la moral cristiana, el clero no puede aprobarlo ni aun disimularlo con su silencio. ¿Cuál habría sido la suerte de la sociedad cristiana si la Iglesia hubiera siempre acatado cualesquiera constituciones civiles ú órdenes de los gobernantes sin mirar si eran justas ó injustas? El paganismo antiguo habría continuado bajo la protección de las leyes, y la luz del Evangelio jamás habría iluminado á las naciones [1].

56. Esta perfecta sociedad de la Iglesia, poseyen lo en sí misma y por sí propria, por voluntad y beneficio de su divino Fundador, cuanto es necesario al sostenimiento de su incolumidad y acción, tiene por lo mismo plena y suprema potestad legislativa, judicial y coactiva. Nuestro Señor Jesucristo dió á sus Apóstoles jurisdicción independiente sobre todas las cosas sagradas, añadiendo tanto la facultad de promulgar verdaderas leyes, como la doble potestad que de aquí se sigue, de juzgar y de castigar: *Toda potestad me ha sido dada en el cielo y en la tierra; id pues, y enseñad á todas las naciones, enseñándoles á guardar todas las cosas que os he mandado* (MAT. XXVIII. 18. 19. 20). *Si no los escuchare, dilo á la Iglesia* (MAT. XVIII. 17); *Teniendo en la mano el poder para vengar toda desobediencia* (2. Cor. X. 6); *Procederé con rigor, usando*

1 Leo XIII. Alloc. *Mirandum sane*, 1 Iun. 1888.

ficationem et non in destructionem (2. Cor. XIII. 10) [1].

57. Ex quibus facile deducitur non pertinere ad civilem potestatem definire quae sint Ecclesiae iura ac limites intra quos eadem iura ipsamet exercere queat [2]; ad solam ecclesiasticam proinde potestatem proprio ac nativo iure spectare directionem Theologicarum rerum doctrinae [3]; et obligationem, qua catholici magistri et scriptores omnino adstringuntur, non coarctari ad ea tantum, quae ab infallibili Ecclesiae iudicio veluti fidei dogmata ab omnibus credenda proponuntur, verum etiam extendi, tum ad decisiones, quae ad doctrinam pertinentes, a Pontificiis Congregationibus proferantur, tum ad ea omnia doctrinae capita, quae communi et constanti catholicorum consensu retinentur veluti theologicae veritates et conclusiones ita certae, ut opiniones eisdem doctrinae capitibus adversae, quamquam haereticae dici nequeant, tamen aliam theologicam mereantur censuram [4].

58. Praeter recensita, Ecclesia alia habet iura, quae non sunt a potestate civili concessa, quaeque proinde nequit civile imperium revocare. Habet scilicet nativum ac legitimum ius acquirendi ac possidendi [5]: tum vero ipsa Ecclesia tum et personae ecclesiasticae, iure proprio, immu-

de la potestad que Dios me ha dado, para edificación y no para ruina (2. Cor. XIII. 10) [1].

57. De lo dicho fácilmente se deduce, que no toca á la potestad civil definir cuáles son los derechos de la Iglesia, ni los límites en que debe ejercerlos [2]. A la sola potestad eclesiástica corresponde por derecho propio y natural la dirección de la enseñanza teológica [3]; y la obligación á que están sujetos los maestros y escritores católicos, no se limita á aquellas cosas que el juicio infalible de la Iglesia propone á todos como dogmas de fe, sino también se extiende tanto á las decisiones que, como pertenecientes á la doctrina, emanan de las Congregaciones Pontificias, cuanto á todos aquellos puntos de la enseñanza, que el consentimiento constante de los católicos considera verdades teológicas, y conclusiones ciertas hasta tal punto, que las opiniones contrarias, aunque no hayan de tacharse de herejías, sí merecen alguna otra censura teológica [4].

58. Además de los ya enumerados, la Iglesia tiene otros derechos, que no le han sido concedidos por la potestad civil, y que el gobierno civil no puede por consiguiente revocar. Tiene, á saber, el derecho natural y legitimo de adquirir y poseer [5]. Además, tanto la

[1] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885. — [2] Pius IX. Alloc. *Singulari quadam*, 9 Dec. 1854. — [3] Pius IX. Epist. *Tuas libenter*, 21 Dec. 1863. — [4] Ibid. — [5] Pius IX. Alloc. *Nunquam fore*, 15 Dec. 1856; Encycl. *Incredibili*, 17 Sept. 1863.

nitatis gaudent privilegio, quod a iure civili ortum non habuit [1]. Quare absque naturalis iuris et aequitatis violatione nequit abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur [2].

misma Iglesia como las personas eclesiásticas, por derecho propio, gozan del privilegio de inmunidad, que no tuvo su origen por cierto en el derecho civil [1]. Por consiguiente, sin una violación manifesta del derecho natural y de toda equidad, no puede abolirse la inmunidad personal en virtud de la cual los clérigos están exceptuados del servicio militar [2].

Caput VIII.
De Romano Pontifice.

59. Cum divina ordinatione in Ecclesia Catholica instituta sit hierarchia, quae constat Episcopis, Presbyteris et Ministris, liquet omnino errare qui dicunt: Novi Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere; et semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant [3]. Presbyteros autem Episcopis inferiores esse constat, tum ex natura sacrae ordinationis et hierarchiae, tum ex definitione Concilii Tridentini [4]. Ut vero episcopatus ipse unus et indivisus esset, et per cohaerentes sibi invicem sacerdotes credentium multitudo universa in fidei et communionis unitate conservarentur, Christus beatum Petrum caeteris Apostolis praeponens, in ipso instituit perpetuum utriusque unitatis principium ac visibile fundamentum, super cuius for-

Capítulo VIII.
Del Romano Pontífice.

59. Por cuanto, por disposición divina, se halla establecida en la Iglesia Católica la Jerarquía, que consta de Obispos, presbíteros y ministros, es claro que yerran los que afirman que los Sacerdotes del Nuevo Testamento ejercen una potestad puramente temporal, y que quien una vez ha sido legítimamente ordenado puede otra vez ser lego, si ya no ejerce el ministerio de la palabra de Dios [3]. Que los presbíteros son inferiores á los Obispos, consta, tanto por la naturaleza de la sagrada ordenación, como por la definición del Concilio de Trento [4], Con el fin de que el episcopado fuese uno é indiviso, y que por medio de sacerdotes firmemente unidos entre sí se conservara toda la multitud de los creyentes en la unidad de fe y de comunión, Jesucristo al colocar á

[1] Pius IX. Litt. *Multiplices inter*, 10 Iun. 1851. — [2] Pius IX. Epist. *Singularis Nobisque*, 29 Sept. 1854. — [3] Conc. Trid. sess. 23. can. 6. et can. 4 de sacr. Ord. — [4] Ibid.

titudinem aeternum extrueretur templum, et Ecclesiae coelo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate consurgeret [1].

60. Quoniam uni Simoni Petro contulit Iesus post suam resurrectionem summi pastoris et rectoris iurisdictionem in totum suum ovile, dicens: *Pasce agnos meos: Pasce oves meas* (Ioan. XXI. 15-17), errant qui dicunt beatum Petrum Apostolum non esse a Christo Domino constitutum Apostolorum omnium principem et totius Ecclesiae militantis visibile caput, vel eumdem honoris tantum, non autem verae propriaeque iurisdictionis primatum ab eodem Domino nostro Iesu Christo directe et immediate accepisse [2].

61. Quod autem in beato Apostolo Petro princeps pastorum et pastor magnus ovium Dominus Christus Iesus in perpetuam salutem ac perenne bonum Ecclesiae instituit, id, eodem auctore, in Ecclesia, quae fundata super petram ad finem saeculorum usque firma stabit, iugiter durare necesse est. Petrus autem ad hoc usque tempus et semper in suis successoribus, Episcopis Sanctae Romanae Sedis ab ipso fundatae eiusque consecratae sanguine,

San Pedro sobre los demás Apóstoles lo constituyó principio perpetuo y visible fundamento de una y otra unidad, sobre cuya robustez había de construirse eterno Templo, y había de elevarse sostenida por su firmeza la sublimidad de la Iglesia para llegar por fin hasta el cielo [1].

60. Por cuanto únicamente á Simón Pedro confirió Jesús después de su resurrección la jurisdicción de supremo Pastor y rector sobre todo su rebaño, diciendo: *Apacienta mis corderos, apacienta mis ovejas* (Ioan. XXI. 15-17) yerran los que afirman que el Apóstol San Pedro no fué constituido por Cristo Nuestro Señor Príncipe de todos los Apóstoles y Cabeza visible de toda la Iglesia militante, y que fué únicamente primado de honor, y no de propia y verdadera jurisdicción el que recibió directa é inmediatamente del mismo Jesucristo Nuestro Señor [2].

61. La institución que Nuestro Señor Jesucristo príncipe de los pastores y pastor primero de sus ovejas fundó en el Apóstol San Pedro para la salvación eterna y bien perenne de la Iglesia, permanecerá firme por su divina voluntad, hasta el fin de los siglos, en su santa Iglesia que está edificada sobre roca. Pedro, entretanto, vive, preside y ejerce la suprema judicatura hasta nuestros días, y siempre, en sus sucesores los Obispos de la Santa Iglesia Ro-

[1] Conc. Vatic. Const. *Pastor aeternus*. — [2] Ibid.

vivit et praesidet et iudicium exercet. Unde merito anathematizati sunt qui dicunt, non esse ex ipsius Christi Domini institutione seu iure divino, ut beatus Petrus in primatu super universam Ecclesiam habeat perpetuos successores; aut Romanum Pontificem non esse beati Petri in eodem primatu successorem [1]; aut Romanum Pontificem habere tantummodo officium inspectionis vel directionis, non autem plenam et supremam potestatem iurisdictionis in universam Ecclesiam, non solum in rebus quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; aut eum habere tantum potiores partes, non vero totam plenitudinem huius supremae potestatis; aut hanc eius potestatem non esse ordinariam et immediatam sive in omnes et singulas ecclesias sive in omnes et singulos pastores et fideles [2].

62. Credimus etiam et docemus, cum Concilio Vaticano: « Romanum Pontificem, cum ex cathedra loquitur, id est, cum omnium Christianorum Pastoris et Doctoris munere fungens, pro suprema sua apostolica auctoritate, doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenenda definit, per assistentiam divinam, ipsi in beato Petro promissam, ea infallibilitate pollere, qua divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel

mana por él fundada y consagrada con su sangre. De aquí es que con justicia han sido anatematizados los que afirman que no se debe á institución de Cristo Nuestro Señor el que San Pedro tenga en el primado perpetuos sucesores [1]; ó que el Romano Pontífice no es sucesor de San Pedro en el mismo primado, ó que el Romano Pontífice tiene únicamente el cargo de inspección y dirección, pero no plena y suprema potestad de jurisdicción sobre toda la Iglesia, no sólo en las materias pertenecientes á la fe y á las costumbres, sino también en las que atañen á la disciplina y gobierno de la Iglesia esparcida por todo el mundo; ó que sólo desempeña el principal papel, pero no tiene la plenitud de esta suprema potestad, ó que ésta no es ordinaria é inmediata, ó sea sobre todas y cada una de las Iglesias, sobre todos y cada uno de los pastores y fieles [2].

62. Creemos asimismo y enseñamos, con el Concilio Vaticano: que el Romano Pontífice cuando habla *ex cathedra*, es decir, cuando desempeñando el cargo de Pastor y Doctor de todos los Cristianos, en virtud de su autoridad suprema y apostólica, define una doctrina acerca de la fe ó la moral, para que haya de profesarse por la Iglesia entera, en virtud de la asistencia divina que le ha sido prometida en la persona de San Pedro, goza de aquella in-

[1] Conc. Vatic. Const. *Pastor aeternus*. — [2] Ibid.

moribus instructam esse voluit: ideoque eiusmodi Romani Pontificis definitiones ex sese, non autem ex consensu Ecclesiae irreformabiles esse » [1].

falibilidad que el divino Redentor quiso que poseyera su Iglesia al definir la doctrina sobre la fe y la moral; y, por tanto, esta clase de definiciones del Romano Pontífice son irreformables por sí, y no en virtud del consentimiento de la Iglesia [1] ».

63. Igitur omnes fideles Romano Pontifici obedientiam debent, et verbo ac opere, et publica et privata agendi ratione, proclamare cum Nicolao I: *Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones vel decreta pro catholicae fidei disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium vel futurorum malorum, a Sedis Apostolicae Praesule salubriter promulgata contempserit; anathema sit* [2].

63. Por tanto, todos los fieles deben obediencia al Romano Pontífice, y con la palabra y con las obras, en su vida pública y en la privada han de proclamar con Nicolao I: *Todo el que despreciare los dogmas, mandatos, prohibiciones, sanciones y decretos útilmente promulgados por el Prelado de la Sede Apostólica en pro de la disciplina de la fe católica, para la corrección de los fieles, la enmienda de los malvados, ó la prevención de males inminentes ó futuros, sea anatematizado* [2].

64. Romanus Pontifex qui secundum plenitudinem suae potestatis est supra ius canonicum [3], potest supra ipsum ius dispensare [4]; ideoque errarunt qui dixerunt Apostolicae potestatis usum moderandum per canones.

64. El Romano Pontífice, quien según la plenitud de su potestad es superior al Derecho Canónico [3], puede dispensar sobre este Derecho [4]: erraron, por tanto, cuantos han afirmado que el uso de la potestad Apostólica se ha de regir por los cánones.

65. Firmiter credendum est Romanum Pontificem esse iudicem supremum fidelium, et in omnibus causis ad examen ecclesiasticum spectantibus ad ipsius posse iudicium recurri; Sedis vero Aposto-

65. Firmemente ha da creerse que el Romano Pontífice es juez supremo de los fieles y que en todas las causas de competencia eclesiástica puede recurrirse al juicio del mismo. La sentencia de la Sede Apostólica, que

[1] Conc. Vatic. Const. *Pastor aeternus*. — [2] Cap. 18. caus. 25, q. 2. — [3] Bened. XIV. Const. *Magnae Nobis*, 29 Iun. 1748. — [4] Innoc. III. Cap. *Proposuit*, 4. de Concess. praebend.

licae, cuius autoritate maior non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuipiam de eius licere iudicare iudicio [1].

66. Igitur sub excommunicationis poena prohibentur omnes, cuiuscumque gradus seu conditionis fuerint, ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum ad universale futurum Concilium appellare; item directe vel indirecte impedire exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori [2]. Item, cum Concilio Vaticano damnamus ac reprobamus illorum sententias, qui supremi Capitis cum pastoribus et gregibus communicationem licite impediri posse dicunt, aut eamdem reddunt saeculari potestati obnoxiam, ita ut contendant, quae ab Apostolica Sede vel eius auctoritate ad regimen Ecclesiae constituuntur, vim ac valorem non habere, nisi potestatis saecularis placito confirmentur [3].

67. Romani Pontifices [4], ob hanc causam, quod rei christianae administrandae divinitus tenent principatum, suum peregre Legatos ad gentes populosque christianos mittere vel ab ultima antiquitate consueverunt. Id autem non extrinsecus quaestio, sed nativo iure suo, quia Summus Pontifex... « cum personaliter singulas regiones circuire non « possit, nec circa gregem sibi creno reconoce autoridad superior, por nadie puede revocarse, y á ninguno es lícito juzgar de su fallo [1].

66. Por tanto, bajo pena de excomunión se prohibe á todos, cualquiera que sea su rango ó condición, apelar de las órdenes ó mandatos del Romano Pontífice al futuro Concilio, é impedir directa ó indirectamente el ejercicio de la jurisdicción eclesiástica ya sea en el fuero interno ya sea en el externo [2]. Además, con el Concilio Vaticano condenamos y reprobamos las sentencias de aquellos que afirman que puede lícitamente impedirse la comunicación del Jefe supremo con los pastores ó los fieles, ó que la declaran subordinada á la potestad civil, de suerte que pretenden que cuanto se determina para el gobierno de la Iglesia, por la Sede Apostólica ó en virtud de su autoridad, carece de fuerza y valor, si no lo sanciona la potestad civil [3].

67. Los Romanos Pontífices [4], fundados en la razón de que tienen el supremo dominio sobra la República cristiana, desde la más remota antigüedad han acostumbrado enviar sus Legados á las naciones y pueblos cristianos. Esto se practica no por un derecho conferido por extrañas potestades, sino por derecho natural, porque el Sumo Pontífice..... « no pudiendo perso-

[1] Conc. Vatic. Const. *Pastor aeternus*. — [2] Pius IX. Const. *Apostolicae Sedis*, 12 Oct. 1869. — [3] Conc. Vatic. Const. *Pastor aeternus*. — [4] Leo XIII Encycl *Longinqua oceani spatia*, 6 Ian. 1895.

« ditum curam pastoralis sollicitu-
« dinis exercere, necesse habet in-
« terdum, *ex debito impositae ser-*
« *vitutis*, suos ad diversas mundi
« partes, prout necessitates emerse-
« rint, destinare legatos, qui, *vices*
« *eius supplendo*, errata corrigant,
« aspera in plana convertant, et com-
« missis sibi populis salutis incre-
« menta ministrent » *(Cap. un. Extrav. Com.* De Consuet. *l. I).*

68. Cum partes Legati Apostolici, qualicumque demum potestate augeatur, sint, Pontificis a quo mittitur, mandata facere et voluntatem interpretari, tantum abest, ut ordinariae potestati Episcoporum quidpiam ipse pariat detrimenti, ut potius ei fundamentum ac robur sit allaturus. Eius quippe auctoritas non parum est habitura ponderis ad conservandam in multitudine obedientiam; in Clero disciplinam debitamque Episcopis verecundiam; in Episcopis caritatem mutuam cum intima animarum coniunctione [1]: tutamen insuper est mutuae inter potestatem civilem et ecclesiasticam concordiae.

69. E sublimi huiusmodi Romani Pontificis potestate nihil iuste timere possunt qui civilem tenent apud diversas gentes principatum. Apostolica enim Sedes verae pacis et auctoritatis tutrix ac magistra semper extitit; et sicut in re nulla potest a religione officii et defensione iuris sui declinare, ita maxime

nalmente recorrer cada pais, ni ejercer su pastoral ministerio, tiene á menudo necesidad, *en virtud de la servidumbre que se le ha impuesto* de mandar á las diversas partes del mundo, según las necesidades que surjan, enviados suyos *que haciendo sus veces*, corrijan errores, allanen dificultades y suministren á los pueblos que le han sido encomendados nuevos elementos de salvación ».

68. Siendo la misión del Legado Apostólico, cualesquiera que sean sus poderes, ejecutar las órdenes é interpretar la voluntad del Pontífice que lo envía, lejos de que ésta cause detrimento á la potestad ordinaria de los Obispos, antes bien le añade fuerza y robustez. Su autoridad será de mucho peso para conservar la obediencia en la multitud; en el Clero la disciplina y la veneración debida al Obispo; en los Obispos la mutua caridad é íntima unión espiritual [1]; y será además firme garantía de mútua concordia entre la potestad civil y la eclesiástica.

69. De esta sublime potestad del Romano Pontífice nada tienen que temer con razón los Jefes de las diversas naciones. La Sede Apostólica siempre ha sido guardadora y maestra de la verdadera paz y de la autoridad; y del mismo modo que no puede en lo más mínimo desviarse de sus deberes ó cejar

[1] Leo XIII. Encycl. *Longinqua oceani spatia*, 6 Ian. 1895.

solet esse ad benignitatem indulgentiamque proclivis, in rebus omnibus, quae cum incolumitate iurium et sanctitate officiorum suorum possunt una consistere [1]. Fideles pariter, cuiuscumque gradus sint et conditionis, plenam in Sancta Sede fiduciam foveant, eiusque acta ac praescripta humili ac obedienti animo percipiant.

70. Neque audiant qui proprio iudicio decepti, a recta obedientiae et devotionis semita sub specie boni declinantes, prudentiam Sanctae Sedis in rebus quae concordiam utriusque potestatis respiciunt, veluti infaustam nimisque placidam benignitatem erga potentes huius saeculi exhibent. Sciant quod, ad iniustas principum praetensiones, Romani Pontifices fortiter ac suaviter invicto animo obsistentes, respondent: « Quamquam enim sincero pacis « studio teneamur, non tamen fas « est Nobis contra ea, quae divi- « nitus constituta et sancita sunt, « quidquam audere; pro quibus « profecto, si ad ea tuenda opus « esset extrema quaeque perpeti, « exemplo Decessorum nostrorum, « non dubitaremus » [2].

71. Similiter, animi est minus sincere, in obsequio permanentis al-

en la defensa de sus derechos, así también suele inclinarse á la benignidad é indulgencia en todo lo que es compatible con la incolumidad de sus derechos y la santidad de sus deberes [1]. Los fieles asimismo, sea cual fuere su rango ó posición, tengan plena confianza en la Santa Sede, y acepten con humilidad y obediencia todas sus prescripciones y mandatos.

70. No hay que escuchar á aquellos que, llevados de sus propias erróneas opiniones, desviándose bajo apariencias de virtud del recto sendero de la obediencia y la adhesión pintan la prudencia de la Santa Sede en los asuntos que miran á la concordia de ambas potestades, como una infausta y excesiva condescendencia con los poderosos de este mundo. Sepan que á las injustas pretensiones de los príncipes, los Romanos Pontífices, oponiendo invicta resistencia, ya con energía, ya con dulzura, han acostumbrado contestar: « Aunque nos anima el amor más sincero de la paz, no nos es lícito resolver cosa alguna contra las cosas que Dios ordena y sanciona; de tal suerte que por defenderlas, no vacilaríamos, si necesario fuere, en sufrir hasta el ultimo suplicio, conforme al ejemplo de nuestros Predecesores » [2].

71. De igual suerte, es indicio de un ánimo poco sincero en la obe-

[1] Leo XIII. Encycl. *Arcanum*, 10 Febr. 1880. — [2] Leo XIII. Encycl. *Iampridem*, 6 Ian. 1886.

terum Pontificem cum altero committere. Ex diversis duabus agendi rationibus, qui praesentem despiciunt ut praeteritae assentiantur, ii parum se obnoxios potestati impertiunt, cuius imperio ipsos regi ius et officium est: iidemque aliquam habent cum iis similitudinem, qui, sua causa damnata, ad futurum Concilium vellent, vel ad Pontificem, cui melius de causa liqueat, provocare. Quam ad rem, hoc fixum persuasumque sit, in Ecclesiae gubernatione, salvis officiis maximis, quibus Pontifices omnes apostolicum munus adstringit, unicuique eorum integrum esse eam rationem sequi, quae, spectatis temporibus caeterisque rerum adiunctis, optima videatur. Idque ad solius Pontificis iudicium pertinet; propterea quod is ad eam rem non solum singulari quodam donatur consilii lumine, sed etiam perspecta habet totius christianae reipublicae tempora, quibus apostolicam providentiam suam convenienter respondere necesse est [1].

72. « Quoniam vero a suprema Romani Pontificis auctoritate eiusque libero exercitio pendet totius Ecclesiae bonum, maximeque intererat, ut eius nativa autonomia ac libertas tuta et secura, sarta tectaque trans saecula servaretur, iis modis atque adminiculis, quae divina Providentia ad finem consequendum

diencia, el comparar á un Pontífice con otro. Los que parangonando dos procederes diversos, reprueban el presente para elogiar el antiguo, se muestran poco sumisos á quien tiene el deber y el derecho de gobernarlos; y tienen cierta semejanza con aquellos que, viendo su causa perdida, quisieran apelar al Concilio, ó al Pontífice mejor informado. Persuádanse todos que en el gobierno de la Iglesia, salvos los supremos deberes á que obliga á todos los Pontífices el ministerio Apostólico, bien puede cada cual seguir aquella política que, atendidos los tiempos y las circumstancias, mejor le pareciere. Esto es cosa que pertenece al juicio del Pontífice únicamente; porque no sólo está dotado de luces especiales para este fin, sino que abarca con su mirada las condiciones y tiempos de toda la República cristiana, á los cuales es necesario que corresponda convenientemente su providencia Apostólica [1].

72. « Por cuanto de la suprema autoridad del Romano Pontífice y del libre ejercicio de la misma, depende el bien de toda la Iglesia, é importaba muchísimo que su natural autonomía y libertad se conservasen incólumes, seguras, íntegras y sin menoscabo á través de los siglos, con aquellos apoyos y

[1] Leo XIII. Litt. *Epistola tua*, 17 Iun. 1885.

efficacia aptaque agnovisset » [1]; providissimo Dei consilio factum est, ut, post periculosa primae aetatis discrimina, civilis principatus Romanae Ecclesiae adiiceretur, eidemque, longo saeculorum tractu, inter infinitas rerum vicissitudines regnorumque ruinas conservaretur [2]. Igitur repugnat rectae rationi, ut subdatur humanae potestati spiritualis potestas, quae super omnes eminet potestates; repugnat enim quod legis ac divinae potestatis interpres supremus terreno subdatur regi; repugnat ut Pontifex, qui cura habet de fine primario et ultimo qui est animarum salus, subiiciatur et coerceatur a civili principe, qui nonnisi sublunaria curat, quique et ipsi ultimo fini subditur. Quod si Pontifices primis saeculis principatus libertate non potiebantur, id providenti Dei consilio evenit ad probandam religionis divinitatem, et tunc Pontifices subditi erant quoad factum non quoad ius: est autem rerum terrenarum conditio ut ipsae gradatim suam vim explicent [3]. Caeterum « omnibus compertum est, fideles populos, gentes, regna nunquam plenam fiduciam et observantiam esse praestitura Romano Pontifici si illum alicuius Principis vel Gubernii dominio subiectum ac minime liberum esse conspicerent. Siquidem fideles populi et regna vehementer suspicari ac

auxilios que la divina Providencia juzgara á propósito para tan altos fines » [1], las sapientísimas disposiciones del Señor hicieron que pasadas las luchas de los primeros siglos, se confiriera á la Iglesia Romana el poder temporal, y que se conservase durante largos siglos, en medio de tantas vicisitudes y de las caidas de tantos imperios [2]. Repugna á la recta razón que esté sujeta á un poder humano la potestad espiritual que á todas sobrepuja; repugna que el supremo intérprete de la ley y autoridad divina sea súbdito de un rey de la tierra; repugna que el Pontífice á quien compete la misión más sublime que es la salvación de las almas se vea sometido y coartado por un soberano temporal, á quien competen tan sólo los intereses terrenos y que tiene una alma que salvar. Si en los primeros siglos los Pontífices no gozaban de la libertad que da la soberanía, fué porque la Providencia así lo dispuso para probar la divinidad de la Religión; y aun entonces los Pontífices eran súbditos de hecho y no de derecho, y es ley de las cosas terrenas que éstas vayan poco á poco tomando incremento [3]. Por lo demás, fácilmente se comprende que los pueblos, los reinos, y las naciones fieles nunca lleguen á prestar plena confianza ú obedien-

[1] Leo XIII. Litt. *Quantunque Le siano* ad Card. Rampolla, Secretarium Status, 15 Iun. 1887. — [2] Leo XIII. Oratio *Ingenti* ad ephemer. script., 22 Febr, 1879. — [3] Card. Pecci, hodie Leo XIII, in pastorali instr. ad populum dioec. Perusinae. 19 Febr. 1860.

vereri nunquam desinerent, ne Pontifex idem sua acta ad illius Principis vel Gubernii, in cuius ditione versaretur, voluntatem conformaret, atque idcirco actis illis hoc praetextu saepius refragari non dubitarent. Et quidem dicant vel ipsi hostes civilis Principatus Apostolicae Sedis, qui nunc Romae dominantur, quanam fiducia et observantia ipsi essent excepturi hortationes, monita, mandata, constitutiones Summi Pontificis, cum illum cuiusvis Principis aut Gubernii imperio subditum esse cognoscerent, praesertim vero si cui subesset, Principi, inter quem et Romanam ditionem diuturnum aliquod ageretur bellum? » [1].

73. Hisce de causis, Pius IX [2], anteactas protestationes contra invasionem civilis huiusmodi Sanctae Sedis principatus innovans et confirmans, dixit: « Aperte praenuntiavimus eam sacrilegam invasionem non tantum spectare ad civilem Nostrum principatum opprimendum, quantum ad destruendas facilius, temporali nostra dominatione oppressa, institutiones omnes Ecclesiae, ad evertendam Sanctae Sedis auctoritatem, ad vicariam Christi potestatem, quam, licet immerentes, gerimus in terris, omnino labefactandam ». Et Leo XIII subiunxit:

cia al Romano Pontífice, si lo ven sujeto á la dominación de algún Príncipe ó Gobierno y sin la necesaria libertad. En tal caso las naciones cristianas abrigarían sin cesar sospechas y temores de que el Pontífice conformase sus actos á la voluntad del soberano en cuyos dominios morase y con este pretexto se opondrían á menudo á tales actos. Digan los mismos enemigos del poder temporal de la Sede Apostólica que ahora reinan en Roma « con qué confianza y obediencia recibirían las exhortaciones, admoniciones, mandatos y constituciones del Sumo Pontífice, si supieran que era súbdito de otro Monarca ó Gobierno, sobre todo si éste se hallara en guerra prolongada con los dominadores de Roma » [1].

73. Por estas razones Pío IX [2], renovando y confirmando las referidas protestas contra la usurpación del poder temporal de la Santa Sede, dijo: « Con tiempo declaramos abiertamente que aquella sacrílega invasión tendía no tanto á destruir nuestra soberanía civil cuanto á derribar más fácilmente, una vez echado por tierra nuestro dominio temporal, las instituciones todas de la Iglesia, á aniquilar la autoridad de la Santa Sede, y á enervar la potestad de Vicario de Cristo, que aunque sin merecerlo, ejercemos en la tierra ». León XIII

[1] Pius IX. Alloc. *Quibus quantisque*, 20 April. 1849. — [2] In Alloc. *Luctuosis*, habita die 12 Martii 1877.

« Non regni ambitu ut saepius ediximus, non dominandi cupiditate permoti, Romani Pontifices, quoties civilem hunc principatum turbari et violari senserunt, apostolici muneris esse putarunt sacra Romanae Ecclesiae iura sarta tecta servare et pro viribus tueri: Nosque ipsi, Praedecessorum Nostrorum exempla secuti, haec eadem iura asserere et vindicare non praetermisimus, nec unquam praetermittemus » [1]. Quapropter, nos, Patres huius Plenarii Concilii Latino-Americani, necessitatem, iustitiam et inviolabilitatem principatus civilis Romani Pontificis solemniter agnoscentes, iteratasque Pii IX et Leonis XIII protestationes contra sacrilegam occupationem Status Pontificii prae oculis habentes, reprobamus et damnamus temeritatem illorum qui dicunt: « De temporalis regni cum spirituali compatibilitate disputant inter se christianae et catholicae Ecclesiae filii: abrogatio civilis imperii, quo Apostolica Sedes potitur, ad Ecclesiae libertatem felicitatemque vel maxime conduceret » [2].

añadió: No por ambición de reinar, como mil veces hemos declarado ni por deseos de dominación, los Romanos Pontífices, siempre que percibieron que su soberanía temporal se trastornaba ó violaba, juzgaron un deber de su ministerio Apostólico, conservar intactos los sagrados derechos de la Sede Romana, y defenderlos con todas sus fuerzas. Nós mismo, siguiendo el ejemplo de Nuestros Predecesores, no hemos cesado ni cesaremos nunca de defender y vindicar estos derechos [1] ». Por tanto, Nós, los Padres de este Concilio Plenario Latino-Americano, reconociendo solemnemente la necesidad, justicia é inviolabilidad de la soberanía temporal del Romano Pontífice, y teniendo á la vista las reiteradas protestas de Pío IX y León XIII contra la sacrílega ocupación de los Estados Pontificios, reprobamos y condenamos la temeridad de aquellos que dicen: « Los hijos de la Iglesia cristiana y católica disputan entre sí acerca de la compatibilidad de la soberanía temporal y la espiritual: la abolición del poder civil de que goza la Sede Apostólica, contribuiría grandemente á su libertad y bienestar » [2].

[1] Leo XIII. Oratio *Ingentis* ad ephemer. script., 22 Febr. 1879. — [2] Syllab. prop. 75. 76.

CAPUT IX.

De Societate domestica.

74. Societas domestica, cuius auctor et rector Deus est, a quo omnis paternitas in coelo et in terra nominatur [1], nostris hisce temporibus misere perturbata, in suam dignitatem restitui nullo modo, potest, nisi iis legibus, quibus Ecclesia ab ipsomet divino Auctore est instituta [2]. Quod et ipsi civitati plurimum interest.

75. Et re quidem vera, initia reipublicae familia complectitur, magnaque ex parte alitur intra domesticos parietes fortuna civitatum. Idcirco qui has divellere ab institutis christianis volunt, consilia a stirpe exorsi, corrumpere societatem domesticam maturant. A quo eos scelere nec cogitatio deterret, id quidem nequaquam fieri sine summa parentum iniuria posse: natura enim parentes habent ius suum instituendi, quos procrearint, hoc adiuncto officio, ut cum fine, cuius gratia sobolem Dei beneficio susceperunt, ipsa educatio conveniat et doctrina puerilis [3].

CAPÍTULO IX.

De la Sociedad Doméstica.

74. La Sociedad doméstica, cuyo autor y rector es Dios mismo, de quien emana toda paternidad en el cielo y en la tierra [1], perturbada tristemente en nuestros días, no puede reponerse por manera alguna en su primitiva dignidad, sino por medio de aquellas leyes, bajo las cuales fué constituida la Iglesia por su mismo divino Fundador [2]; y esto tambien interesa altamente al Estado.

75. A la verdad, el origen de la República proviene de la familia, y la suerte de los Estados se juega en gran parte en el fondo del hogar doméstico. Por consiguiente, los que pretenden arrancarles su espíritu cristiano, empezando por la raiz, acaban por corromper la sociedad doméstica. No los desvía de sus inícuos planes, ni el pensamiento de que esto no puede llevarse á cabo sin inferir grave injuria á los padres de familia, á quienes la naturaleza ha dado el derecho de formar á los hijos por ellos procreados, imponiéndoles el correlativo deber de procurar que la educación y la enseñanza que desde los primeros años den á su prole corresponda al alto fin para que el Señor se la concedió [3].

[1] Ephes. v. 15. — [2] Leo XIII. Encycl. *Inscrutabili*, 21 April. 1878. — [3] Leo XIII. Encycl. *Sapientiae christianae*, 10 Ian. 1890.

76. Matrimonium, cuius vinculum indissolubile est atque perpetuum, quodque fundamentum est domestici convictus, a Christo Domino ad dignitatem sacramenti elevatum, institutum est, non modo ad propagandum genus humanum, sed ad ingenerandam Ecclesiae sobolem, *cives sanctorum et domesticos Dei* (Eph. II. 19); *ut* nimirum *populus ad veri Dei et Salvatoris nostri Christi cultum et religionem procrearetur atque educaretur* (Cat. Rom. c. III. n. 15). Vir est familiae princeps, et caput mulieris; quae tamen, quia caro est de carne illius et os de ossibus eius, subiiciatur oportet pareatque viro, in morem non ancillae, sed sociae: ut scilicet obedientiae praestitae nec honestas nec dignitas absit [1].

77. Filii autem subesse et obtemperare parentibus hisque honorem adhibere propter conscientiam debent; et vicissim in liberis tuendis atque ad virtutem potissimum informandis omnes parentum curas cogitationesque evigilare necesse est. Christus igitur, cum ad talem ac tantam excellentiam matrimonia renovavisset, totam ipsorum disciplinam Ecclesiae credidit et commendavit [2].

78. Patriae atque herilis potestatis ita Ecclesia rationem modera-

76. El Matrimonio, cuyo vínculo es indisoluble y perpetuo, y es el fundamento de la vida doméstica, elevado por Cristo Nuestro Señor á la dignidad de sacramento, ha sido establecido, no sólo para propagar el género humano, sino para dar á la Iglesia una progenie *de conciudadanos de los santos y familiares de la casa de Dios* (Eph. II. 19); es decir *para que el pueblo*, como dice el Catecismo Romano, *sea procreado y educado en el culto y la religión del verdadero Dios y Salvador Nuestro Jesucristo.* El varón es el jefe de la familia y el superior de la mujer; y ésta, siendo carne de su carne y hueso de sus huesos, debe estar sujeta y obedecer al marido, pero no á guisa de esclava, sino de compañera; y de tal suerte que ni el pudor ni la dignidad se menoscaben con la obediencia [1].

77. Los hijos deben estar sujetos á sus padres, y obedecerlos y honrarlos como es debido, todo por conciencia; y á su vez los padres deben enderezar todos sus pensamientos y afanes á velar sobre sus hijos y á educarlos en la virtud. Cristo, por tanto, habiendo elevado el matrimonio á una dignidad tan grande y tan sublime, confió y encomendó á la Iglesia cuanto se refiere á su disciplina [2].

78. La Iglesia de tal manera modera el ejercicio de la potestad de

[1] Leo XIII. Encycl. *Arcanum*, 10 Febr. 1880. — [2] Ibid.

tur, ut ad filios ac famulos in officio continendos valeat, nec tamen praeter modum excrescat. Secundum namque catholica documenta, in parentes et dominos coelestis Patris ac Domini dimanat auctoritas, quae idcirco ab ipso non solum originem ac vim sumit, sed etiam naturam et indolem necesse est mutuetur. Servis ac dominis per Apostolum proponitur divinum praeceptum, ut illi quidem obediant *dominis carnalibus sicut Christo.... cum bona voluntate servientes sicut Domino;* isti autem *remittant minas, scientes, quia omnium Dominus est in coelis, et personarum acceptio non est apud eum* (Eph. VI. 5-9) [1].

los padres y de los amos y señores, que ésta sea suficiente para contener á los hijos y siervos en su deber, y al mismo tiempo no crezca de un modo excesivo. Conforme á la doctrina católica, la autoridad del Padre y Señor de los cielos se refleja en los padres y señores, y así como dé Él toma su vigor y su origen, también es necesario que de Él imite su índole y su naturaleza. A los criados y á los amos se propone por medio del Apóstol el divino precepto de que los unos *sirvan á sus señores carnales como á Cristo.... sirviéndoles de buena voluntad como al Señor;* y que los otros *dejen á un lado las amenazas, sabedores de que el Señor de todos está en los cielos, y que con Él no hay acepción de personas* (Eph. VI. 5-9) [1].

CAPUT X.

De Societate civili.

79. Insitum homini natura est, ut in civili societate vivat: is enim necessarium vitae cultum et apparatum, itemque ingenii atque animi perfectionem cum in solitudine adipisci non possit, provisum divinitus est, ut ad coniunctionem congregationemque hominum nasceretur, cum domesticam tum etiam civilem, quae suppeditare *vitae sufficientiam perfectam* sola potest [2].

CAPÍTULO X.

De la Sociedad Civil.

79. Natural es en el hombre el vivir en sociedad civil; porque no pudiendo en la soledad conseguir lo necesario para la conservación y comodidades de la vida, ni para la perfección del ingenio y del entendimiento, la divina Providencia dispuso que naciera para vivir en unión de otros, formando una sociedad tanto doméstica como civil, que es la única que puede *suministrar lo necesario para la perfección de la vida* [2].

[1] Leo XIII. Encycl. *Quod Apostolici*, 28 Dec. 1878. — [2] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885.

80. Quoniam vero non potest societas ulla consistere, nisi aliquis omnibus praesit, efficaci similique movens singulos ad commune propositum impulsione, efficitur, civili hominum communitati necessariam esse auctoritatem, qua regatur: quae non secus ac societas, a natura, proptereaque a Deo ipso oriatur auctore. Ex quo illud consequitur, potestatem publicam per se ipsam non esse nisi a Deo [1].

81. Ius autem imperii per se non est cum ulla reipublicae forma necessario copulatum: aliam sibi vel aliam assumere recte potest, modo utilitatis bonique communis reapse efficientem. Sed in quolibet genere reipublicae omnino principes debent summum mundi gubernatorem Deum intueri, eumque sibimetipsis in administranda civitate tamquam exemplum legemque proponere. Quod si, qui praesunt, delabantur in dominatum iniustum, si importunitate superbiave peccaverint, si male populo consuluerint, sciant sibi rationem aliquando Deo esse reddendam, idque tanto severius, quanto vel sanctiore in munere versati sint, vel gradum dignitatis altiorem obtinuerint. *Potentes potenter tormenta patientur* (Sap. VI. 7) [2].

82. Civitates non possunt, citra scelus, gerere se tamquam si Deus omnino non esset, aut curam religionis velut alienam nihilque pro-

80. Como no puede subsistir sociedad alguna, sin que alguien la presida, moviendo á todos los miembros al fin común, con impulso eficaz al par que uniforme, de aquí se sigue que la sociedad civil necesita una autoridad que la rija; y ésta, ni más ni menos que la sociedad, proviene de la naturaleza y por consiguiente de Dios mismo; siguiéndose de aquí que el poder público por sí mismo no viene sino de Dios [1].

81. El derecho de gobernar no está ligado por sí mismo con determinada forma de gobierno; y puede con justicia adoptar una ú otra, con tal que de veras produzca la utilidad y el bien común. Pero sea cual fuere la forma de gobierno, los gobernantes deben tener presente que Dios es el supremo Gobernador del mundo y han de proponérselo como ejemplo y norma en la administración del Estado. Y si los que mandan se precipitan en la tiranía, si pecan por soberbia ó falta de tino, si no miran al bien de su pueblo, sepan que alguna vez han de dar cuenta á Dios, y que ésta ha de ser tanto más severa, cuanto más santos hayan sido sus deberes y más alta su dignidad. *Los grandes sufrirán grandes tormentos* (Sap. VI. 7) [2].

82. No puede el Estado, sin hacerse reo de un gran crimen, manejarse como si Dios no existiese, ó desentenderse de la religión como

[1] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885. — [2] Ibid.

futuram abiicere, aut adsciscere de pluribus generibus indifferenter quod libeat. Sanctum igitur oportet apud principes esse Dei Nomen; ponendumque in praecipuis illorum officiis religionem gratia complecti, benevolentia tueri, auctoritate nutuque legum tegere, nec quidpiam instituere aut decernere, quod sit eius incolumitati contrarium. Id et civibus debent, quibus praesunt. Civilem igitur societatem communi utilitati natam, in tuenda prosperitate reipublicae necesse est sic consulere civibus, ut obtinendo adipiscendoque summo illo atque incommutabili bono quod sponte appetunt, non modo nihil importet unquam incommodi, sed omnes, quascumque possit, opportunitates afferat. Quarum praecipua est, ut detur opera religioni sancte inviolateque servandae cuius officia hominem Deo coniungunt [1].

83. Igitur indifferentismus civilis perabsurdum est deliramentum et pessima machinatio contra vel ipsam civilem conditionem. Curam enim de religione publice adhibere nullam, et in rebus civicis ordinandis, gerendis, Deum nihilo magis respicere, quam si omnino non esset, temeritas est ipsis ethnicis inaudita; quorum in animo sensuque

de cosa extraña y que para nada sirve, ó indiferentemente adoptar entre muchas la que mejor le plazca. Para los gobernantes ha de ser santo el Nombre de Dios; y han de considerar uno de sus principales deberes, el otorgar á la religión su favor, el velar por ella con benevolencia, protegerla con la autoridad y el peso de las leyes, y nada emprender ni decretar que sea contrario á su incolumidad. Este es un deber que los liga igualmente para con los ciudadanos que gobiernan. La sociedad civil, formada para la utilidad común, al mirar por la prosperidad de la República, tiene por necesidad que atender á los ciudadanos de tal suerte, que no sólo no les ponga tropiezos, sino que de cuantas maneras sea posible les allane los caminos para la consecución y posesión de esa felicidad suma á la cual libremente aspiran. El principal es el trabajar para que se conserve inviolable y en toda su santidad la religión, que une al hombre con Dios [1].

83. Por consiguiente, el indiferentismo civil es la locura más extraña, y una maquinación de pésimo género contra los intereses del mismo Estado. El no proteger la religión públicamente, y en el arreglo y manejo de los negocios del Estado desentenderse de Dios como si no existiera, es una temeridad inaudita aun entre los paganos, en

[1] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885.

erat sic penitus affixa, non solum opinio deorum, sed religionis publicae necessitas, ut inveniri urbem facilius sine solo, quam sine Deo posse arbitrarentur. Igitur quemadmodum singuli pie Deum sancteque colere ipsa naturae voce admonemur, propterea quod vitam et bona, quae comitantur vitam, a Deo accepimus, sic eamdem ob causam populi et civitates. Idcirco qui solutam omni religionis officio civilem communitatem volunt, perspicuum est non iniuste solum, sed etiam indocte absurdeque facere [1].

84. Principum autem et subditorum, animi, mutuis officiis et iuribus, secundum catholicam doctrinam ac praecepta, ita devinciuntur, ut et imperandi temperetur libido, et obedientiae ratio facilis, firma et nobilissima efficiatur. Sane Ecclesia subiectae multitudini Apostolicum praeceptum iugiter inculcat: *Non est potestas nisi a Deo; quae autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque, qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.* Atque iterum *necessitate subditos* esse iubet *non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam;* et *omnibus debita* reddere, *cui tributum tributum, cui vectigal*

cuyo entendimiento y corazón estaba tan profundamente grabada no sólo la creencia en los dioses sino la necesidad de una religión pública, que más facilmente habrían concebido una ciudad sin terreno que sin Dios. Así como la voz de la naturaleza excita á los individuos á adorar á Dios con piedad y fervor, porque de Él hemos recibido la vida, y todos los bienes que rodean la vida, así también y por la misma causa tiene que suceder con los pueblos y las naciones. Por tanto, los que pretenden que el Estado se desentienda de todo homenaje á la religión, no sólo pecan contra la justicia, sino que se muestran ignorantes é inconsecuentes [1].

84. Las relaciones entre gobernantes y gobernados están de tal manera ligadas, conforme á la doctrina y preceptos católicos, por mutuos deberes y derechos, que la tiranía se vuelve imposible, y la obediencia fácil, firme y nobilísima. En prueba de ello la Iglesia no cesa de inculcar á la multitud de gobernados el precepto del Apóstol: *No hay potestad que no provenga de Dios: y Dios es el que ha establecido las que hay en el mundo. Por lo cual, quien desobedece á las potestades, á la ordenación ó voluntad de Dios desobedece. De consiguiente, los que tal hacen, ellos mismos se acarrean la condenación.* Y más abajo manda á los fieles *que*

[1] Leo XIII. Encycl. *Humanum genus*, 20 Apr. 1884.

vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem (Rom. XIII). Siquidem qui creavit et gubernat omnia, provida sua sapientia disposuit, ut infima per media, media per summa, ad suos quaeque fines perveniant [1].

85. Igitur, in rebus non iniustis parendum eis esse, qui praesunt, cons rvandi causa ordinis, in quo est publicae fundamentum incolumitatis, nemo dubitat: non tamen est consequens, obtemperando approbari, si quidquam est aut in constitutione aut in administratione civitatis non iustum [2].

86. Una illa hominibus causa est non parendi, si quid ab iis postuletur quod cum naturali aut divino iure aperte repugnet: omnia enim in quibus naturae lex vel Dei voluntas violatur, aeque nefas est imperare et facere. Neque est cur abiecisse obedientiam, qui ita se gerant, arguantur; etenim, si principum voluntas cum Dei pugnat voluntate et legibus, ipsi potestatis suae modum excedunt, iustitiamque pervertunt: neque eorum tunc va-

estén sujetos no sólo por temor del castigo, sino por obligación de conciencia, y que paguen á todos lo que se les debe; al que se debe tributo, el tributo, al que impuesto, el impuesto: al que temor, temor; al que honra, honra (Rom. XIII). El que ha creado y gobierna todas las cosas, ha dispuesto en su infinita sabiduría, que cada clase llegue á la consecución de sus fines, valiéndose la ínfima de la media, y la media de la más alta [1].

85. Por consiguiente, para nadie es dudoso que en todo lo que sea justo hay que obedecer á los que mandan, para que se conserve el orden, que es la base de la salud pública; sin que de aquí se siga que esta obediencia implica la aprobación de lo que haya de injusto en la constitución ó en el gobierno del Estado [2].

86. Sólo hay un motivo para que los hombres no obedezcan: es á saber, cuando se les pida algo que abiertamente repugna al derecho natural ó al divino: porque es igualmente ilícito mandar y hacer aquellas cosas en que se viola le ley de la naturaleza ó la voluntad de Dios. Y no hay razón para que se acuse de faltar á la obediencia á los que de tal manera se portan; porque si la voluntad de los gobernantes se opone á la voluntad y las leyes

[1] Leo XIII. Encycl. *Quod Apostolici*, 28 Decemb. 1878. — [2] Leo XIII. Epist. *Perlectae a Nobis*, 28 Oct. 1880.

lere potest auctoritas, quae, ubi iustitia non est, nulla est [1].

87. Sciant fideles omnes illud etiam publicae salutis interesse, ad rerum urbanarum administrationem conferre sapienter operam: in eaque studere maxime et efficere, ut adolescentibus ad religionem, ad probos mores informandis ea ratione, qua aequum est christianis, publice consultum sit: quibus ex rebus magnopere pendet singularum salus civitatum. Item catholicorum hominum operam ex hoc tamquam angustiore campo longius excurrere, ipsamque summam rempublicam complecti, generatim utile est atque honestum. Quamobrem perspicuum est, ad rempublicam adeundi causam esse iustam catholicis: non enim adeunt, neque adire debent ob eam causam, ut probent quod est hoc tempore in rerum publicarum rationibus non honestum; sed ut has ipsas rationes, quoad fieri potest, in bonum publicum transferant sincerum atque verum, destinatum animo habentes sapientiam virtutemque catholicae religionis, tamquam saluberrimum succum ac sanguinem in omnes reipublicae venas inducere [2].

88. Ex hac autem Ecclesiae doctrina de societate civili id « omnino

de Dios, éstos se salen de la órbita de su poder y trastornan la justicia; y no puede en tal caso valer su autoridad, que es nula y de ningún valor donde no hay justicia [1].

87. Tengan entendido todos los fieles, que contribuye mucho al bienestar público el cooperar con prudencia al gobierno del Estado; y en éste procurar y esforzarse sobremanera para que se provea á la educación religiosa y moral de la juventud como lo requiere una sociedad cristiana; pues de aquí depende en gran manera la prosperidad de las naciones. Es útil y justo que la acción de los católicos salga luego de este campo tan reducido á otro más vasto y se extienda al gobierno del Estado. Por lo cual se verá que es muy justo que los católicos aspiren á los puestos públicos; no porque lo hagan ó deban hacerlo con el objeto de aprobar lo que en estos tiempos hay de malo en diversos gobiernos, sino para que, en cuanto sea posible, encaminen á estos gobiernos hacia el bien público real y verdadero, teniendo por norma invariable, el introducir en las venas todas del Estado, á guisa de sangre y de jugo salubérrimo, la sabiduría y la virtud de la religión católica [2].

88. De esta doctrina de la Iglesio acerca de la sociedad civil, ne-

[1] Leo XIII. Encycl. *Diuturnum*, 20 Iun. 1881. — [2] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885.

intelligi necesse est, ortum publicae potestatis a Deo ipso, non a multitudine repeti oportere: seditionum licentiam cum ratione repugnare: officia religionis nullo loco numerare, vel uno modo esse in disparibus generibus affectos, nefas esse privatis hominibus, nefas civitatibus: immoderatam sentiendi sensusque palam iactandi potestatem non esse in civium iuribus neque in rebus gratia patrocinioque dignis ulla ratione ponendam » [1].

CAPUT XI.

De Ecclesia et Statu.

89. Deus humani generis procurationem inter duas potestates partitus est, scilicet ecclesiasticam et civilem, alteram quidem divinis, alteram humanis rebus praepositam. Utraque est in suo genere maxima: habet utraque certos quibus contineatur terminos, eosque sua cuiusque natura causaque proxima definitos. Alteri proxime maximeque propositum est rerum mortalium curare commoda, alteri coelestia ac sempiterna bona comparare. Quidquid igitur est in rebus humanis quoquo modo sacrum, quidquid ad salutem animarum cultumve Dei pertinet, sive tale illud sit natura sua, sive rursus tale intelligatur propter causam ad quam refertur, id est omne in potestate arbitrio-

cesariamente se deduce que no al pueblo, sino á Dios, hay que atribuir el origen del poder público; que las revoluciones pugnan con la razón; que tanto en los individuos como en los Estados, es un crimen desentenderse del homenaje debido á la religión, ó el mirar á todas las religiones con igual indiferencia; y por último que la desenfrenada libertad de pensar ó de manifestar su opinión, no debe contarse entre los derechos del hombre, ni entre los principios que deben en modo alguno favorecerse ó patrocinarse [1].

CAPÍTULO XI.

De la Iglesia y el Estado.

89. Dios ha distribuido el gobierno del género humano entre dos potestades, la eclesiástica y la civil, encomendando á la una los asuntos divinos y á la otra los humanos. Una y otra es soberana en su esfera, y una y otra tiene límites fijos, determinados por la naturaleza y causa próxima de cada una. La misión principal é inmediata de la una, es cuidar de los intereses terrenos; la de la otra alcanzar los bienes celestiales y eternos. Por consiguiente, cuanto de algún modo puede llamarse sagrado en las cosas humanas, cuanto atañe á la salvación de las almas ó al culto divino ya por su propia naturaleza, ya porque tenga relación con aquella, cae todo bajo la potestad y el arbitrio

[1] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885.

que Ecclesiae: caetera vero, quae civile et politicum genus complectitur, rectum est civili auctoritati esse subiecta, cum Iesus Christus iusserit, quae Caesaris sint, reddi Caesari, quae Dei, Deo [1].

90. Inter utramque potestatem quaedam intercedat necesse est ordinata colligatio: quae quidem coniunctioni non immerito comparatur, per quam anima et corpus in homine copulantur. Igitur voluit Christus, ut in iis rebus quae sint, diversa licet ratione, communis iuris et iudicii, altera, cui sunt humana tradita, opportune et congruenter ab altera penderet, cui sunt coelestia concredita. Huiusmodi autem compositione ac fere harmonia, non solum utriusque potestatis optima ratio continetur, sed etiam opportunissimus atque efficacissimus modus iuvandi hominum genus in eo quod pertinet ad actionem vitae et ad spem salutis sempiternae [2].

91. Porro ex enunciatis principiis haud difficulter dignosci possunt errores, qui nostra aetate civitates ex fallaciis et machinationibus sectariorum perturbare solent. Igitur genuinam Ecclesiae doctrinam circa hanc materiam retinentes, caveant fideles et ex animo reiiciant praetensiones illorum, qui dicunt: Ec-

de la Iglesia; justo es, por el contrario, que las demás cosas que pertenecen al gobierno civil ó á la política, dependan de la autoridad civil, puesto que Jesucristo ha mandado dar al César lo que es del César y á Dios lo que es de Dios [1].

90. Entre ambas potestades es indispensable que haya cierta alianza bien ordenada; la cual no sin razón se compara con la unión que en el hombre coliga el alma con el cuerpo. Quiso, por tanto, Jesucristo, que en aquellos asuntos que, aunque por diverso motivo, son del mismo fuero y derecho común, la que está encargada de los negocios humanos dependa, de una manera oportuna y conveniente, de aquella á quien fueron confiados los intereses celestiales. Con este acuerdo, y aun puede decirse armonía, no sólo se consigue la perfección de ambas potestades, sino que se logra el modo más oportuno y eficaz de impulsar al género humano á una vida activa y al mismo tiempo á la esperanza de la vida eterna [2].

91. Con los principios expuestos fácil es conocer los errores, con que en nuestro siglo suelen trastornarse los Estados por las maquinaciones y falacias de los sectarios. Teniendo presente la doctrina genuina de la Iglesia sobre esta materia, guárdense los fieles y desechen de todo corazón las pretensiones de aque-

[1] Leo XIII. Encycl. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885. — [2] Leo XIII. Encycl. *Arcanum*, 10 Febr. 1880.

clesiasticam potestatem suam auctoritatem exercere non debere absque civilis gubernii venia et assensu; Episcopis, sine Gubernii venia, fas non esse vel ipsas Apostolicas litteras promulgare; gratias a Romano Pontifice concessas existimari debere tamquam irritas, nisi per Gubernium fuerint imploratae; civili potestati, vel ab infideli imperante exercitae, competere potestatem indirectam negativam in sacra; eidem roinde competere nedum ius quod vocant *exequatur*, sed etiam ius *appellationis*, quam nuncupant, *ab abusu;* in conflictu legum utriusque potestatis, ius civile praevalere [1].

92. Laica potestas non habet per se ius praesentandi Episcopos; obedire tenetur Romano Pontifici in iis quae episcopatuum et Episcoporum respiciunt institutionem [2]; et sine sacrilegio non potest ecclesiasticae potestatis exercitium impedire, aut onera super ecclesias et clericos inconsulta Sancta Sede imponere.

93. Similiter non audiendi sunt, dicentes: Civilem auctoritatem posse se immiscere rebus, quae ad religionem, mores et regimen spirituale

llos que dicen, que la potestad eclesiastica no debe ejercer su autoridad sin el permiso y asentimiento del gobierno civil; que á los Obispos, sin la venia del Gobierno no es lícito promulgar ni aun los Documentos Apostólicos; que las gracias concedidas por el Romano Pontífice han de considerarse nulas y de ningún valor, á no ser que se hayan alcanzado por medio del Gobierno; que al poder civil, aunque esté depositado en la persona de un infiel, compete la potestad indirecta y negativa sobre las cosas sagradas; que al mismo le corresponde, por tanto, no sólo el derecho llamado del *exequatur*, sino tambien el derecho de la *apelación ab abusu*, como suele denominarse; que en caso de conflicto, por último, entre las leyes de ambas potestades, debe prevalecer el derecho civil [1].

92. La potestad civil no tiene *per se* el derecho de presentar á los Obispos, y está obligada á obedecer al Romano Pontífice en cuanto se refiere á la institución de obispados y Obispos [2]; y sin hacerse rea de sacrilegio, no puede impedir el ejercicio de la potestad eclesiástica, ni imponer gravámenes á las Iglesias y á los clérigos, sin consultar á la Santa Sede.

93. De igual manera no hay que escuchar á aquellos que dicen que la autoridad civil puede mezclarse en los asuntos pertenecientes á la

[1] Syllab. prop. 20. 28. 29 41. 42. — [2] Ibid. prop. 50. 51.

pertinent; posse de instructionibus iudicare, quas Ecclesiae pastores ad conscientiarum normam pro suo munere edunt; posse impedire quominus sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice libere ac mutuo communicent [1].

94. Sanctissima Ecclesiae iura violant, qui contendunt Ecclesiam non solum non debere in philosophiam unquam animadvertere, verum etiam debere ipsius philosophiae tolerare errores, eique relinquere, ut ipsa se corrigat: item qui dicunt non pertinere unice ad ecclesiasticam iurisdictionis potestatem proprio ac nativo iure dirigere theologicarum rerum doctrinam; totum scholarum publicarum regimen, in quibus iuventus christianae alicuius Reipublicae instituitur, episcopalibus dumtaxat seminariis aliqua ratione exceptis, posse ac debere attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognoscatur ius immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delectu aut approbatione magistrorum; immo in ipsis clericorum seminariis methodum studiorum adhibendam civili auctoritati subiici [2].

religión, á la moral y al régimen espiritual; que puede iuzgar de las instrucciones que los Pastores de la Iglesia, en el desempeño de sus funciones publican para norma de las conciencias, y que puede impedir la libre y recíproca comunicación de los Prelados y fieles con el Romano Pontífice [1].

94. Violan los derechos santísimos de la Iglesia los que pretenden que no sólo no debe en ningún caso condenar doctrinas filosóficas, sino que está obligada á tolerar sus errores, y dejar á la misma Filosofía que los corrija por sí sola. Los violan igualmente cuantos afirman que no es de la exclusiva competencia de la jurisdicción eclesiástica el dirigir la enseñanza de la Teología; que á la autoridad civil corresponde por derecho la dirección de las escuelas en que se educa la juventud en las naciones cristianas, con excepción únicamente y hasta cierto punto de los seminarios episcopales; y que le corresponde tan plenamente, que á ninguna otra autoridad se le reconoce el derecho de mezclarse en la disciplina de las escuelas, en el método de estudios, en la colación de grados, en el nombramiento y la aprobación de maestros; y no sólo, sino que aun en los mismos seminarios clericales debe someterse á la autoridad civil el plan de estudios que haya de seguirse [2].

[1] Syllab. prop. 44. 49. — [2] Ibid. prop. 11. 33. 45. 46.

95. A veritate etiam ac iustitia aberrant, qui affirmant Gubernium posse suo iure immutare aetatem ab Ecclesia praescriptam pro religiosa tam mulierum quam virorum professione, omnibusque religiosis familiis indicere, ut neminem sine suo permissu ad solemnia vota nuncupanda admittant; sive qui dicunt abrogandas esse leges quae ad religiosarum familiarum statum tutandum, earumque iura et officia pertinent [1].

96. Denique omnino aberrant dicentes supremos civitatum moderatores ab Ecclesiae iurisdictione eximi; et Ecclesiam a Statu, Statumque ab Ecclesia seiungendum esse [2].

95. Se desvían asimismo de la verdad y de le justicia los que afirman que el Gobierno tiene derecho de cambiar la edad requerida por la Iglesia para la profesíon religiosa tanto de los varones como de las mujeres, y de ordenar á todas las comunidades religiosas que sin su permiso á nadie admitan á pronunciar los votos solemnes. Igual aberración cometen los que pretenden que se deroguen las leyes relativas á la estabilidad de las órdenes monásticas, á sus derechos y obligaciones [1].

96. Por último, yerran por completo cuantos afirman que los supremos Gobernantes de los Estados están exentos de la jurisdicción eclesiástica; y que la Iglesia ha de ser independiente del Estado, y el Estado de la Iglesia [2].

[1] Syllab. prop. 52. 53. — [2] Ibid. prop. 54. 55.

TITULUS II.

DE FIDEI IMPEDIMENTIS ET PERICULIS

CAPUT I.

De praecipuis aetatis nostrae erroribus.

97. Sicut veritas liberatrix ac tutrix est populorum; ita falsitas et error, omnis verae felicitatis, tum singulorum, tum communitatis, impedimentum: et, si in omnibus fere civitatibus, quae morum urbanitate gloriantur, tam multae sunt ac pessimae calamitates, id erroribus et fallaciis impiorum merito tribuendum est. Et, re quidem vera, neminem latet, hac nostra deploranda aetate, acerrimum contra catholicam rem universam bellum ab iis hominibus conflari, qui, nefaria inter se societate coniuncti, sanam non sustinentes doctrinam atque a veritate auditum avertentes, omnigena opinionum portenta e latebris eruere, eaque totis viribus exaggerare, atque in vulgus prodere et disseminare contendunt. Horrescimus quidem animo, et acerbissimo dolore conficimur cum omnia errorum monstra, et varias multiplicesque nocendi artes, insidias, machinationes mente recogitamus, quibus hi veritatis et lucis osores, et peritissimi fraudis artifices, omne pie-

TITULO II.

DE LOS IMPEDIMENTOS Y PELIGROS DE LA FE

CAPÍTULO I.

De los principales errores de nuestro siglo.

97. Así como la verdad es la libertadora y defensora de los pueblos, así la falsedad y el error son el obstáculo que se opone á la felicidad tanto de los individuos como de las sociedades; y si casi en todos los Estados que se glorían de su civilización, hay tantas y tan terribles calamidades, debe atribuirse con justicia á los errores y falacias de los impíos. A nadie se oculta que en este nuestro siglo nefasto han declarado cruda guerra al catolicismo, esos hombres que, unidos entre sí en nefando consorcio, no sufriendo la sana doctrina, y cerrando los oidos á la verdad, se esfuerzan por sacar de sus escondrijos todo género de abominables errores, por hacinarlos cuanto pueden, y por divulgarlos y diseminarlos. Nos horroriza y aflige en extremo el recordar los monstruosos errores, los variados é innumerables artificios para hacer daño, las asechanzas y maquinaciones con que estos enemigos de la verdad y de la luz, y hábiles inventores de

tatis, iustitiae, honestatis studium in omnium animis extinguere, mores corrumpere, iura quaeque divina et humana perturbare, catholicam religionem civilemque societatem convellere, labefactare, immo, si fieri unquam posset, funditus evertere commoliuntur [1].

98. Ad tot ergo tantaque omnis generis pericula devitanda, curent totis viribus fideles vel ab omni erroris specie, tamquam a perniciosissima peste, fugere. Et quoniam iuxta effatum illud divi Bernardi [2], *nec unquam bonus nisi boni simulatione deceptus est*, fideles nullo pacto audiant, immo maiori spiritus fortitudine reiiciant fallacias illorum, qui, perperam invocato *urbanitatis, progressus, scientiae, humanitatis, beneficentiae* seu *philanthropiae* nomine, simulatisque rationibus caritatis et amicitiae, paulatim incautos trahunt ad laqueos perditionis. Magisque timeant captiosos sermones illorum, qui non recte de rebus religionis sentientes, in quibusdam publicis cultus catholici solemnitatibus, religiosi haberi volunt et videri.

99. Cum oecumenico Concilio Vaticano damnamus impietatem illorum, qui, sibimetipsis et aliis mentientes, *atheismum* profiteri decantant. Igitur, *si quis unum verum Deum visibilium et invisibilium*

engaños, trabajan por extinguir en todos los corazones el amor á la honestidad, por corromper las costumbres, trastornar todo derecho divino y humano y conmover, derribar, y si fuera posible, arrancar de cuajo la religión católica y la sociedad civil [1].

98. Para evitar tantos y tan grandes peligros en todas líneas, procuren los fieles con todas sus fuerzas huir como de peste mortífera, aun de toda apariencia de error. Y por cuanto, como dice S. Bernardo [2], *nunca se engaña al bueno sino simulando lo bueno*, por ningún motivo escuchen los fieles, antes bien, con mayor fortaleza desechen las falacias de aquellos que invocando falsamente los nombres de *civilización, progreso, ciencia, humanidad, beneficencia ó filantropía*, y fingiendo motivos de amistad y cariño, poco á poco enredan á los incautos en los lazos de la perdición. Teman más todavía las declamaciones de aquellos, que no siendo muy ortodoxos en materia de religión, quieren ser considerados y aparecer religiosos, en algunas solemnidades públicas del culto católico.

99. Con el Concilio ecuménico Vaticano condenamos la impiedad de los que, engañándose á sí mismos y á los demás, se jactan de profesar el *ateismo*. Por tanto *si alguno negare que hay un solo Dios*

[1] Pius IX. Encycl. *Qui pluribus*, 9 Nov. 1846. — [2] Serm. 66. in Cant.

Creatorem et Dominum negaverit, anathema sit [1].

100. Damnamus pariter *materialistarum* commenta, quae hominem ad merum organismum corporalem redigunt, animae spiritualitatem et omnem moralitatem penitus adimunt. Quapropter, *si quis praeter materiam nihil esse, affirmare non erubuerit, anathema sit* [2]. Similiter damnamus incredibilem aberrationem illorum, qui humanae dignitatis immemores, homines, spirituali anima et ratione praeditos, a belluis derivatos asserere non verentur.

ralique lege constitutum; neque parentes per ullam causam solvi ea lege possunt. Ecclesia vero, integritatis fidei custos et vindex, quae, delata sibi a Deo conditore suo auctoritate, debet ad sapientiam christianam universas vocare gentes, itemque sedulo videre, quibus excolatur praeceptis institututisque iuventus quae in ipsius potestate sit, semper scholas quas appellant *mixtas* vel *neutras*, aperte damnavit [1].

136. Quapropter in locis in quibus, per machinationes et fallacias acatholicorum aliorumque Ecclesiae adversariorum, adamantur atque expetuntur passim scholae, quas appellant *neutras, mixtas, laicales*, eo nimirum consilio, ut alumni in summa sanctissimarum rerum ignoratione nullaque religionis cura adolescant [2], omni opere curandum est, ut omnibus patribusfamilias persuadeatur, se nihil peius de prole sua, de patria, de re catholica universa mereri posse, quam si natos suos in extremam hanc aleam immittant [3].

137. Damnamus igitur ac reiicimus educationem quam mere civicam vocant, a massonica secta in perniciem animarum propagatam, de qua SS. D. N. Leo XIII sapientissime monet: « Disciplina morum,

á la par este esmero en la educación de la prole, ni hay motivo alguno que pueda eximir á los padres de este deber. La Iglesia, guardadora y defensora de la integridad de la fe, que con la autoridad que le ha conferido Dios, su fundador, tiene que llamar á todas las naciones á la sabiduría cristiana, y que ver incesantemente qué clase de instrucción y educación recibe la juventud que está bajo su tutela, siempre ha condenado abiertamente las escuelas que llaman *mixtas* ó *neutrales* [1].

136. Por tanto, en aquellos lugares en que, merced á las maquinaciones y engaños de los heterodoxos y demás enemigos de la Iglesia, se estiman y frecuentan las escuelas llamadas *neutrales, mixtas, laicas*, con el fin de que los alumnos crezcan en la más perfecta ignorancia de todo lo bueno y sin preocuparse de la religión [2], debe procurarse con todo empeño persuadir á los padres de familia que no pueden hacer peor servicio á su prole, á su patria y al catolicismo, que el poner á sus hijos en peligro tan grande [3].

137. Condenamos, por tanto, y desechamos la educación que llaman puramente civil, propagada por la secta masónica para la perdición de las almas, sobre la cual se expresa de esta manera Nuestro Santísimo

[1] Leo XIII. Encycl. *Nobilissima Gallorum gens*, 8 Febr. 1884. — [2] Leo XIII. Encycl. *Quod multum*, 22 Aug. 1886. — [3] Instr. S. Officii 26 Martii 1886. V. Appen. n. XXVIII.

quae Massonum familiae probatur unice, et qua informari adolescentem aetatem contendunt oportere, ea est quam et *civicam* nominant, et *solutam* ac *liberam;* scilicet, in qua opinio nulla sit religionis inclusa. At vero, quam inops illa sit, quam firmitatis expers, et ad omnem auram cupiditatum mobilis, satis ostenditur ex iis, qui partim iam apparent, poenitendis fructibus. Ubi enim regnare illa liberius coepit, demota loco institutione christiana, ibi celeriter deperire probi integrique mores, opinionum tetra portenta convalescere, plenoque gradu audacia ascendere maleficiorum. Quod quidem vulgo conqueruntur et deplorant: idemque non pauci ex iis, qui minime vellent, perspicua veritate compulsi, haud raro testantur » [1],

138. Parentes strenue vindicare curent ius institutionis filiorum vere christianae. Eis necessarium est eniti et contendere, ut omnem in hoc genere propulsent iniuriam, omninoque pervincant, ut sua in potestate sit educere liberos, uti par est, more christiano, maximeque prohibere scholis iis, a quibus periculum est, ne malum venenum imbibant impietatis [2].

139. Haec autem sollicita cura, non solum primarias scholas respicere

Padre León XIII: « La única educación moral que agrada á la Masonería, y con la cual pretenden que se ha de formar la juventud, es la que llaman *civil, independiente* y *libre*; es decir que no comprende noción alguna de religión. Cuán pobre sea esta educación, cuán poco sólida, cuán expuesta á verse agitada por el menor soplo de las pasiones, se ve claramente por los tristísimos frutos que ha producido. Donde ha prevalecido, echando por tierra la educación cristiana, inmediatamente ha acabado con la honradez y la pureza de costumbres, las opiniones más monstruosas se han infiltrado, y ha crecido la audacia del crimen. Lo lamentan y deploran todos en general; y lo atestiguan á veces aun no pocos de aquellos que no quisieran, pero que se ven obligados á abrir los ojos á la evidencia » [1].

138. Procuren los padres con valor vindicar sus derechos á la educación cristiana de sus hijos. Es necesario que se esfuercen y luchen, para repeler toda injusticia en esta materia, hasta lograr por completo la libertad de educar á sus hijos cristianamente, como es justo, y alejarlos de esas escuelas en que corren peligro de beber el veneno de la impiedad [2].

139. Esta solicitud debe comprender no sólo las escuelas pri-

[1] Encycl. *Humanum genus*, 20 April. 1884. — [2] Leo XIII. Encycl. *Sapientiae christianae*, 10 Ian. 1890.

debet, sed et medias ac superiores. Etenim adolescentes grandiores natu periculum adeunt etiam maius, scilicet a vitio doctrinae: quae saepe est eiusmodi, ut non ad imbuendam cognitione veri, sed potius ad infatuandam valeat fallacia sententiarum iuventutem. Corrupto opinionibus animo, simul insidet tam quam in venis medullisque corruptela morum [1].

140. Audiant ergo omnes, qui in Ecclesia Dei animarum curam susceperunt, monita Pii IX ad omnes Episcopos: « Quoniam... etiam ex laicorum ordine adolescentes ad pastoralem vestram sollicitudinem pertinere non est dubium, excubate insuper, venerabiles fratres, aliis omnibus publicis privatisque scholis, et quantum in vobis est et omni ope atque industria adnitimini, ut tota in illis studiorum ratio ad catholicae doctrinae normam exigatur... Eo autem in genere, praecipuam vobis, planeque liberam auctoritatem et curam vindicabitis super professoribus sacrarum disciplinarum, et in reliquis omnibus quae Religionis sunt, aut Religionem proxime attingunt. Advigilate, ut in tota quidem scholarum ratione, sed in iis maxime quae religionis sunt, libri adhibeantur ab erroris cuiuscumque suspicione immunes » [2].

141. Et cum SS. D. N. Leone XIII omnibus fidelibus dicimus: « Cum

marias, sino también las de segunda enseñanza y las superiores. Los jóvenes de más edad suelen correr mayor peligro de una educación viciosa; que muchas veces sirve no para infundir el conocimiento de la verdad, sino para infatuar á la juventud con engañosas sentencias; y una vez corrompido el ánimo con perversas doctrinas, se infiltra en las venas y en el meollo la corrupción de costumbres [1].

140. Oigan, pues, cuantos han aceptado la cura de almas en la Iglesia de Dios, las advertencias de Pío IX á los Obispos: « Por cuanto, también los niños destinados al siglo, merecen indudablemente vuestra solicitud pastoral, vigilad, Venerables Hermanos, sobre todas las demás escuelas públicas y privadas, y en cuanto esté de vuestra parte, procurad con todo ahinco y empeño, que el método de estudios en ellas sea conforme á la doctrina católica... Reclamaréis una autoridad absoluta y completa, y la libertad de inspección sobre los profesores de ciencias sagradas, y en todo lo demás que atañe directamente á la religión ó con ella se relaciona íntimamente. Velad para que en todos los estudios, pero especialmente en los religiosos, se empleen libros de texto libres de toda sospecha del más mínimo error » [2].

141. Con Nuestro Santísimo Padre León XIII decimos á todos los fieles:

[1] Leo XIII. Encycl. *Exeunte iam anno*, 25 Dec. 1888. — [2] Encycl. *Nostis et Nobiscum*, 8 Dec. 1849.

de fingenda probe adolescentia agirur, nulla opera potest nec labor suscipi tantus, quin etiam sint suscipienda maiora. In quo sane digni omnium admiratione sunt catholici, ex variis gentibus complures, qui suas erudiendis pueris scholas, magno sumptu, maiore constantia paravere. Aemulari salutare exemplum, ubicumque postulare videantur tempora, decet » [1].

« Cuando se trata de formar bien á la juventud, no hay empeño ni trabajo por grande que sea, que no admita y exija otros todavía mayores. Dignos de todo encomio son los católicos de diversas naciones, que no han perdonado gastos, por ingentes que sean, para fundar escuelas para sus niños. Dondequiera que las circunstancias lo exijan, conviene imitar tan brillante ejemplo » [1].

Caput IV.

De conversatione cum acatholicis.

142. Pia mater Ecclesia etiam pro haereticis, schismaticis et infidelibus preces fundi imperat, ut omnes eumdem Deum et Dominum Iesum Christum agnoscant et colant, et in sinum matris aut ingrediantur aut revertantur; quum extra Ecclesiam nemo salutem aeternam consequi possit [2]. Quamquam, Deo adiuvante, hisce in nostris ecclesiasticis Provinciis, absurda acatholicorum dogmata certo et stabili modo figi non potuerint; disseminantur tamen doctrinae quae pedetentim religiosam populorum conscientiam corrumpunt, morumque contaminant honestatem. Ad errores autem iam diffusos expellendos, atque ad impediendum quominus ulterius divulgentur, Sancti Caroli Borromaei vestigiis inhaerentes [3], institui decernimus in unaquaque dioecesi pro-

Capítulo IV.

Del trato con los heterodoxos.

142. La Iglesia, madre piadosa, nos manda rogar hasta por los herejes, cismáticos é infieles, para que todos reconozcan y adoren al mismo Dios y Señor Nuestro Jesucristo y entren ó vuelvan á su regazo materno; puesto que fuera de la Iglesia nadie puede alcanzar la salvación [2]. Aunque, por la gracia de Dios, en estas nuestras Provincias eclesiásticas, no han podido arraigarse de un modo estable los absurdos dogmas de los heterodoxos; se van diseminando doctrinas que poco á poco corrompen la conciencia religiosa de los pueblos y contaminan la pureza de sus costumbres. Para desterrar los errores ya introducidos é impedir que se divulguen más y más [3], decretamos que se establezca en cada diócesi un consejo de miembros distinguidos de uno y otro

[1] Encycl *Sapientiae christianae*, 10 Ian. 1890. — [2] Conc. Prov. Venet. an. 1859, p. 1, cap. 6. — [3] Consess. Episc. Umbriae an. 1849, tit. 2.

batorum utriusque cleri consilium, cuius sit pervigilare, si qui forte novi errores serpant et quibus artibus disseminentur, atque Episcopum de hisce docere, ut collatis consiliis, remedia capiat, quibus id mali ipso suo initio extingui possit, ne ad animarum perniciem magis magisque diffundatur.

143. Invigilent parochi, ne qui viri in suis paroeciis exsurgant, qui, in cathedra pestilentiae sedentes, loquantur perversa contra catholicam fidem, *ut abducant discipulos post se* (Acta xx. 30), et si quem ex his seductoribus deprehenderint, deferant quamprimum ad suum Episcopum, ut huic tanto scandalo totis viribus occurrat [1].

144. Si parochus noverit aliquem e suis parochianis moliri animo, ut catholicam religionem deserat, sapienter simul et peramanter de errore suo et de apostasiae scelere eum edoceat; admoneat praecipue propinquos et amicos, qui in Dei timore vitam ducunt; inquirat huius pravae defectionis causas easque amovere studeat.

145. Quamvis certum sit disputationes publicas catholicorum cum haereticis aliquando esse licitas, cum scilicet spes habeatur maioris boni, et concurrant aliae conditiones quae a theologis recensentur; tamen sciendum est Sanctam Sedem Apostolicam et Romanos Pontifices, ad

clero, que tengan el deber de mirar si se introducen nuevos errores, y con qué artificios se diseminan, y dar cuenta de todo al Obispo, para que, después de madura deliberación tome las medidas oportunas para poner coto al mal desde un principio, no se vaya á difundir más y más, para la perdición de las almas.

143. Velen los párrocos para que no se levanten en sus parroquias hombres que, sentándose en la cátedra de pestilencia, declamen contra la fe católica para *atraerse discípulos* (Act. xx. 30), y si encuentran á alguno de estos seductores, denúncienlo al Obispo para que se oponga con todas sus fuerzas al escándalo [1].

144. Si supiere el párroco que alguno de sus feligreses tiene intenciones de abandonar la religión católica, con amor y prudencia hágale ver su error y la gravedad del crimen de apostasía; avíselo á sus parientes y amigos que viven en el santo temor de Dios; investigue las causas de su funesta defección y trate de removerlas.

145. Aunque es cierto que algunas veces son lícitas las disputas públicas entre católicos y herejes, es á saber, cuando hay alguna esperanza de mayor provecho, y concurren otras condiciones enumeradas por los Teólogos, no obstante, hay que saber que la Santa Sede Apostó-

[1] Conc. Prov. Ravennat. an. 1855, p. 1. cap. 4.

omnem imprudentiam, illas frequenter prohibuisse; plerumque enim, ob loquacitatem vel audaciam aut circumstantias populi acclamantis, veritas, falsitate praevalente, opprimitur [1]. Igitur nullus e clero praesumat huiusmodi publicas disputationes instituere, inconsulto Episcopo, qui iuxta normas a Sancta Sede praescriptas procedet [2].

146. Sciant fideles nostri nullo pacto ipsis licere una cum haereticis actus religiosos, quibus fidei participatio seu communio in sacris habetur, elicere; atque omnino vetari concionibus, quae in eorum coetibus haberi solent, interesse, aut eorum cultui quasi simul cum illis agendo assistere. Qui hoc faciunt, haereticis credentes, sicut et eorum receptores, fautores, et generatim quilibet eorum defensores, excommunicationi latae sententiae subiiciuntur, Romano Pontifici specialiter reservatae [3].

147. Excepto casu urgentis necessitatis, impediat parochus, ne obstetrices acatolicae catholicis feminis parientibus inserviant. Sedulo invigilet, ne privati praeceptores, absque Episcopi permissione, catholicos simul cum acatholicis pueris

lica y los Romanos Pontífices, para evitar toda imprudencia y temeridad en asunto tan grave, las han prohibido frecuentemente; pues muchas veces la locuacidad y audacia del adversario y los aplausos del pueblo hacen que prevalezca la mentira y quede humillada la verdad [1]. Por consiguiente, ningún miembro del clero presuma entablar esta clase de disputas públicas sin permiso del Obispo, quien procederá conforme á las reglas dadas por la Santa Sede [2].

146. Sepan nuestros fieles que de ninguna manera les es permitido el celebrar juntamente con los herejes, actos religiosos en que se tiene participación en la fe, ó comunión en las cosas sagradas; y que está absolutamente vedado asistir á los sermones que se predican en sus reuniones, ó á los actos de su culto, de manera que parezca que se unen á ellos. Los que hacen esto, entregándose á los herejes, así como sus receptores, sus fautores y en general sus defensores, incurren en excomunión *latae sententiae*, reservada especialmente al Romano Pontífice [3].

147. Excepto en caso de urgente necesidad, impida el párroco que obstetrices heterodoxas asistan á mujeres católicas. Cuide que los maestros particulares no tengan á niños católicos mezclados á heterodoxos en la misma escuela, y mucho

[1] Cfr. decr. S. C. de Prop. Fide 8 Martii 1625; 18 Dec. 1662, etc. (Coll. P. F. n. 294, 302, 1674); et Epist. Leonis XIII. *Testem benevolentiae* ad Card. Gibbons, 22 Ian. 1899. — [2] Cfr. decret. cit. — [3] Pius IX. Const. *Apostolicae Sedis;* Conc. Prov. Vallisolet. 1887, p. 1. tit. 6, § 2, n. 3.

ad eamdem scholam, multoque minus ad eumdem convictum admittant [1]. Curam maxime gerant patresfamilias, ne suos patiantur famulari apud talem herum, qui fidem vel mores adoritur, aut religionis cultum, vel etiam praeceptorum Ecclesiae observantiam impedit [2]. Si quando habeatur legitima causa praestandi famulatum heris haereticis vel a religione alienis, tunc expresse cautum sit oportet iuri plenaeque libertati religionem catholicam exercendi et omnia peragendi quae ab Ecclesia praecipiuntur; secus omnino dimittatur servitium, quod sine animae periculo praestari non potest [3].

148. Fugiant fideles a conversatione cum acatholicis et aliis, qui irridere solent fidem catholicam, eius ritus et sacramenta, cultum Sanctorum, suffragia pro defunctis, aliosque Ecclesiae usus [4]. Et memores sint moniti Apostoli: *Rogo autem vos, fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula, praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt; et declinate ab illis...; per dulces* enim *sermones, et benedictiones seducunt corda innocentium* [5]. Et prae oculis habeant exemplum S. Antonii Abbatis, qui, teste S. Athanasio, « nunquam schismaticorum se miscuit communioni, antiquam eorum sciens pravitatem at-

menos los tengan en el mismo internado [1]. Procuren los padres de familia que sus allegados no presten servicios domésticos en casas de amos que pongan en peligro su fe ó sus costumbres, ó que les impidan practicar la religión ó guardar los mandamientos de la Iglesia [2]. Si alguna vez se tiene motivo legitimo para servir á amos herejes ó sin religión, conviene hacer expreso pacto de que se gozará de plena libertad para practicar la religión católica y observar cuanto manda la Iglesia: de otra suerte, abandónese un servicio, que no puede prestarse sin peligro para el alma [3].

148. Huyan los fieles del trato con los heterodoxos y otros que suelen burlarse de la fe católica, de sus ritos y sacramentos, del culto de los Santos, de los sufragios por los difuntos y de otras prácticas de la Iglesia [4]. Recuerden la advertencia del Apóstol: (Rom. XVI. 17, 18): *Os ruego, hermanos, que os recatéis de aquellos que causan entre vosotros disensiones y escándalos, enseñando contra la doctrina que vosotros habéis aprendido: y evitad su compañía... porque con palabras melosas y con adulaciones, seducen los corazones de los sencillos* [5]. Tengan presente el ejemplo de San Antonio Abad, que como afirma S. Atanasio

[1] Conc. Prov. Venet. an. 1859, p. 1. cap. 6. — [2] Conc. Prov. Vallisolet. 1887, p. 1. tit. 6. § 2. n. 9. — [3] Cfr. Conc. Prov Smyrnen. an. 1869, sect. 4. cap. 2. — [4] Cfr. Conc. Prov. Antequeren. an. 1893, p. 1, sect. 1, tit. 7. — [5] Rom. XVI, 17. 18.

que trangressionem. Nunquam Manichaeis aut aliis haereticis saltem amicabilia verba largitus est, nisi tantum ea, quae eos possent ab iniquitatis errore revocare; denuntians, talium amicitias atque sermones, perditionem esse animae » [1].

149. Dum autem Ecclesia fideles avertit a periculosa conversatione et familiaritate cum acatholicis, materna tamen caritate errantium animas ad viam curat salutis reducere, omniaque caritatis officia ipsis impendere solet. Igitur omni cura providendum est, ut qui in haeresi vel in apostasia degunt, alliciantur ad veram fidem; eaque removeantur, quae pio catholicae fidei amplectendae desiderio impedimento esse possunt. Quapropter errantes, qui in sinum Ecclesiae redire volunt, sciant etiam, Ecclesiam, tamquam piissimam matrem, paratam esse indulgenter cum ipsis agere, eosque amantissime recipere.

« jamás se mezcló con los cismáticos, conociendo su antigua maldad y pecados, nunca dirigió á los Maniqueos ú otros herejes ni siquiera palabras de amistad, sino es aquellas que pudieran apartarlos de sus errores; proclamando que la amistad y conversación de tales hombres, es la perdición del alma [1].

149. Al mismo tiempo que la Iglesia retrae á los fieles del trato peligroso y la familiaridad con los heterodoxos, procura con materna caridad atraer al buen camino las almas de los descarriados, y suele prestarles todos los servicios que demanda la caridad. Hay, pues, que tomar providencias eficaces, para que los que viven en la herejía ó en la apostasía, se atraigan á la fe verdadera, y se remuevan los obstáculos que pudieran oponerse á su piadoso deseo de abrazar la fe católica. Por tanto, sepan los descarriados que desean volver al seno de la Iglesia, que ésta, como madre amorosa está dispuesta á ser con ellos indulgente y á recibirlos con amor.

Caput V.

De ignorantia in rebus fidei et morum.

150. Omnes fideles tenentur fidei rudimenta accurate addiscere et mente retinere. Non est sufficiens, ad coelestem beatitudinem assequendam, confusim et involute credere

Capítulo V.

De la ignorancia en materia de fe y de moral.

150. Todos los fieles están obligados á aprender exactamente y á conservar en la memoria los rudimentos de la fe. No basta para alcanzar la bienaventuranza, creer de

[1] S. Athan. in vita S. Anton. n. 90 ap. Bolland.

a Deo revelata et ab Ecclesia catholica proposita mysteria; sed haec coelestis doctrina divinitus revelata, et quae ex auditu addiscitur, Doctoris legitimi ac fidelis ministerio ita est tradenda, ut singillatim illius capita explicentur, et eorum aliqua necessitate *medii*, aliqua vero necessitate *praecepti*, fidelibus ad credendum proponantur: praeterea, licet per fidem iustificari dicamur, cum ea sit humanae salutis initium et fundamentum, ad futuram tamen quam inquirimus civitatem ut pervenire aliquando mereamur, sola fides non sufficit; sed necesse est viam nosse constanterque tenere, nempe praecepta Dei et Ecclesiae servare [1].

una manera confusa y obscura los misterios revelados por Dios y propuestos por la Iglesia Católica: es preciso que esta celestial doctrina revelada, y que entra por el oido, se enseñe por el ministerio de un Doctor legítimo, de tal suerte que se expliquen uno á uno sus artículos, y se propongan á los fieles, para que crean en unos por necesidad de *medio* y en otros por necesidad de *precepto*. Además, aunque se dice que la fe nos justifica, puesto que es el principio y fundamento de la salvación de los hombres, no obstante, para merecer llegar algún día á la eterna felicidad á que aspiramos, no basta la sola fe; sino que es necesario saber y seguir constantemente el camino que á ella nos guía, es decir, guardar los mandamientos de Dios y de la Iglesia [1].

151. Qui autem fidei rudimenta ignorat, quae ex gravi praecepto scire tenetur, quamdiu illa non addiscit, cum potest, versatur in statu mortalis peccati. Nihil profecto lugendum magis quam tot christianos supina religionis ignorantia torpentes videre [2]. Et perspectum persuasumque habemus ex hac ignorantia populorum, quasi ex fonte impurissimo, plurimas promanare calamitates publicas [3].

151. Quien ignora los rudimentos de la fe, que está obligado á saber bajo precepto grave, mientras pudiendo no los aprende, se encuentra en estado de pecado mortal. Lamentable sobre toda ponderación es ver á tantos cristianos sumergidos en la más profunda ignorancia en materia de religión [2]; y tenemos la firme convicción de que de esta ignorancia general, como de fuente corrompida, emanan muchas calamidades públicas [3].

152. Huiusmodi vero ignorantia, mater cunctorum errorum [4], permul-

152. Esta ignorancia, madre de todos los errores [4], lleva á muchísi-

[1] Bened. XIV. Const. *Etsi minime*, 7 Febr. 1742. — [2] Conc. Prov. Albien. an. 1850, tit. 4, decr. 1. — [3] Conc. Prov. Avenionen. an. 1849, tit. 1, cap. 7. — [4] Cap. *Ignorantia*, 1. dist. 38.

tos omnis aetatis fideles in viam ducit perditionis. Compertum enim est passim, non solum adolescentes et illos, qui confirmata sunt iam aetate, in divinarum rerum ignoratione versari, sed etiam viros, ipsosque senes salutaris doctrinae esse omnino expertes; vel quia nunquam illam perceperunt, vel quia iamdiu perceptam paulatim delevit oblivio: huic etiam malo provida Episcoporum occurret vigilantia, si operis sui vicarios cogent, quae parata sunt, remedia sedulo adhibere [1].

153. « Infantes et pueri bonis moribus et exercitiis educati, ait Sanctus Pius V, quasi semper vitam pudicam, honestam et exemplarem ac aliquando sanctam agunt; e converso autem, qui parentum carentia seu paupertate aut incuria vel ignavia non sic educati, persaepe ducuntur in exitium et, quod peius est, secum ducunt plures in interitum, unde, si diligenter educati et in doctrina christiana instructi fuerint, a vitiis et multis aliis erroribus retraherentur » [2].

154. Igitur omnino laudandi clerici, qui tam salutari officio incumbunt, et de Ecclesia bene merentur pii riteque instructi laici, qui, sub directione et cum approbatione pro-

mos fieles de todas edades al camino de la perdición. Por todas partes se encuentran, como la experiencia demuestra, no sólo jóvenes y personas de edad madura que ignoren los divinos misterios, sino hombres perfectos y aun ancianos que de la doctrina cristiana nada saben; bien sea porque nunca la aprendieron, bien sea porque poco á poco se ha ido olvidando. A este mal también podrá oponer oportunos remedios la vigilancia de los Obispos, haciendo que los suministren sus colaboradores en el sagrado ministerio [1].

153. « Los infantes y niños educados en santas prácticas y con buenas costumbres (dice S. Pío V) casi siempre llevan una vida pura, honesta, ejemplar y á veces hasta santa; por el contrario, los que por orfandad, ó por pobreza, descuido ó desidia de sus padres no son educados de esta manera, muy á menudo corren á su propia perdición, y lo que es peor, arrastran á otros consigo en su ruina, mientras que si recibieran una educación esmerada y se les instruyera en la doctrina cristiana, se retraerían de muchos vicios y de muchos errores » [2].

154. Por tanto, altamente laudables son los clérigos que se entregan á este utilísimo oficio, y beneméritos de la Iglesia son los seglares piadosos é instruidos, que bajo la direc-

[1] Bened. XIV. Const. *Etsi minime*, 7 Febr. 1742. — [2] S. Pius V. Const. *Ex debito pastoralis officii*, 6 Oct. 1571.

prii pastoris, sacerdotum coadiutores fiunt in re tanti momenti. Hi enim imitantur illos fideles de quibus idem S. Pius V scripsit: « Nonnulli approbatae vitae christifideles, caritate, omnium suprema virtute, circa hoc tam pium, tamque reipublicae saluberrimum opus accersiti, in singulis festivitatibus et dominicis diebus, in diversis ecclesiis et locis, hoc opus sanctissimum amplexi sunt, et ibi eosdem infantes et pueros ac alias miserabiles personas, christianae veritatis ignaras, congregari faciunt, et eos bonis moribus et sana doctrina instruunt ac diligenter in via mandatorum Domini dirigunt, ex quo salutiferi fructus hactenus provenerunt et in dies magis, auxiliante Domino, speramus » [1].

155. Ne levis sit ac periculosa institutio fidelium in rebus fidei et morum, caveant omnes animarum rectores eorumque in catechizando coadiutores, ne vento peregrinae ac novae doctrinae, veluti nubes sine aqua, circumferantur, et sedulo devitent *profanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt* [2]. Et Episcopi nullo pacto permittant, ut antiquae et probatae formulae rudimentorum fidei vel in minimis verbulis mutentur, praetextu elegantioris aut castigatioris dictionis: hoc enim non sine

ción y con la aprobación del propio Pastor, ayudan á los sacerdotes en ocupación tan importante. Imitan, en verdad, á aquellos fieles de quienes escribía S. Pío V diciendo: « Algunos fieles de vida intachable, llamados por la caridad, que es la suprema de las virtudes, á esta obra tan piadosa y tan útil á la sociedad, los domingos y fiestas de guardar, en diversas Iglesias y otros lugares, han emprendido la tarea santísima de congregar á los niños y otras personas miserables, ignorantes de la verdad cristiana, y alli los instruyen en la moral y sana doctrina, y los guían con diligencia por el sendero de los mandatos del Señor, lo cual ha producido ya abundantes frutos, que con el auxilio divino, esperamos que se aumentarán más y más [1].

155. Para que no sea ligera ó peligrosa la instrucción de los fieles en materia de fe ó de costumbres, guárdense los curas y sus colaboradores en la obra del catecismo, de dejarse llevar por el viento de peregrinas y nuevas doctrinas, á guisa de nubes sin agua, y eviten *las novedades profanas en las expresiones ó voces y las contradicciones de la ciencia que falsamente se llama tal, ciencia vana, que profesándola, algunos vinieron á perder la fe* (1 Tim. VI. 20 21) [2]. No permitan los Obispos que las antiguas y bien probadas fórmulas de los rudimentos de la fe se cam-

[1] S. Pius V. Const. *Ex debito pastoralis officii*, 6 Oct. 1571. — [2] 1. Tim. VI, 20. 21.

gravissimis incommodis neque sine pusillorum scandalo fieret. Nec faciles sint in permittendis vel approbandis novis Catechismis: mutationes enim in usibus populi fidelis, hac in re, vix aliquid boni, saepissime plurimum detrimenti afferre possunt.

156. Ne autem defectu librorum, in locis praesertim ruralibus, instructio christiana fidelium deficiens sit vel minus apta, et ut errorum periculum facilius devitetur, curandum est pro viribus, ut in singulis paroeciis habeantur nonnulla Catechismi Romani seu Concilii Tridentini, vulgari sermone translati, exempla, ut sint veluti aurifodina omnium parochorum et catechistarum. Hic enim aureus liber, promovente S. Carolo Borromaeo, ex decreto eiusdem Concilii, a doctissimis viris conscriptus, et S. Pii V iussu editus, ab aliis Summis Pontificibus ac nominatim a Clemente XIII cunctis animarum pastoribus denuo commendatus fuit, tamquam *ad pravarum opinionum fraudes removendas, et veram sanamque doctrinam propagandam stabiliendamque opportunissimum subsidium* [1].

157. Levitas vero ac novitas in rebus religionis pertractandis speciatim devitanda est, quando agitur de cultu divino; ideoque Episcopi

bien en lo más mínimo, so pretexto de un lenguaje más elegante y castizo; porque esto no podría llevarse á cabo sin graves inconvenientes y escándalo. Tampoco sean fáciles en permitir ó aprobar catecismos nuevos: los cambios en lo que el pueblo fiel ha acostumbrado en esta materia, rara vez traerán algún bien, muy á menudo acarrearán graves males.

156. Para que la falta de libros, sobretodo en el campo, no haga que la enseñanza cristiana sea defectuosa ó imperfecta. y para mejor evitar el peligro de errar, se procurará eficazmente que en cada parroquia haya algunos ejemplares del Catecismo Romano, ó del Concilio Tridentino, traducido al castellano, para que sean como la mina de todos los párrocos y catequistas. Este áureo libro, compuesto á iniciativa de S. Carlos Borromeo, conforme al decreto del mismo Concilio, por varones doctísimos, y publicado por orden de S. Pío V, ha sido recomendado por otros Sumos Pontífices, y en especial por Clemente XIII á todos los curas de almas, como *arma poderosa para remover las fraudes de las perversas opiniones y propagar y arraigar la doctrina sana y verdadera* [1].

157. Hay que evitar con especial cuidado toda ligereza y novedad en el manejo de asuntos religiosos, cuando se trata del culto divino;

[1] Const. *In Dominico agro*, 14 Iun. 1761.

curent, ut omnino servetur gravissimum monitum Supremae Congregationis S. Officii, diei 13 Ianuarii 1875, innovatum in aliis decretis eiusdem S. Cogregationis, videlicet: *Monendos esse alios etiam scriptores, qui ingenia sua acuunt super iis aliisque id generis argumentis quae novitatem sapiunt, ac sub pietatis specie insuetos cultus titulos, etiam per ephemerides, promovere student, ut ab eorum proposito desistant, ac perpendant periculum quod subest pertrahendi fideles in errorem, etiam circa fidei dogmata, et ansam praebendi Religionis osoribus ad detrahendum puritati doctrinae Catholicae ac verae pietati* [1].

procuren, por tanto, los Obispos, que se observe en todas sus partes esta gravísima admonición de la Suprema Congregación del Santo Oficio, de 13 de enero de 1875. « Hay que advertir también á los demás escritores que aguzan el ingenio sobre estos y otros argumentos del mismo género, y con resabios de novedad y con apariencia de piedad tratan de promover, aun por los periódicos, cultos no acostumbrados, que desistan de su empeño, y consideren el peligro que hay de inducir á los fieles en error aun acerca de los dogmas de fe, y de sumministrar armas á los enemigos de la religión, para atacar la pureza de la doctrina católica y la verdadera piedad » [1].

Caput VI.
De superstitionibus.

158. Ad evitanda et dignoscenda superstitionis pericula, omnes sacerdotes prae oculis habeant tutissimam normam Angelici Doctoris, dicentis: « Finis divini cultus est, ut homo Deo det gloriam, et ei se subiiciat mente et corpore. Et ideo quidquid homo faciat, quod pertinet ad Dei gloriam, et ad hoc quod mens hominis Deo subiiciatur, et etiam corpus per moderatam refrenationem concupiscentiarum, secundum Dei et Ecclesiae ordinationem, et consuetudinem eorum quibus homo convivit, non est superfluum in divino cultu. Si autem aliquid

Capítulo VI.
De las Supersticiones.

158. Para evitar y discernir los peligros de superstición, tengan los sacerdotes á la vista esta segurísima norma del Angélico Doctor: « El fin del culto divino es que el hombre dé gloria á Dios, y se sujete á él con el espíritu y el cuerpo. Por consiguiente, todo lo que haga el hombre perteneciente á la gloria de Dios, y con el objeto de que la mente del hombre se sujete á Dios, y también el cuerpo, refrenando moderadamente la concupiscencia, conforme á la ordenación de Dios y de su Iglesia, y la costumbre de aquellos con quienes vive el hombre, no es super-

[1] Coll. Miss. n. 1892, 1894, 1897, 1898.

sit, quod, quantum est de se, non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc quod mens hominis feratur in Deum, aut quod carnis concupiscentiae inordinatae refrenentur; aut etiam si sit praeter Dei et Ecclesiae institutionem, vel contra consuetudinem communem (quae secundum Augustinum pro lege habenda est) totum hoc reputandum est superfluum, et superstitiosum, quia in exterioribus solum consistens, ad interiorem Dei cultum non pertinet » [1].

159. Efficax contra superstitiones remedium est cognitio ac professio fidei catholicae, quae et ignorantiam dissolvit ac pietatem generat. Experientia enim constat eo magis homines superstitiosos et veneficos fieri, quo magis a fide catholica et Ecclesiae obedientia ac subiectione deficiunt: revelata dogmata, quorum fides mentem illustrat ac nobilitat, reiiciunt, et iusto Dei iudicio insana quaeque ac inepta admittunt. Sic plurimi videntur impii et rationalistae, qui dum Ecclesiae doctrinae non adhaerent, fidem mortuorum spectris facile adiungunt, somniorum quaerunt interpretationem, numerorum *cabala* futura pertentant, et alia huiusmodi.

160. Inter omnes superstitiones, quae fideles a recta catholicae vefluo en el culto divino. Pero si hay algo, que en cuanto le toca, no pertenece á la gloria de Dios, ni tiene por objeto que la mente del hombre se eleve á Dios, ó que se refrene la concupiscencia desordenada de la carne; ó si es contra las instituciones de Dios ó de su Iglesia, ó contra la costumbre general (que según S. Agustín debe tenerse por ley) todo esto ha de reputarse superfluo y supersticioso, porque consistiendo todo en exterioridades, no pertenece al culto interior de Dios » [1].

159. El remedio eficaz contra las supersticiones es el conocimiento y la profesión de la fe católica, que disipa la ignorancia y engendra la piedad. Consta por experiencia que los hombres se vuelven más supersticiosos y emponzoñados cuanto más se apartan de la fe católica y de la obediencia y sumisión á la Iglesia: desechan los dogmas revelados, cuya fe ilumina y ennoblece el entendimento, y por justo juicio de Dios aceptan verdaderas locuras é inepcias. Así se ve á muchos impíos y racionalistas, que mientras rechazan la doctrina de la Iglesia, dan fácil crédito á las apariciones de los muertos, buscan la interpretación de los sueños, investigan lo futuro con números cabalísticos, y cometen otras torpezas parecidas.

160. Entre todas las supersticiones, que desvían á los fieles del

[1] S. Th. 2. 2 q. 93. a. 2.

ritatis et morum integritatis semita removent, a patre mendacii adinventas, periculosiores nostris temporibus existunt, quae ex illicito et damnato usu *Mesmerismi* seu *Magnetismi* sive *Hypnotismi* [1] derivantur. Ex decreto S. Officii 28 Iulii 1847, « remoto omni errore, sortilegio, explicita aut implicita daemonis invocatione, usus magnetismi, nempe merus actus adhibendi media physica aliunde licita, non est moraliter vetitus, dummodo non tendat ad finem illicitum, aut quomodolibet pravum. Applicatio autem principiorum et mediorum pure physicorum ad res et effectus vere supernaturales, ut physice explicentur, non est nisi deceptio omnino illicita et haereticalis ».

161. Sed quoniam experientia constat, in praxi, vix aut ne vix quidem, in hisce rebus abesse illicitam illam et haereticalem deceptionem, quam Sancta Sedes citato decreto damnavit, curent totis viribus animarum rectores, fideles sibi commissos ab omnibus huiusmodi fidei periculis avertere. Speciatim impediant quamlibet cum *somnambulismo* cooperationem, nec ullo pacto tolerent, ut etiam curiositatis causa spectaculis somnambulistarum et similium impietatum adsistant.

[1] V. Appen. n. CXXIII.

recto sendero de la verdad católica y de la pureza de costumbres, y que ha inventado el padre de las mentiras, las más peligrosas que existen en nuestros días son las que provienen del uso ilícito y condenado del *Mesmerismo*, ó *Magnetismo*, ó *Hipnotismo* [1]. Conforme al Decreto del Santo Oficio de 28 de Julio de 1847 « removiendo todo error, sortilegio, ó invocación del demonio explícita ó implícita, el uso del magnetismo, es decir, el mero acto de emplear medios físicos, por otra parte lícitos, no está moralmente vedado, siempre que no tienda á un fin ilícito, ó malo por cualquier motivo. La applicación de principios y medios puramente físicos á cosas y efectos verdaderamente sobrenaturales, para que se expliquen físicamente, no es más que un engaño ilícito y herético ».

161. Como consta, empero, por experiencia, que en la práctica rara vez ó nunca deja de haber en estas cosas ese engaño ilícito y herético que la Santa Sede condenó en el citado Decreto, procuren con todas sus fuerzas los curas de almas apartar á los fieles á su cuidado cometidos de todos estos peligros. Impidan especialmente toda cooperación al *Sonambulismo*, y no toleren por ningún motivo que aun por mera curiosidad asistan á espectáculos de sonambulistas ó impiedades parecidas.

162. « Adeo *enim* crevit hominum malitia, ut, neglecto licito studio scientiae, potius curiosa sectantes, magna cum animarum iactura ipsiusque civilis societatis detrimento, ariolandi divinandive principium quoddam se nactos glorientur. Hinc *somnambulismi* et *claraе intuitionis*, uti vocant, prestigiis mulierculae illae gesticulationibus non semper verecundis abreptae, se invisibilia quaeque conspicere effutiunt, ac de ipsa Religione sermones instituere, animas mortuorum evocare, responsa accipere, ignota ac longinqua detegere, aliaque id genus superstitiosa exercere ausu temerario praesumunt, magnum quaestum sibi ac dominis suis divinando certo consecuturae. In hisce omnibus, quacumque demum utantur arte vel illusione, cum ordinentur media physica ad effectus non naturales, reperitur deceptio omnino illicita, et scandalum contra honestatem morum. Igitur ad tantum nefas et religioni et civili societati infestissimum efficaciter cohibendum, excitari quam maxime debet pastoralis sollicitudo, vigilantia et zelus Episcoporum omnium » [1].

163. Inter omnia deliramenta superstitionum, quae, invocatis progressu et civilitate aetatis nostrae, scientifico apparatu, ut incautis fucum faciant, exhibentur, magis

162. Ha crecido tanto la malicia de los hombres, que descuidando el estudio lícito de la ciencia, y buscando más bien descubrimientos curiosos, con gran daño de las almas y de la sociedad, se glorían de haber alcanzado el principio de adivinar. Con los prestigios del *sonambulismo* y de la *claravidencia* como la llaman, las mujercillas en medio de gesticulaciones no siempre modestas, fingen que ven las cosas invisibles, y con audacia increible presumen disertar sobre asuntos religiosos, evocar las almas de los muertos, recibir respuestas, descubrir lo que está oculto ó muy lejos, y practicar mil otras supersticiones, seguras de alcanzar grandes ganancias para sí y sus señores con estas adivinanzas. En todo esto, sea cual fuere el artificio ó ilusión de que se sirvan, como se ponen en acción medios físicos para efectos no naturales, se encuentra el engaño ilícito y el escándalo contra la honestidad. Por tanto, debe excitarse con ahinco la solicitud pastoral, el celo y la vigilancia de todos los Obispos, á poner un freno eficaz á tanto desmán, perniciosísimo á la religión y á la sociedad » [1].

163. Entre todas las locas supersticiones que invocando el progreso y la civilización de nuestro siglo se exhiben con gran aparato científico para mejor engañar á los in-

[1] Epist. Encycl. S. Officii, 4 Aug. 1856 (Coll. P. F. n. 1743; 1754) V. Appen. n. XIX.

perniciosa illa est quae *spiritismi* nomen usurpavit. Sicut enim *naturalismus* et *rationalismus* omnes aetatis nostrae errores quasi in compendio continent, ita *spiritismus* omnes modernae incredulitatis superstitiones et fallacias collegit in unum: qui, licet specie naturalismo oppositus, re tamen vera, eamdem radicem habet, eosdemque producit teterrimos effectus. *Spiritismus* enim stultarum est versuta compages doctrinarum, sannis et risu a multis exceptarum, superstitionum cumulus, multa abhinc saecula sub aliis formis variisque nominibus cognitus et debitis mulctatus poenis, atque in praesentiarum cordatis mentione haud dignus, si inter ignaros suis praestigiis stragem non faceret [1].

164. Cum autem spiritismi sectatores, qui per innumeras prope fictiones et mendaces exhibitiones incautos decipiunt, passim diabolicas admittant et promoveant operationes, haeresesque plurimas, praesertim contra aeternitatem poenarum inferni, sacerdotium catholicum et iura Ecclesiae, spargere non timeant, non possunt ipsi, neque in interno foro neque in externo, tractari veluti ordinarii peccatores tantum, sed haberi debent ac iudicari veluti haeretici vel haereticorum fautores ac defensores, nec poterunt ad sacramenta admitti, nisi reparato

cautos, la más perniciosa es la que se arroga el nombre de *espiritismo*. Así como el naturalismo y el racionalismo contienen como en compendio todos los errores de nuestro siglo, así el espiritismo ha adunado todas las supersticiones y engaños de la moderna incredulidad; y aunque en apariencia opuesto al naturalismo, en realidad tiene la misma raíz y produce los mismos funestos efectos. El *espiritismo* es el astuto hacinamiento de necias doctrinas, recibidas por muchos con sarcasmo y risa, un cúmulo de supersticiones conocidas hace varios siglos bajo otras formas y con otros nombres y debidamente castigadas, y que en la actualidad no merecerían mencionarse entre la gente cuerda, si no fuera por los estragos que hacen sus prestigios entre los ignorantes [1].

164. Como los espiritistas, que con innumerables ficciones y mentidos espectáculos engañan á los incautos, admiten á menudo y promueven operaciones diabólicas, y no temen propagar muchas herejías, sobretodo contra la eternidad de las penas del Infierno, el sacerdocio católico y los derechos de la Iglesia, no pueden ellos, ni en el fuero interno ni en el externo, ser tratados como simples pecadores ordinarios, sino que han de considerarse y juzgarse como herejes, y fautores y defensores de herejes, y no podrán admitirse á los Sacramentos, sino es

[1] Cfr. Conc. Prov. Valent. an. 1889, p. 1. tit. 2. cap. 1.

scandalo et facta abiuratione *spiritismi* emissaque fidei professione, iuxta normas a theologis praescriptas.

165. Hortamur parochos, ut indefesso zelo laborent, in mundando agro ipsis concredito a variis aliis superstitionibus, quae velut prava germina ex ignorantia erumpentes, ac inter rudiores praesertim gliscentes, fidem saepe moresque corrumpunt. Nec parochi omittant superstitiones a se detectas Episcopo denuntiare, ut ipse provideat ac iudicet.

reparando el escándalo, abjurando el espiritismo, y haciendo la profesión de fe, conforme á las reglas prescritas por los Teólogos.

165. Exhortamos á los párrocos á que trabajen con celo infatigable, en limpiar el campo que se les ha confiado, de otras varias supersticiones, que como malas hierbas que brotan de la ignorancia, y se deslizan de preferencia entre los rudos, corrompen á menudo la fe y las costumbres. No dejen los párrocos de denunciar al Obispo las supersticiones que descubrieren, para que tome sus providencias y dé su fallo.

Caput VII.

De secta Massonica aliisque sodalitatibus illicitis.

166. Clandestinas sectas, ubi primum in perniciem religionis, reipublicae ac societatis eruperunt, Apostolica Romanorum Pontificum sollicitudo improbare, condemnare, atque gravissimis poenis coercere non omisit. In quo mirabilis quidem fuit SS. D. N. Leonis XIII zelus ac sapientia, qui per Encyclicas Litteras *Humanum genus*, datas die 20 April. 1884 [1], massonicam sectam aliasque ex ea prognatas solemniter proscripsit. Quibus Litteris earumdem sectarum doctrinas, finem, consilia detegit, curas Romanorum Pontificum ad

Capítulo VII.

De la secta Masónica y otras sociedades ilícitas.

166. La solicitud Apostólica de los Romanos Pontífices no cesó de reprobar, condenar, y castigar con gravísimas penas las sociedades secretas desde que por primera vez brotaron para ruina de la Religión, del Estado y de la sociedad. Admirables han sido el celo y la sábiduría de N. Sño Padre León XIII, quien en su Encíclica *Humanum genus* de 20 de Abril de 1884 [1], proscribió solemnemente la secta Masónica y todas las que de ella emanaren. En dicha Encíclica revela las doctrinas, fines y designios de esas sectas, narra los afanes de

[1] V. Appen. n. LII.

liberandam a tam nefaria peste humanam familiam enarrat, easdem sectas iterum et ipse damnationis et censurae nota inurit, simulque docet, qua ratione, quibusque remediis, illatis ab iisdem vulneribus sit medendum.

167. Cum autem Romanorum Pontificum declarationes contra societates secretas, in laudatis litteris Encyclicis *Humanum genus*, sermone gravi aeque ac diserto, collectae ac renovatae [1] inveniantur, illas ex integro in Appendice [2] inseri iussimus, ut animarum pastoribus norma sint tutissima, ad fideles sibi commissos opportune commonendos. Mandamus etiam, ut Instructiones et decreta Sanctae Sedis [3] hac in re accurate serventur et fortiter applicentur, ut morbus iste pestifer e societate religiosa simul ac civili tandem expellatur.

168. Et quoniam plurimis in regionibus nostris impiorum machinationes et fallaciae eo tendunt, ut saluberrima contra pestem societatum clandestinarum decreta et mandata Apostolica inania faciant, sub ementito praetextu, a Pio IX et Leone XIII pluries damnato, scilicet non eamdem esse naturam sectae Massonicae in omnibus nationibus, sed eam quae alibi periculosa est

los Romanos Pontífices para librar á la humana familia de peste tan mortífera, de nuevo marca esas sectas con el estigma de condenación y de censuras, y enseña al mismo tiempo de qué manera y con qué medicinas es posible curarse de las heridas hechas por ellas.

167. Como las declaraciones de los Romanos Pontífices contra las sociedades secretas, se encuentran en la citada Encíclica [1], reunidas y renovadas, y expresadas en lenguaje tan grave como erudito, las hemos insertado íntegras en el Apéndice [2], para que sirvan á los pastores de almas de regla segura, para prevenir oportunamente á los fieles á á ellos encomendados. Mandamos igualmente que las Instrucciones y Decretos de la Santa Sede [3] sobre la materia se observen al pie de la letra y se apliquen con rigor, para que esa plaga mortífera se destierre por fin de la sociedad civil y religiosa.

168. Como en muchos de nuestros países las maquinaciones y engaños de los impíos, tienden á hacer vanos los saludables decretos y mandatos Apostólicos contra la peste de las sociedades secretas, bajo el mentido pretexto varias veces condenado por Pío IX y León XIII, de que la índole de la secta Masónica no es la misma en todas las naciones, sino que la misma que

[1] Cfr. Conc. Plen. Baltim. III. an. 1884, art. 244. — [2] V. Appen. n. LII. — [3] V. Appen. n. XV; XXXVIII; XLII; XLIX; LIII; XCVII; CVII; XIC; CXIV. Cfr. Coll. P. F. n. 1856-1865.

ac omnino proscribenda, alicubi innocuam esse ac honestam, quia, aiunt, diversa sunt dogmata, fines, actiones; sedulo curent animarum pastores, ut tam perniciosus error, tam audax praetensio, a patre mendacii excogitata, ut incautos decipiat, penitus eliminetur. *Ea est enim rei ipsius natura et gravitas, talisque Apostolicarum Constitutionum tenor, ut minime dubitari possit quin voluerint laudati Pontifices iisdem obligari omnes et singulos Christifideles, nullo habito locorum, temporum, nationum vel rituum discrimine* [1].

en unas partes es peligrosa y digna de proscribirse, en otras es inocente y honrada, porque, como dicen, son diversos sus dogmas, sus fines y sus obras; procuren empeñosamente los pastores de almas que error tan pernicioso, pretensión tan audaz, excogitada por el padre de las mentiras para engañar á los incautos, sea eliminada por completo. *Tal es la naturaleza y gravedad de la materia misma, y tal el tenor de las Constituciones Apostólicas, que no es posible dudar que los citados Pontífices hayan querido obligar con ellas á todos y cada uno de los fieles, sin diferencia de lugares, tiempos, naciones ó ritos* [1].

169. Sciant vero omnes fideles excommunicationi latae sententiae, Romano Pontifici reservatae, subiacere « nomen dantes sectae *Massonicae* aut *Carbonariae* aut aliis eiusdem generis sectis, quae contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam seu clandestine machinantur, nec non iisdem sectis favorem qualemcumque praestantes, earumve occultos coryphaeos ac duces non denuntiantes, donec non denuntiaverint » [2]. Haec porro denuntiandi obligatio urget, etiamsi coryphaei sint publice noti ut *massones*, sed non sint publice noti ut coryphaei vel duces huius sectae: neque ab onere denuntiationis ex-

169. Sepan todos los fieles, que incurren en excomunión *latae sententiae* reservada al Romano Pontífice « los que se afilian en la secta *Masónica* ó *Carbonaria* ú otras sectas del mismo jaez, que maquinan abierta ó clandestinamente contra la Iglesia ó los poderes legítimos, ó que prestan á dichas sectas auxilio y favor, ó que no denuncian á los ocultos corifeos y caudillos, mientras no los denunciaren » [2]. Esta obligación de denunciar es urgente, aunque los corifeos sean conocidos públicamente como *masones*, pero no como corifeos ó jefes de la secta; ni excusa de la obligación de denunciar, la razón de que en ese

[1] S. C. de Prop. Fide Litt. Encycl. an. 1867 ad Delegat. Apost. et Episc. Orient. (Coll. P. F. n. 1859). — [2] Pius IX.Const. *Apostolicae Sedis*.

cusat ratio, quod in regione *massones* et ideo ipsorum coryphaei a gubernio civili tolerantur, et ab ecclesiastica potestate puniri non possunt, nec ullo modo cohiberi [1].

170. In quacumque orbis regione, hominibus liberorum massonum societati aggregatis, licet emissi iuramenti eos poeniteat, sacramentalem absolutionem neque licite neque valide confessarius impertiri potest, priusquam ipsi absolute et positive praedictam damnatam societatem in perpetuum reliquerint [2].

171. Cum Apostolica Sede, ut omne erroris periculum arceatur, damnamus et proscribimus omnes societatis massonicae aliarumque ex ea prognatarum catechismos et libros, ad earum defensionem exaratos, sive typis editos sive manu scriptos, earumque omnia et singula diaria seu ephemerides [3].

172. Graviter peccant et plerumque excommunicationis poenam, Romano Pontifici reservatam, incurrunt fideles, qui choreis aliisque solatiis intersunt, quae a membris societatis massonicae, uti talibus, haberi solent [4]. Et pro certo habeant censuram semper incurri, quoties praesentia ac participatio huiusmodi conventibus reapse affert eidem se-

país los masones, y por consiguiente sus corifeos, son tolerados por el gobierno civil, y la autoridad eclesiástica no puede castigarlos, ni apremiarlos en modo alguno [1].

170. En cualquiera parte del mundo, no puede el confesor lícita ni válidamente dar la absolución sacramental á los afiliados á la sociedad de francmasones, aunque se arrepientan del juramento prestado, antes que absoluta y positivamente hayan abandonado para siempre dicha sociedad condenada por la Iglesia [2].

171. Juntamente con la Sede Apostólica, y para quitar de en medio todo peligro de error, condenamos y proscribimos todos los catecismos de la sociedad masónica y de las que de ella emanan, y los libros compuestos para su defensa, ya impresos, ya manuscritos, y todos y cada uno de sus diarios y periódicos [3].

172. Pecan gravemente, y las más veces incurren en la pena de excomunión reservada al Romano Pontífice, los fieles que concurren á los bailes y otras diversiones que suelen dar los miembros de la sociedad masónica en su calidad de tales [4]. Tengan asimismo por cierto que siempre incurren en la censura, cuando su presencia ó participa-

[1] Decr. S. Officii 19 April. 1893 (Mon. Eccl. tom. VIII. p. I, pag. 77). — [2] Decr. S. Officii 5 Iulii 1837 (Coll. P. F. n. 1856). — [3] Cfr. Pii VII Const. *Ecclesiam*, 13 Septembris 1821. — [4] Cfr. Litt. S. C. de Prop. Fide 15 Iulii 1876 (Coll. P. F. n. 1862).

ctae aut sectatoribus emolumentum aliquod [1].

173. Omnino interdicimus, ne massones notorii officium patrini in administratione Baptismi vel Confirmationis suscipiant. Illi enim, quatenus adhaereant sectae ab Ecclesia damnatae, minime idonei sunt procurandae, si opus fuerit, educationi christianae spiritualium filiorum [2]. Tantum permissum est, specialibus gravibusque suadentibus circumstantiis, eos uti meros testes admittere [3].

174. Nullo pacto permitti potest, ut massones, in forma officiali, id est a secta deputati, S. Sacrificio Missae aliisque officiis ecclesiasticis interveniant. Interdicendum quoque est ne clerus iussioni seu desiderio massonum pareat, pro celebrandis Missis seu officiis ecclesiasticis, uti a massonibus indictis seu postulatis, seu uti talibus in invitationibus ac in publicis ephemeridibus enuntiatis [4]. Et omnes fideles speciatim abhorreant ab illis sectae massonicae et massonum fraudibus, quibus, sub specie religiositatis, imo sub sacrilega, impia et blasphema praetensione cultus eiusdem sectae erga S. Ioannem Baptistam, pestiferam suam pravitatem cohonestare non timent, ut incautos animos decipiant, ne coram populo catholico

cion en tales reuniones produce alguna ganancia efectiva á la secta ó á sus miembros [1].

173. Prohibimos absolutamente que los masones notorios desempeñen el oficio de padrino en la administración del Bautismo ó la Confirmación. Perteneciendo á una sociedad condenada por la Iglesia, son los menos á propósito para dar á sus ahijados, si llega el caso, una educación cristiana [2]. Unicamente es permitido, cuando median especiales y gravísimas circunstancias, admitirlos como meros testigos [3].

174. De ninguna manera puede permitirse que los masones en forma oficial, es decir, delegados por la secta, asistan al S. Sacrificio de la Misa ú otras funciones eclesiásticas. Prohíbase igualmente al clero atender á las órdenes ó deseos de los masones, celebrando misas ó funciones eclesiásticas como mandadas ó pedidas por los masones, ó anunciadas como tales en los convites y periódicos [4]. Tengan todos los fieles especial horror á la secta y á los fraudes de los masones, con que, bajo la máscara de la religiosidad, y aun con la sacrílega, impía y blasfema pretensión del culto de su secta hacia S. Juan Bautista, no temen cohonestar su pestífera pravedad para engañar á los incautos, no apareciendo ante el pueblo ca-

[1] Cfr. S. C. de Prop. Fide 15 Iulii 1876 (Coll. P. F. n. 1862). — [2] Inst. S. Officii 5 Iulii 1878 (Coll. P. F. n. 1863). — [3] Instr. S. Officii ad Praef. Miss. Tripol. an. 1763 (Coll. P. F. n. 606). — [4] Instr. S. Officii 5 Iulii 1878 (Coll. P. F. n. 1863).

videantur tales, quales reapse existunt.

175. Nullo modo tolerari potest, ut matrimonia, quae a massonibus contrahuntur, cum omni solemnitate ritus catholici celebrentur. Immo vero, si quis matrimonio coniungi postulat, qui noscitur sectae massonicae adscriptus esse, parochus totis viribus in id incumbere tenetur, ut is illi sectae renuntiet; quod si renuerit, sedulo curandum est, ut sponsa ac parentes eius, opportunis exhortationibus, a tali coniugio deterreantur. Quando vero parochus nullo modo potest huiusmodi matrimonium impedire, et prudenter timet, ne ex denegata matrimonio assistentia grave scandalum vel damnum oriturum sit, res deferenda est ad Ordinarium, qui, iuxta instructiones Sanctae Sedis et doctrinam S. Alphonsi, quid in singulis casibus faciendum sit, decernat: quo in casu, parochus matrimonio passive intersit, id est absque benedictione, aliove ritu ecclesiastico, tantum tamquam testis auctorizabilis, dummodo cautum sit omnino catholicae educationi universae prolis, aliisque similibus conditionibus [1].

176. Ecclesiastica sepultura massonibus notoriis concedi non potest, nisi, debita retractatione emissa, per absolutionem Deo et Ecclesiae fuerint reconciliati. Si quando vero

tólico tales como son en realidad.

175. Bajo ningún concepto puede tolerarse que los matrimonios contraidos por los masones se celebren con toda la solemnidad del rito católico. Si algún masón bien conocido por tal se presenta pretendiendo contraer matrimonio, el cura debe empeñarse con todas sus fuerzas para que renuncie á la secta: si no quisiere, procúrese con prudentes exhortaciones, apartar á la novia y á sus padres de tal enlace. Cuando el párroco no puede en modo alguno impedir el matrimonio, y teme con justicia que el negarse á asistir á él ocasione grave escándalo ó daño, se referirá el asunto al Ordinario, quien conforme á las instrucciones da la Santa Sede y la doctrina de S. Alfonso, decretará lo que haya de hacerse en cada caso; entonces el párroco asista al matrimonio de un modo pasivo, es decir, sin bendición ni otro rito eclesiástico, y sólo como testigo autorizado, con tal que se asegure la educación católica de toda la prole, y se pongan otras condiciones convenientes [1].

176. No puede concederse sepultura eclesiástica á los masones notorios, salvo que hubieren hecho la debida retractación y reconciliádose con Dios y con su Iglesia

[1] Cfr. cit. decr. S. Officii 5 Iulii 1878 (Coll. P. F. n. 1863); 25 Maii 1897 (Mon. Eccl. tom. X. p. II, pag. 3); S. Poenit. 10 Dec. 1860 (Coll. P. F. n. 1528); S. Alph. de Ligor., Theol. Mor., lib. VI, tract. 1, cap. 2, n. 54.

morte praeventi retractationem rite emittere non potuerint, dederint nihilominus ante mortem signa poenitentiae et devotionis, tunc poterit eis concedi sepultura ecclesiastica, vitatis tamen ecclesiasticis pompis et solemnitatibus exequiarum. Praeterea ecclesiastica sepultura carere debet, qui, etiam post receptionem Sacramentorum, ipsemet postulaverit sepeliri adhibitis signis sectae massonicae, nisi hanc voluntatem postea retractaverit. Si vero, perversa aliorum opera, contra vel praeter defuncti voluntatem, emblemata sectae massonicae feretro apposita fuerint, cognita eorum appositione, statim amoveantur, et omnino ante associationem cadaveris [1].

177. Praeter istas, sunt et aliae sectae prohibitae atque sub gravis culpae reatu vitandae, inter quas praecipue recensendae sunt illae omnes, quae a sectatoribus secretum nemini pandendum et omnimodam obedientiam occultis ducibus praestandam iureiurando exigunt. Animadvertendum insuper est, adesse nonnullas societates, de quibus licet statui nequeat an pertineant ad has quas memoravimus, dubiae tamen et periculi plenae sunt, tum ob doctrinas quas profitentur, tum ob agendi rationem quam sequuntur ii, quibus ducibus ipsae coaluerunt et reguntur. Ab his etiam fideles

por medio de la absolución. Si alguna vez sorprendidos por la muerte no hubieren podido hacer retractación en forma, pero sí hubieren dado antes de la muerte señales de penitencia y devoción, entonces se les podrá dar sepultura eclesiática, pero evitando toda pompa eclesiástica y sin solemnes exequias. Debe privarse además de sepultura eclesiástica, quien, aun después de recibidos los Sacramentos, pidió personalmente ser sepultado con las insignias masónicas, á no ser que después se hubiere retractado. Pero, si por empeño de otros malvados, contra ó sin la voluntad del difunto, se pusieren en el féretro los emblemas de la secta masónica, quítense apenas se les vea, antes que empiece el cortejo fúnebre [1].

177. Además de estas hay otras sectas prohibidas y que deben evitarse so pena de grave pecado, teniendo que poner entre éstas en primer lugar á aquellas en que, bajo de juramento, se exige el secreto absoluto y la obediencia omnímoda á jefes desconocidos Hay que notar que existen algunas sociedades, que aunque no pueda decirse que pertenecen â las qua hemos mencionado, son de dudosa bondad y están llenas de peligros, tanto por las doctrinas que profesan, como por la conducta que observan los jefes que las reunieron y gobiernan. Declaramos que también de éstas

[1] Instr. S. Officii 5 Iulii 1878 (Coll. P. F. n. 1863).

omnes deterrendos et arcendos esse declaramus, et eo quidem diligentius, quod, ob servatam ab iisdem quamdam honestatis speciem, corruptelae periculum, quod in ipsis latet, difficilius a simplicibus praesertim hominibus et adolescentibus persentiri et praecaveri poterit [1].

178. Ad vitandam omnem imprudentem agendi rationem in rebus tanti momenti, parochi, occurrentibus casibus difficilioribus, in quibus maiora mala vel graviora incommoda timeantur, ad Episcopum recurrant, qui, sive quoad admissionem patrinorum, sive quoad nuptias et ecclesiasticam sepulturam, ea decernere poterit quae magis in Domino expedire iudicaverit, iuxta normas traditas in Decretis S. Officii 21 Febr. 1883 [2], 25 Maii 1897 [3], 6 Iulii 1898 [4], 5 Aug. 1898 [5], et 11 Ian. 1899 [6].

hay que apartar á los fieles, y con tanto mayor ahinco, cuanto menos puede sospecharse y precaverse especialmente por los hombres sencillos y por los jóvenes, el peligro de corrupción que en ellas se esconde, dadas las apariencias de honradez y bondad que guardan [1].

178. Para evitar toda imprudencia en asunto tan importante, los párrocos, al presentarse casos más difíciles, en que se temen mayores males y más graves inconvenientes, acudan al Obispo, quien ya sea para la admisión de padrinos, ya sea para los casamientos ó la sepultura eclesiástica, podrá determinar lo que mejor le parezca en conciencia, conforme á las reglas establecidas en los Decretos del S. Oficio de 21 de Febrero de 1883 [2], 25 de Mayo de 1897 [3], 6 de Julio de 1898 [4], 5 de Agosto de 1898 [5], y 11 de Enero de 1899 [6].

[1] Instr. S. Officii 10 Maii 1884 (Coll. P. F. n. 1865). — [2] V. Appen. n. XLIX. Cfr. etiam Instr. Card. Antonelli 15 Nov. 1858 V. Appen. n. XXI. — [3] V. Appen. n. XCVII. — [4] V. Appen. n. CVII. — [5] V. Appen. n. CIX. — [6] V. Appen. n. CXIV.

TITULUS III.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS

CAPUT I.

De Episcopis.

179. Sicut Romanus Pontifex totius est Ecclesiae magister et princeps, ita Episcopi rectores et capita sunt Ecclesiarum, quas rite singuli ad regendum acceperunt. Eos, in sua quemque ditione, ius est praeesse, corrigere, generatimque de iis, quae ad rem christianam pertinent, decernere. Participes enim sunt sacrae potestatis, quam Christus Dominus, a Patre acceptam, Ecclesiae suae reliquit. Atque huiusmodi potestas Episcopis est summa cum utilitate eorum, in quos exercetur, data: spectat enim natura sua ad *aedificationem corporis Christi*, perficitque ut Episcopus quisque, cuiusdam instar vinculi, christianos, quibus praeest, et inter se et cum Pontifice Maximo, tamquam cum capite membra, fidei charitatisque communione consociet. Qua super re gravis est ea sancti Cypriani sententia: *Illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, et Pastori suo grex adhaerens* (Epist. 69 ad Pupianum); et gravior altera: *Scire debes, Episcopum in Ecclesia esse, et Ecclesiam in Episcopo; et si quis cum Epi-*

TITULO III.

DE LAS PERSONAS ECLESIASTICAS

CAPÍTULO I.

De los Obispos.

179. Así como el Romano Pontífice es el Maestro y Príncipe de la Iglesia universal, así los Obispos son rectores y jefes de aquellas Iglesias cuyo gobierno respectivo les ha sido encomendado. Cada uno en su propio territorio tiene el derecho de presidir, de corregir, y de decretar en general cuanto concierne á los intereses cristianos; pues son partícipes de la sagrada potestad que Cristo Nuestro Señor recibió del Padre y dejó á su Iglesia. Esta potestad ha sido conferida á los Obispos con gran provecho de aquellos sobre los cuales la ejercen; porque mira por su naturaleza á la edificación del Cuerpo de Cristo, y hace que cada Obispo, á guisa de eslabón, una á los cristianos que gobierna, entre sí mismos y con el Pontífice Máximo, como miembros con su cabeza, con la comunión de fe y caridad. Importante es la sentencia de S. Cipriano á este propósito: *Ellos son la Iglesia, la feligresía unida al sacerdote, la grey adherida á su Pastor;* y todavia más importante es esta otra: *Debes*

scopo non sit, in Ecclesia non esse (ibid.). Ex quibus patet adhibendam esse erga Episcopos reverentiam praestantiae muneris consentaneam, in iisque rebus, quae ipsorum potestatis sunt, eis obtemperari oportere [1].

180. Igitur prorsus necesse est, singulos e plebe christiana pastoribus suis animo et voluntate subesse; hos autem una cum ipsis Principi ac Pastori Maximo: in eiusmodi autem obsequio obedientiaque voluntaria ordo et vita Ecclesiae consistit, itemque conditio necessaria agendi recte et ad finem accommodate. Contra, si auctoritatem sibi tribuant qui iure habent nullam, si iidem magistri et iudices esse velint, si inferiores in administranda re christiana aliam rationem, quam quae legitimae potestati probatur, probent et tueri nitantur, profecto ordo pervertitur, multorum iudicia perturbantur, a via deflectitur. Qua in re violatur officium, non solum abiiciendo palam aperteque obedientiam Episcopis summoque Ecclesiae Principi debitam, sed etiam resistendo per obliquum perque ambages tanto periculosiores, quanto magis simulatione tectas. In eodem genere peccant qui potestati iuribusque favent Pontificis Romani, Episcopos tamen cum eo coniunctos non verentur eorumque vel auctori-

saber que el Obispo está en la Iglesia, y la Iglesia en el Obispo, y que el que no está con el Obispo no está en la Iglesia. De donde resulta que se debe mostrar á los Obispos la reverencia correspondiente á su elevado cargo, y obedecerlos en todo lo que es de su competencia [1].

180. Por tanto, es absolutamente preciso que todos y cada uno de los individuos del pueblo cristiano estén sujetos á sus pastores con el alma y el corazón; y éstos, juntamente con aquellos al Supremo Pastor, porque en esta sumisión y obedencia voluntaria estriban el orden y la vida de la Iglesia, y es condición indispensable para obrar bien y acomodarse á sus altos fines. Por el contrario, si se arrogan la autoridad los que no la tienen por derecho, y pretenden ser maestros y jueces; si los inferiores aprueban y procuran sostener en el gobierno eclesiástico un método diverso del que adopta la autoridad legítima, se trastorna el orden, se perturba el juicio de muchos y se yerra por completo el camino. En esta materia falta á sus deberes no sólo el que clara y abiertamente sacude la obediencia debida á su Obispo y al Jefe Supremo de la Iglesia, sino todo el que les resiste por caminos torcidos, y con equívocos tanto más peligrosos, cuanto más se encubren con el disimulo. Pecan de igual ma-

[1] Leo XIII. Encycl. *Cum multa*, 8 Dec. 1882.

tatem minoris faciunt, quam par est, vel acta et consilia, praeoccupato Sedis Apostolicae iudicio, in deteriorem partem interpretantur [1].

181. Neque vero continenda obtemperatio est, quasi finibus in rebus ad fidem christianam pertinentibus, sed multo amplius proferenda, videlicet ad res omnes, quascumque episcopalis potestas complectitur. Sunt illi quidem in populo christiano fidei sanctae magistri; at praesunt etiam tamquam rectores et duces, atque ita praesunt, ut de hominum salute, quos habent a Deo creditos, ipsi Deo ratio sit ab illis aliquando reddenda [2].

182. Ne autem, ob calumnias hominum, vel ob alios quoscumque inanes praetextus legitimae subiectioni contrarios, huiusmodi obedientiae debitum debilitetur, omnes fideles, sive clerici sint sive laici, prae oculis habeant gravissimum hoc monitum Pastoris pastorum ac Supremi Rectoris Episcoporum: « Si vero forte quisquam in ipso Episcoporum ordine reperiatur non suae satis memor dignitatis, qui religionem officii aliqua ex parte videatur deseruisse, nihil ipsi ob eam causam de potestate sua decederet;

nera, los que acatan en verdad la potestad y derechos del Romano Pontífice, pero no honran á los Obispos con él unidos, ó menosprecian su autoridad, ó previniendo el juicio de la Sede Apostólica, interpretan torcidamente sus actos y sus consejos [1].

181. No hay que encerrar la obediencia en determinados límites cuando se trata de asuntos pertenecientes á la fe cristiana, sino que ha de extenderse más allá, es decir á todas aquellas materias que abraza la autoridad episcopal. Es cierto que son los Obispos maestros de nuestra santa fe en el pueblo cristiano; pero también gobiernan como rectores y jefes, y de tal suerte que algún día darán cuenta á Dios de la salvación de los hombres que Él les ha encomendado [2].

182. Para evitar que por las calumnias de la gente, ó por otros pretextos cualesquiera, contrarios á la sumisión, se debilite la obediencia que les es debida, todos los fieles, sean clérigos ó legos, tengan presente esta importantísima lección del Pastor de los Pastores y Jefe Supremo de los Obispos: « Si alguno se encontrase entre los Obispos que algún tanto olvidado de su dignidad parezca en parte apartarse de sus deberes, no por esto hay que eximirse de su autoridad; y mientras esté en comunión con el Romano Pontífice, á

[1] Leo XIII. Litt. *Epistola tua*, 17 Iun. 1885. — [2] Leo XIII. Litt. *Est sane molestum*, 17 Dec. 1888.

et quamdiu communionem cum Romano Pontifice retinuerit, profecto ex eius ditione liceret nemini observantiam in eum atque obedientiam minuere. Contra inquirere in acta Episcoporum, eaque redarguere, nullo modo attinet ad privatos: verum ad eos dumtaxat attinet, qui sacro in ordine illis potestate antecedunt, praecipue ad Pontificem Maximum, quippe cui Christus non agnos modo, sed oves, quotquot ubique sunt, ad pascendum commiserit. Ut summum, in gravi aliqua conquerendi materia, concessum est rem totam ad Pontificem Romanum deferre: id tamen caute moderateque, quemadmodum studium suadet communis boni, non clamitando aut obiurgando, quibus modis dissidia verius offensionesque gignuntur, aut certe augentur » [1].

183. Nominatim, vehementer studeant modestiam atque obedientiam tenere, qui sunt ex ordine Cleri, quorum dicta factaque utique ad exemplum in omnes partes valent plurimum. Quod in muneribus suis insumunt operae, tum sciant maxime fructuosum sibi, proximisque salubre futurum, si se ad imperium eius nutumque finxerint, qui Dioecesis gubernacula tenet [2].

184. Obedientiae exemplum fidelibus nostrae iurisdictioni commissis praebentes, nos Patres huius plenarii Concilii solemniter profitemur,

ninguno de sus súbditos es permitido menoscabar la reverencia y obediencia que se le debe. Inquirir en los actos de los Obispos, ó contradecirlos, de ninguna manera toca á los particulares: atañe tan sólo á los que son superiores á aquellos en la sagrada jerarquía y principalmente al Pontífice Máximo, á quien Cristo mandó apacentar no sólo sus corderos sino todas sus ovejas, donde quiera que estén. A lo sumo, si hay algún grave motivo de queja, se concede llevar el asunto al Romano Pontífice; pero esto se ha de hacer con prudencia y moderación, como lo exigen los intereses comunes, y no con gritos y recriminaciones, que sólo sirven para engendrar disensiones y ofensas, ó por los menos para aumentarlas » [1].

183. Los que pertenecen al clero, nominalmente, procuren dar pruebas de modestia y obediencia, pues sus palabras y sus acciones se toman como modelo en todo y por todo. Sepan que su ministerio será más fructuoso para sí mismos, y más provechoso para la salud del prójimo, si lo conforman en todo á las órdenes y deseos del que maneja el timón de la diócesi [2].

184. Dando ejemplo de obediencia á los fieles sujetos á nuestra jurisdicción, Nós, los Padres de este Concilio Plenario, profesamos so-

[1] Leo XIII. Litt. *Est sane molestum*, 17 Dec. 1888. — [2] Leo XIII. Encycl. *Cum multa*, 8 Dec. 1882.

fidem, subiectionem et obedientiam per omnia exhibere Romano Pontifici Iesu Christi Vicario, et in unitate eiusdem fidei, Deo operante, persistere, in qua omnis christianorum salus sine dubio esse comprobatur; profitemur etiam cuncta decreta Pontificum Apostolicae Sedis custodire; et quaecumque ipsi damnaverunt damnamus, quaecumque susceperunt suscipimus, et tota fidei integritate veneramur et semper libere, sicut praedicarunt, praedicabimus.

185. Quo plenius testatum faciamus, quam corde, mente et animo, Romano Pontifici, Pastorum Principi, omnium fidelium Patri, devoti simus, et adhaereamus, nos, Apostolicae Sedis non tantum mandata recepturos humiliter, et quam diligentissime executuros, verum etiam monitis, consiliis et votis pie obtemperaturos esse declaramus ac spondemus [1].

186. Sacrarum Congregationum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus auctoritatem adserentes, debitum earumdem, Summi Pontificis nomine editis, declarationibus et mandatis obsequium et religiosam obedientiam verbo et exemplo inculcabimus; « ipsae enim veluti traditum depositum custodiunt antiquae et praesentis Ecclesiae disciplinae, omnigenis pontificiae sapien-

lemnemente fidelidad, sujeción y obediencia en todo y por todo al Romano Pontífice, Vicario de Jesucristo; y protestamos, con la gracia de Dios, perseverar en la unidad de la misma fe, en que sin duda alguna está la salvación de todos los cristianos. Protestamos asimismo observar todos los Decretos de los Pontífices y de la Sede Apostólica: cuanto ellos han condenado condenamos nosotros, y cuanto han aceptado lo aceptamos, y veneramos en toda la integridad de la fe, y siempre con libertad, como ellos han predicado, predicaremos nosotros.

185. Para mejor atestiguar con qué intenciones, con qué mente y con qué espíritu nos adherimos y sujetamos al Romano Pontífice, declaramos y prometemos que no sólo aceptaremos con humildad los mandatos de la Santa Sede, y los ejecutaremos con la mayor diligencia, sino que acataremos también con piedad filial sus advertencias, consejos y deseos [1].

186. Sosteniendo la autoridad de las Sagradas Congregaciones de Cardenales de la Santa Iglesia Romana, inculcaremos con la palabra y con el ejemplo el acatamiento y la religiosa obediencia debida á sus declaraciones y mandatos, dados á nombre del Sumo Pontífice: « pues ellas guardan el depósito que se les ha entregado de la antigua y la actual disciplina de la Iglesia, enriquecido

[1] Cfr. Conc. Prov. Burdigal. an. 1850, t. 4. cap. 1.

tiae thesauris, virorumque omni aevo Ecclesiasticae iurisprudentiae laude praeinsignium consultationibus locupletatum » [1].

187. Haec autem saluberrima praxis obedientiae erga Sanctam Sedem, qua Episcopi forma gregis in ipsa obedientia fiunt, coniunctum habeat oportet assiduum propriae sanctificationis studium, ex quo uberrimos sacri ministerii fructus colligant. Igitur singuli Episcopi sanctae orationis studium summopere colant, quod veluti scutum ad decertandum assument, eodemque ecclesiasticos viros, suos in religionis et caritatis operibus adiutores, instrui contendant. Spiritum hunc ipsum in populo iugiter augere connitantur, secum animo reputantes, neminem quidquam vel minimum perficere posse, in ordine ad vitam aeternam et salutem animarum, nisi divino praesidio per orationem implorando [2].

188. Familiares diligant eosque habeant, quos decet ministros esse ministrorum Dei, ne ex alienis vitiis turpem et quasi propriam contrahant dedecoris labem. Ita, quod a caeteris civium familiis expectat atque optare debet episcopalis sollicitudo, proferat primum exemplo familiae suae, quam sacramentorum frequentia, quotidiano orationis pa-

con los copiosos tesoros de la sabiduría pontificia, y con las consultas de los varones que en todos los siglos han sobresalido por su alto conocimiento de la jurisprudencia eclesiástica » [1].

187. A esta saludable práctica de la obediencia á la Santa Sede, que hace á los Obispos modelos de su grey en la misma obediencia, debe estar unido el constante empeño por la propia santificación. Entréguense todos y cada uno de los Obispos á la práctica de la oración, que les servirá de escudo en las espirituales batallas, y armen con ella á sus colaboradores en las obras de religión y caridad. Procuren que este espíritu crezca constantemente en el pueblo, ponderando que nadie puede lograr la más mínima ventaja en lo tocante á la vida eterna y la salvación de las almas, sino es implorando el auxilio divino por medio de la oración [2].

188. Amen á sus familiares, y escójanlos como conviene que sean los ministros de los ministros de Dios, no sea que los vicios ajenos arrojen sobre ellos mismos alguna mancha ó deshonor. Lo que la solicitud episcopal espera y tiene derecho á esperar de las familias de los seglares, muéstrelo primero el Obispo con el ejemplo de su pro-

[1] Epist. Card. Cagiano S. C. C. Praefecti, 22 Maii 1858, ad Card. Gousset, Conc. Prov. Rhemensis (an. 1857) praesidem. Cfr. Conc. Prov. Neogranat. an. 1868, t. 2, cap. 1. — [2] Cfr. Conc. Provinc. Urbinat. an. 1859, art. 99.

bulo et crebris exhortationibus excitabit [1].

189. Se pastores non percussores esse meminerint, atque ita praeesse sibi subditis oportere, ut non eis dominentur, sed illos tamquam filios et fratres diligant; elaborentque, ut hortando et monendo ab illicitis deterreant, ne, ubi deliquerint, debitis eos poenis coercere cogantur. Quos tamen si quid per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda praeceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate et patientia: cum saepe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas; plus exhortatio, quam comminatio; plus caritas, quam potestas [2].

190. Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit; tunc, cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate severitas adhibenda est; ut sine asperitate disciplina populis salutaris ac necessaria conservetur, et qui correcti fuerint, emendentur, aut, si resipiscere noluerint, caeteri, salubri in eos animadversionis exemplo, a vitiis deterreantur [3].

191. Quidquid puritati atque integritati fidei et morum adversetur, perenni sollicitudine inspiciant, apostolica libertate, tum ore, tum scriptis, convellant atque iuxta canopia familia, que alimentará con la frecuencia de sacramentos, la oración cuotidiana y frecuentes sermones [1].

189. Acuérdense que son pastores y no verdugos, y que han de gobernar á sus súbditos, no con imperio sino con amor de padres y hermanos. Trabajen por apartarlos del pecado con oportunas exhortaciones, para no verse obligados después á castigarlos si tuvieren la desgracia de delinquir. Si alguno cayere por humana fragilidad, observe el precepto del Apóstol arguyendo, increpando, rogando con gran bondad y paciencia, porque muchas veces aprovecha más para la enmienda, la benevolencia que la austeridad; más la exhortación que la amenaza; más la caridad que la ostentación del poder [3].

190. Si la gravedad del delito exige el castigo, la mansedumbre ha da templar el rigor, la misericordia la justicia, la clemencia la severidad, para que sin aspereza se conserve la disciplina útil y necesaria á los pueblos, y los castigados se enmienden, ó si se obstinan en no cambiar de vida, los dem's al menos se aparten de los vicios, con el escarmiento saludable en los delincuentes [3].

191. Con incesante solicitud examinen cuanto sea contrario á la pureza é integridad de la fe y de la moral, atáquenlo con apostólica libertad ya de palabra ya por escrito,

[1] Cf. Conc. Provinc. Urbinat. an. 1859, art. 102. — [2] Conc. Trid. sess. 13. cap. 1 de ref. — [3] Conc. Trid. ibid.

num sanctiones severe coerceant. *Praedicationis munus, quod episcoporum praecipuum est*[1], quo frequentius possint, ad fidelium salutem exerceant per se, aut, si legitime impediti fuerint, per eos quos ad praedicationis munus assument [2]. Pastorales etiam instructiones accuratissime conscribere curent, fidelium captui ac spiritualibus indigentiis omnino accommodatas et opportunis temporibus publice legendas.

192. In admissione ad sacros ordines, prae oculis habeant hoc gravissimum monitum Pii IX, in Encyclica *Qui pluribus*, 9 Novembris 1846: «Vobis summopere cavendum, ne cuipiam, iuxta Apostoli praeceptum, cito manus imponatis; sed eos tantum sacris initietis ordinibus ac sanctis tractandis admoveatis mysteriis, qui accurate exquisiteque explorati ac virtutum omnium ornatu et sapientiae laude spectati, vestris dioecesibus usui et ornamento esse possint... Intelligitis nimirum, parochis officii sui ignaris vel negligentibus, continuo et populorum mores prolabi, et christianam laxari disciplinam, et religionis cultum exsolvi atque convelli, ac vitia omnia et corruptelas in Ecclesiam facile invehi ». Igitur, de educatione clericorum solliciti, ante omnia, ecclesiastica seminaria, ut oculi pupillam

y castíguenlo severamente conforme á las sanciones de los sagrados cánones. Cumplan con la mayor frecuencia posible, para provecho de los fieles, *con el deber de predicar, que es la principal obligación de los Obispos* [1]; ya sea personalmente ó, si estuvieren legítimamente impedidos, por medio de aquellos á quienes confíen tal encargo [2]. Cuiden escrupulosamente de escribir cartas pastorales, acomodadas á la inteligencia y necesidades espirituales de los fieles, que mandarán leer públicamente en la debida oportunidad.

192. Al admitir á alguno á las sagradas órdenes, tengan presente esta importante advertencia de Pío IX en la Encíclica *Qui pluribus* de 9 de Noviembre de 1846: « Guardáos bien, conforme al precepto del Apóstol, de imponer á nadie las manos con precipitación. Iniciad únicamente en las sagradas órdenes y admitid á la administración de los santos sacramentos, á aquellos que, después de un examen concienzudo y minucioso, se vean adornados de todas las virtudes y sean notables por su sabiduría, y consideréis que servirán para la utilidad y decoro de vuestras diócesis. Comprendéis fácilmente que con párrocos ignorantes y negligentes, pronto decae la moralidad en los pueblos, se relaja la disciplina cristiana, acaba el culto y se introducen en la Iglesia toda clase de vicios y corruptelas ». Sean,

[1] Conc. Trid. sess. 24. cap. 4 de ref. — [2] Cfr. Conc. Trid. ibid.

custodiant [1]. Ad quod meminerint hortationis eiusdem Pii IX, dicentis « Pergite igitur, omnem impendere industriam atque operam, quo sacrae militiae tirones a teneris annis, quoad eius fieri poterit, in ecclesiastica seminaria recipiantur, atque inibi, tamquam novellae plantationes succrescentes in circuitu tabernaculi Domini, ad vitae innocentiam, religionem, modestiam et ecclesiasticum spiritum conformentur, simulque litteras et minores maiores que disciplinas, praesertim sacras, addiscant a selectissimis magistris, qui scilicet doctrinam sectentur ab omni cuiusque erroris periculo alienam » [2].

193. Toto etiam ex animo invigilent rectae iuventutis institutioni, ex qua Ecclesiae et societati tot bona consequuntur: ideoque zelum excitent parochorum, parentum et ludimagistrorum, quorum agendi rationem hac in re sollicite perscrutentur, ut corrigenda corrigant. Specialem curam habeant de Indorum et Nigritarum christiana institutione et de infidelium conversione: quem in finem, totis viribus linguarum indigenarum regionis studium inter clericos promoveant.

pues, sumamente solícitos acerca de la educación de los clérigos, ante todas cosas, y guarden su Seminario como la niña de sus ojos [1]. Recordarán á este propósito las siguientes palabras de Pío IX: « Seguid empleando tota vuestra actividad y trabajo, en que los candidatos á la sagrada milicia sean admitidos desde los más tiernos años, siempre que sea posible, en los Seminarios, para que creciendo en ellos á guisa de nuevas plantas en derredor del tabernáculo del Señor, se formen en la inocencia, religiosidad, modestia y espíritu eclesiástico, al mismo tiempo que les enseñan la literatura y las ciencias menores y mayores, sobre todo las sagradas, maestros escogidos que profesen doctrinas purísimas, en que no quepa la sospecha de error » [2].

193. Velen también de todo corazón por la buena formación de la juventud, de la cual resultan tantos bienes á la Iglesia y á la sociedad: exciten para ello el celo de los párrocos, de los padres y maestros de primeras letras, y con gran solicitud investiguen su comportamiento, para que corrijan lo que necesitare correción. Tengan especial cuidado de la educación cristiana de los indios y negros y de la conversión de los infieles; á cuyo fin promoverán con todas sus fuerzas el estudio de las lenguas indígenas entre los clérigos.

[1] Cfr. Encycl. Leonis XII *Caritate Christi*, 25 Dec. 1825. — [2] Pius IX. Encycl. *Nostis*, 8 Dec. 1849.

194. Ut vero omnis avaritiae et humani quaestus suspicio eliminetur, et abusus, si qui sint, e medio tollantur, Episcopi sedulo invigilent, ne officiales Curiae vel parochi aliquid supra taxam legitime statutam percipiant, neve titulos perceptionum multiplicent. Proinde, ad confectionem catalogi taxarum, vulgo *Arancel*, ad normam Decreti S. Congregationis Concilii d. 10 Iunii 1896 [1] absque mora procedant, et severe puniant eos, qui aliquid supra taxam sive directe sive indirecte exigant.

195. Curiae autem officiales omni caritate et benevolentia Episcopi tractent, ita tamen ne «eos inconsulto vel nimia facilitate de rebus gravioribus dioecesis participes faciant, neve eis, in consiliis capiendis, plus iusto deferant, vel quid nimis eorum studiis et operae concedant; quod et de aliis familiaribus aequa ratione dicendum» [2].

196. Alterum episcopalis studii obiectum debet esse recta bonorum ecclesiasticorum administratio, ita ut Episcopi caveant a distrahendis bonis Ecclesiae aut a reditibus erogandis in rem, quae in bonum eiusdem Ecclesiae non vergat, etiamsi non agatur de bonis stabilibus aut pretiosis. Bona enim Ecclesiae, aut in utilitatem ipsius Ecclesiae, aut

194. Para que se disipe toda sospecha de avaricia ó de humana ganancia, y se eliminen los abusos, si los hubiere, vigilarán los Obispos para que ni los oficiales de la Curia, ni los párrocos, cobren más obvenciones de las establecidas, ó multipliquen títulos para percibir derechos. Procedan, por tanto, sin tardanza á formar el *Arancel*, según lo mandado por la S. Congregación del Concilio el 10 de Junio de 1896 [1], y castiguen severamente á quien directa ó indirectamente cobre más de lo que él expresa.

195. Tratarán los Obispos á los oficiales de la Curia con toda caridad y benevolencia, pero de tal suerte « que no les comuniquen imprudentemente ó con sobrada facilidad los asuntos más graves de la diócesis, ni hagan más caso del debido de sus consejos, ó les hagan estudiar más de lo que conviene, lo cual con igual razón se ha de entender de los demás familiares» [2].

196. Otro punto de la solicitud episcopal ha de ser la buena administración de los bienes eclesiásticos, guardándose los Obispos de distraer los bienes de la Iglesia, ó de erogar los réditos en objetos que no sean para bien de la misma Iglesia, aunque no se trate de bienes raíces ó preciosos. Los bienes de la Iglesia deben gastarse ó en provecho

[1] V. Appen. n. XC. — [2] Consess. Episc. Umbriae an. 1849, tit. 8. § 1.

in Seminarium, aut in pauperes insumi debent, nisi ex lege fundationis habeant scopum determinatum; tunc enim, sine venia apostolica, non licet eadem erogare ad alium scopum, etsi de se meliorem. Et « quoniam consanguineorum amore ipsi sapientes quandoque ad immoderata rapiuntur, expedire videtur episcopalis mensae bonorum administrationem nunquam illis, quantumvis honestis, ad cuiusque querimoniae notam effugiendam, committi, et cum his, quatenus indigeant, ad instar aliorum pauperum agi, ut monet Tridentinum » [1]. Caveant etiam ab expensis nimis profusis « usque eo, ut aere alieno se gravent; si enim ei solvendo sunt impares, vel mensa detrimentum capit, vel eorum memoriae dedecus infertur » [2]. Haec autem vigilantia in administrandis rebus temporalibus virtutem caritatis haud imminuet; imo potius augebit. Bonus enim pastor pauperes tamquam de família habet, et omnibus omnia factus, indigentiis subditorum sive materialibus sive moralibus pro viribus subvenit.

197. Cum magnopere in rationem divini honoris cedat et ad pietatem provocet templorum nitor sacrorumque decor ac diligentia, haec quoque verbo atque exemplo zelare Episcopum decet. Frugi quoad se, in honorem domus Dei conferat liberalitatem suam. Invigilet, ut Sa-

de ella misma, ó en el Seminario ó en los pobres, salvo que tengan un objeto determinado por el fundador; pues en este caso, sin permiso apostólico, no es lícito emplearlos en otro objeto, aunque sea mejor. « Y como alguna vez el amor á los parientes hace aun á los más sabios obrar sin juicio, conviene que la administración de la mesa episcopal nunca se les encomiende, por honrados que sean, para evitar toda queja: y si estuvieren necesitados, se les socorrerá como á los demás pobres, según aconseja el Tridentino » [1]. Guárdense también de gastos tan excesivos « que tengan que gravarse con deudas; porque si después no pueden pagar sufrirá menoscabo la mesa ó se manchará su memoria » [2]. Esta vigilancia en la administración de los bienes temporales, no disminuirá, sino antes bien aumentará, la virtud de la caridad. Porque el buen Pastor considera á los pobres como parte de su familia, y haciéndose todo para todos, socorre hasta donde le alcanzan las fuerzas, las necesidades materiales y morales de sus súbditos.

197. Como el esplendor de los templos y el decoro y exactitud de las ceremonias, contribuyen mucho al honor de Dios y mueven á la piedad, también de ello debe cuidar el Obispo con los hechos y con las palabras. Económico consigo mismo, emplee toda su liberalidad en honra

[1] Consess. Episcop. Umbriae an. 1849, tit. 8. § 1. — [2] Ibid.

cramenta ubique in dioecesi recte et graviter ministrentur, maxime vero Sanctissimum Eucharistiae Sacrificium [1].

198. Quoniam Catholicae Ecclesiae hostes « acerbo sane odio insectantur Religiosas Familias, quamvis de re christiana, civili ac litteraria summopere meritas, et blaterant easdem nullam habere legitimam existendi rationem, atque ita haereticorum commentis plaudunt » [2]; singuli Episcopi totis viribus eas defendant, protegant et adiuvent, earumque iura ac privilegia tueantur, ut ad normam sacrorum canonum pacifice regantur. Ubi autem regulares, ob temporum calamitatem, vel dispersi vitam agere cogantur, vel reformatione indigeant, Episcopi adiutricem manum ipsis sollicite praebeant: et reiectis quibuscumque in contrarium consiliis vel praetextibus, nullo pacto permittant, ut communitatum reliquiae dispersae pereant; ac pro viribus caveant, ne eorum conventus ita in alienis usibus sive ecclesiasticis sive profanis adhibeantur, ut restaurationes regularium moraliter impossibiles evadant, et lapsu temporis totalis fiat Religiosarum Familiarum ruina. Concordiam insuper ac benevolentiam magnam cum Moderatoribus Regularium servent, si-

de la casa de Dios. Vele para que los Sacramentos se administren con gravedad y exactitud por todas partes en su diócesi, y muy particularmente el Santísimo Sacrifício de la Eucaristía [1].

198. Por cuanto los enemigos de la Iglesia Católica persiguen con odio mortal las Communidades religiosas, aunque tan beneméritas de la Iglesia, de la sociedad y de las letras, y claman que no tienen motivo legítimo de existir, aplaudiendo así las falsas doctrinas de los herejes [2], « los Obispos las defenderán con todas sus fuerzas, las protegerán y ayudarán, y respetarán sus fueros y privilegios para que puedan ser gobernadas pacíficamente, conforme á los cánones. Donde los regulares, por las vicisitudes de los tiempos, ó se ven obligados á vivir dispersos, ó necesitan reforma, tiendan los Obispos una mano protectora, y desechando todo consejo ó pretexto en contrario, no permitan que los restos de las comunidades dispersas se acaben; antes bien, procuren con todas sus fuerzas que sus conventos no se empleen en usos extraños, eclesiásticos ó profanos, que hagan imposible moralmente el restablecimiento de los Regulares, trayendo con el tiempo la ruina total de las Familias Religiosas. Observen siempre la mayor concordia y benevo-

[1] Conc. Prov. Urbinat. an. 1859, art. 98. — [2] Pius IX. Encycl. *Quanta cura*, 8 Dec. 1864.

quidem « concordiam hanc postulat paterna caritas Episcoporum in adiutores suos et mutua Cleri in Episcopos observantia; hanc concordiam flagitat finis communis qui situs est in salute animarum iunctis studiis ac viribus quaerenda; hanc eamdem exigit necessitas iis resistendi qui catholico nomini infensi sunt » [1]. Regulares autem Episcopos summopere revereantur, et semper prae oculis habeant hoc monitum Pii IX: « A vobis etiam atque etiam efflagitamus, ut arctissimo concordiae et caritatis foedere summaque animorum consensione, Venerabilibus Fratribus Episcopis et saeculari clero coniuncti, nihil antiquius habeatis, quam, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, consociatis studiis, vires omnes intendere atque aemulari semper charismata meliora » [2].

199. Ut Episcopi muneribus suis perfungi queant, omnino necesse est, ut inviolate servent *legem residentiae*, qua adstringuntur iuxta sacros canones, ac praesertim iuxta S. Tridentinam Synodum, quae, hisce verbis, « metropolitanis et cathedralibus ecclesiis quibuscumque quovis nomine ac titulo praefectos monet ac monitos esse vult, ut, attendentes sibi et universo gregi,... vigilent, sicut Apostolus praecipit, in omnibus laborent, et ministerium suum

lencia con los Superiores de los Regulares, pues « la exige la paterna caridad de los Obispos para con sus colaboradores, y la mutua reverencia del clero hacia los Obispos; la requiere el bien común, que es el procurar unidos la salvación de las almas; la pide la necesidad de resistir á los enemigos del nombre católico » [1]. Los Regulares por su parte veneren mucho á los Obispos, y tengan siempre ante los ojos esta admonición de Pío IX: « Os rogamos una y mil veces, que unidos con estrecho vínculo de concordia y de caridad, y con suma conformidad de pareceres, á Nuestros Venerables Hermanos los Obispos y al clero secular, vuestro principal empeño sea emplear todas vuestras fuerzas en caminar unidos en los trabajos del ministerio para la edificación del Cuerpo de Cristo, y rivalizar en conseguir del cielo gracias mayores » [2].

199. Para que los Obispos puedan desempeñar sus funciones, es indispensable que guarden inviolablemente la *ley de la residencia*, á que están obligados por los sagrados cánones, y principalmente por el Concilio de Trento, el cual con estas palabras « advierte, y quiere que se dén por advertidos, todos los que con cualquier nombre y título gobiernan las Iglesias Metropolitanas y Catedrales, que atendiendo á sí propios y á toda su grey, velen,

[1] Leo XIII. Const. *Romanos Pontifices*, 8 Maii 1881. — [2] Encycl. *Ubi primum*, 17 Iunii 1847.

impleant: implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant; atque ovium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus a Supremo Iudice requirendus, custodiae minime incumbant; cum certissimum sit non admitti pastoris excusationem, si lupus oves comedit et pastor nescit... Placuit sacrosanctae Synodo, antiquos canones, qui temporum atque hominum iniuria pene in desuetudinem abierunt, adversus non residentes promulgatos innovare, quemadmodum virtute praesentis decreti innovat» [1]. Neque pastorali officio satisfecisse sibi persuadeant, qui caeteris episcopalibus muneribus non studuerint pro viribus implendis; nam residentiae lex non limitatur ad alicuius loci materialem praesentiam.

como manda el Apóstol, trabajen en todo y por todo, y desempeñen su ministerio: y sepan que no lo pueden desempeñar, si abandonan á guisa de mercenarios los rebaños que les han sido confiados, y no atienden á la guarda de sus ovejas, de cuya sangre les pedirá cuenta el Supremo Juez, no teniendo excusa el pastor, si el lobo devora las ovejas y él lo ignora.... La Santa Sínodo ha decretado renovar los antiguos cánones, que por culpa de los tiempos ó de los hombres han caido casi en desuso, promulgados contra los no residentes, y en virtud del presente decreto los renueva» [1]. Tampoco crean que cumplen con sus deberes pastorales, los que no procuran desempeñar lo mejor que pueden, las demás funciones episcopales; porque la ley de la residencia no se limita á la presencia material en algún lugar.

200. « Episcopi propriam dioecesim per se ipsos aut, si legitime impediti fuerint, per suum vicarium aut visitatorem » [2], seu per aliquos ecclesiasticos viros, scientia, pietate, rerum gerendarum dexteritate ac maturitate commendabiles, visitare non praetermittant. Attenta autem dioecesium nostrarum extensione, et data aliunde summa utilitate visitationis personalis, seu ab ipso Episcopo faciendae, curandum est pro viribus, ut opportuno tempore Episcopus accedat etiam ad loca quae

200. No dejen los Obispos de visitar su propia diócesi personalmente, ó en caso de legítimo impedimento [2], por medio de su vicario general ú otro visitador, ó por algunos eclesiásticos recomendables por su ciencia, piedad, destreza y madurez en el manejo de los negocios. En atención á la grande extensión de nuestras diócesis, y dada por otra parte la suma utilidad de la visita personal, practicada por el propio Obispo, hay que procurar con todo empeño que el

[1] Conc. Trid. sess. 6. cap. 1 de ref. — [2] Conc. Trid. sess. 24. de ref.

per alium a se delegatum visitata fuere: ad quod facilius assequendum, opportunum erit dioecesim visitandam in regiones dividere, ut unaquaeque regio successive visitetur; atque ita fiet, ut certo annorum numero tota dioecesis per Episcopum visitata maneat.

201. « Visitationum autem omnium istarum praecipuus sit scopus, sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis haeresibus, inducere; bonos mores tueri, pravos corrigere; populum cohortationibus et admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere; caetera, prout locus, tempus, et occasio feret, ex visitantium prudentia, ad fidelium fructum constituere. Quare ut facilius feliciusque succedant, monentur praedicti omnes et singuli, ad quos visitatio spectat, ut paterna caritate christianoque zelo omnes amplectantur; ideoque, modesto contenti equitatu famulatuque, studeant, quam celerrime, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absolvere » [1].

202. Visitationis decreta accurate serventur tum in tabulario singularum ecclesiarum et piorum locorum visitatorum, tum in Curia dioecesana. Et, infra annum a die visitationis, parochi et rectores ad quos spectat, Episcopum certiorem faciant de executione et observantia decretorum sacrae visitationis: quod

[1] Conc. Trid. sess. 24. cap. 3 de ref.

Obispo llegue á su debido tiempo, aun á los lugares ya visitados por su delegado; y para lograrlo más fácilmente, dividir la diócesi en regiones, é ir visitando región por región, de modo que en determinado número de años quede visitada toda la diócesi.

243. Quatuor, et, in dioecesibus parvum sacerdotum numerum habentibus, saltem duo sint Consultores, ab Episcopo eligendi, inter eos quos plena sua fiducia dignos censuerit, praevio consilio nonnullorum, doctrina, maturitate et morum integritate commendabiliorum: iique in civitate episcopali vel in locis vicinioribus residentiam habeant. Antequam vero ad consilia vocentur, iuramentum emittant de secreto servando et de munere fideliter exequendo absque ulla acceptione personarum.

CAPÍTULO VI.

De los Consultores ó Asesores de los Obispos.

242. Llamamos Consultores ó Asesores á los eclesiásticos, eminentes por su ciencia, virtud y madurez, que deben hacer las veces del Cabildo ayudando al Obispo con oportunos consejos para el gobierno de la diócesi, en los asuntos de mayor importancia. De aquí se deduce que sólo deben nombrarse en las diócesis que no tienen Cabildo de Canónigos. « Es antiquisima costumbre en la Iglesia Católica, dar á los Prelados el auxilio de algunos ancianos (que en los asuntos más importantes ayuden al Obispo) para mayor facilidad y madurez en el despacho de los negocios: lo cual se ha llevado á cabo en tiempos posteriores por medio de los Cabildos de las Iglesias Catedrales » [1].

243. Cuatro, y en las diócesis muy escasas de clero, dos serán los Consultores, que elegirá el Obispo entre los que juzgare más dignos de su confianza, previo el consejo de algunos, recomendables por su doctrina, madurez é integridad de costumbres: residirán en la Ciudad episcopal ó en las cercanías. Antes de ser llamados á desempeñar sus funciones, prestarán juramento de guardar secreto, y de cumplir fielmente los deberes de su cargo, sin acepción de personas.

[1] S. C. de Prop. Fide 18 Oct. 1883 (Coll. P. F. n. 239).

244. Consultores eligendi erunt ad triennium. Postquam vero electi fuerint, nullus eorum invitus removeri potest, nisi ex legitima et iusta causa et de consilio caeterorum Consultorum. Iusta autem aderit causa si ob senectutem, infirmitatem et similia, ad Consultoris partes obeundas inhabilis effectus fuerit, aut graviter delinquendo munere huiusmodi honorifico indignum sese reddiderit, vel, propria culpa, notabile passus sit famae detrimentum. In locum Consultoris recedentis, sive remotionis sive renuntiationis via, Episcopus alium sufficiet, de consilio tamen reliquorum Consultorum. Cum vero triennium expirare contigerit tempore vacationis sedis Episcopalis, Consultores in officio manebunt usque ad accessum novi Episcopi, qui, intra sex menses a capta pacifica possessione Sedis ad consultorum electionem peragendam tenetur [1].

245. Votum seu consilium eorum Episcopus exquirat: 1.° pro convocatione Synodi dioecesanae; 2.° pro divisione et dismembratione paroeciae, aut pro unione paroeciarum; 3.° pro tradenda in perpetuum Regularibus aliqua paroecia, quod tamen, etiamsi probent omnes, in praxim non deducat sine venia Sedis Apostolicae; 4.° pro eligendis examinatoribus synodalibus, si Synodus dioecesana non sit de facili congreganda, praehabito tamen apo-

244. Se elegirán los Consultores por tres años. Después de su elección, ninguno podrá ser removido contra su voluntad, sino es por legítima y justa causa y de acuerdo con los demás Consultores. Habrá justa causa, cuando por la vejez, enfermedad ó cosa semejante se haya vuelto inhábil á desempeñar el papel de Consultor, ó cuando por algún grave delito se haya hecho indigno de tan honorífico cargo, ó por su propria culpa haya padecido en su fama notable detrimento. Al Consultor saliente por remoción ó renuncia, substituirá otro el Obispo, pero de acuerdo con los demás Consultores. Cuando el trienio expire *sede vacante*, los Consultores seguirán en su cargo hasta la llegada del nuevo Obispo, quien, en el término de seis meses contados desde que hubiere tomado pacífica posesión de su silla, estará obligado á proceder á la elección de Consultores [1].

245. El Obispo pedirá su voto ó consejo: 1.° para la convocación, del Sínodo Diocesano; 2.° para la división, desmembración ó unión de parroquias; 3.° para entregar *in perpetuum* una parroquia á Regulares, lo cual sin embargo, aunque todos lo aprueben, no llevará á cabo sin permiso de la Sede Apostólica; 4.° para elegir examinadores sinodales, si el sínodo diocesano no pudiere fácilmente reunirse, y previo indulto Apostólico; 5.° en cual-

[1] Conc. Plen. Sydneiense an. 1885, art. 34.

stolico indulto; 5.° in quolibet arduo negotio gubernationis dioecesis; 6.° quando agitur de alienandis bonis Ecclesiasticis, quae valorem mille scutatorum seu quinque millium francorum superant, nec non in constituendis hypothecis aliisque quae speciem alienationis prae se ferunt; praevia insuper venia Sanctae Sedis ad huiusmodi alienationes necessaria [1].

246. Votum Consultorum « est semper consultivum, et sententia definitiva Episcopo est reservata; quando enim Canones dicunt aliquid ab Episcopo de Capituli vel cleri consilio agendum esse, non propterea necessitatem ipsi Episcopo inducunt illud sequi, nisi expresse id cautum sit » [2].

quier negocio arduo en el gobierno de la diócesi; 6.° cuando se trata de enajenar bienes ecclesiásticos, que excedan del valor de mil duros ó sea cinco mil francos (oro), ó de constituir hipotecas, ó de contratos que tienen apariencias de enagenación; previo siempre el permiso de la Santa Sede, necesario para estas enagenaciones [1].

246. El voto de los Consultores « es siempre consultivo, y la sentencia definitiva se reserva al Obispo; pues cuando los cánones dicen que el Obispo ha de hacer tal ó cual cosa con el consejo del Cabildo ó del clero, no por esto ponen al Obispo en la necesidad de seguirlo, salvo que expresamente se diga » [2].

Caput VII.

De Examinatoribus Synodalibus.

247. In unaquaque dioecesi, sex saltem Examinatores cleri constituantur, qui « sint magistri seu doctores aut licentiati in Theologia aut Iure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex ordine Mendicantium, aut etiam saeculares, qui ad id videbuntur magis idonei: iurentque omnes ad sancta Dei Evangelia, se, quacumque humana affectione postposita, fideliter munus executuros » [3].

248. Caveant Examinatores, ne quidquam prorsus occasione exa-

Capítulo VII.

De los Examinadores Sinodales.

247. En cada diócesi se nombrarán por lo menos seis examinadores del clero, « que sean Maestros, ó Doctores, ó Licenciados en Teología ó Derecho Canónico, ú otros Clérigos, ó Regulares aun de las órdenes Mendicantes, que parezcan más idoneos; y todos jurarán sobre los Santos Evangelios, que haciendo á un lado todo afecto humano, cumplirán su cometido con fidelidad » [3].

248. Guárdense los Examinadores de recibir nada con ocasión del

[1] Cfr. Conc. Plen. Sydneiense an. 1885, art. 31. 32. — [2] Ita S. C. Prop. Fid. circa Commissionem investigationis pro Statibus Foederatis 20 Iulii 1878 V. Appen. n. XLIII. — [3] Conc. Trid. sess. 24. cap. 18 de ref.

minis, nec ante, nec post accipiant, alioquin simoniae vitio infecti tam ipsi quam alii dantes habeantur [1].

249. Examinatorum Synodalium electio fieri debet in Synodo dioecesana. Aliter Episcopus Sanctam Sedem adeat pro opportunis facultatibus. Et in tota hac materia prae oculis habeantur normae a Tridentina Synodo praescriptae, et doctrina Benedicti XIV in aureo opere de Synodo Diocesana, lib. 4. c. 7.

250. Ipsis Examinatoribus vel aliis ab Episcopo designandis subdantur qui ad sacram Ordinationem vel ad confessiones audiendas admittendi sunt, nisi quos eorum Episcopus ab examine exemptos faciat, propterea quod aptos esse aliunde sibi certo constiterit. Meminerint omnes, ad quos spectat, posse Episcopum ad examen revocare parochos et rectores semel approbatos ad curam animarum, si quando adsit vehemens suspicio de illorum imperitia; item posse ad huiusmodi examen procedere etiam extra visitationem: ad quod haud necessarium est ut iudiciales probationes imperitiae praecedant [2].

examen, ni antes ni después del mismo; de otra suerte tanto ellos como los donantes quedarán manchados con el delito de simonía [1].

249. La elección de los Examinadores sinodales debe hacerse en el Sínodo diocesano. De otra suerte, acudirá el Obispo á la Santa Sede por las facultades necesarias. En toda esta materia ténganse presentes las normas prescritas por el Concilio de Trento, y la doctrina de Benedicto XIV en su áureo libro *de Synodo Diocesana*, lib. 4. c. 7.

250. A los mismos Examinadores, ó á otros que indicará el Obispo, se sujetarán los que soliciten las sagradas órdenes ó licencias de confesar, salvo que el Obispo los eximiere del examen, porque le conste de cierto por otro lado que tienen la aptitud suficiente. Acuérdense todos aquellos á quienes concierne, que el Obispo puede llamar á examen á los párrocos y curas interinos, aun después de aprobados para la cura de almas, cuando hay vehemente sospecha de su impericia; y que puede hacerlo aun fuera de la visita pastoral; y que para ello no es necesario que precedan pruebas judiciales de impericia [2].

[1] Cfr. Conc. Trid. sess. 24. cap. 18 de ref. — [2] S. C. C. 15 Ian. 1667, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 3. n. 277.

CAPUT VIII.

De Vicariis Foraneis.

251. Cum Episcopus ubique dioeceseos adesse non possit, nec omnia propriis oculis ipse inspicere, pluribus adhinc saeculis invecta est consuetudo, ut per Vicarios Foraneos partem suae potestatis exerceat [1]. Igitur Vicarios Foraneos « in oppidis insignibus, vel ubi Episcopi necesse iudicaverint, ad sui beneplacitum ipsi constituant »; qui sint « doctrina, pietate et prudentia praediti, qui pro Deo et propter Deum Evangelium non erubescant, sed de Clericorum et Laicorum vita ac moribus, et quomodo parochi aliique animarum rectores in pastorali officio se gerant, diligenter inquirant, et in laternis scrutentur; ad Episcopos fideliter delaturi, num Clerus et populus, ut decet, vivant, num proprius in Ecclesiis cultus adhibeatur, num supellex, sacra praecipue, debito nitore conservetur, et visitationum decreta suae sint executioni mandata » [2]. Clerico quopiam sui districtus graviter aegrotante, per se vel per alium, ad eum invisendum accedat, eiusque spiritualia et saecularia negotia componere curet.

252. Quamvis iura Vicarii Foranei, pro singularum dioecesium conditionibus, in Synodo dioecesana

CAPÍTULO VIII.

De los Vicarios Foráneos.

251. Como no puede el Obispo estar presente en todos los lugares de su diócesi, ni verlo todo con sus propios ojos, hace varios siglos que se introdujo la costumbre de que, por medio de Vicarios Foráneos, ejerza parte de su autoridad [1]. Establezcan, por tanto, los Obispos, Vicarios Foráneos, á su beneplácito, en los pueblos más grandes, ó en donde juzgaren necesario, que sean varones adornados de doctrina, piedad y prudencia, que para Dios y por Dios no se avergüencen del Evangelio, sino que investiguen con diligencia y escudriñen con linternas la vida y costumbres de clérigos y seglares, y cómo desempeñan sus deberes pastorales los Curas y encargados de las parroquias, debiendo referir al Obispo si el Clero y el pueblo viven como deben, si hay en las Iglesias el debido culto, si se conservan con la correspondiente limpieza los ornamentos y utensilios sagrados, y si se han ejecutado los decretos de la visita pastoral » [2]. Cuando enferme gravemente algún clerigo de su forania, irá á visitarlo y arreglará sus negocios espirituales y temporales.

252. Aunque los derechos de los Vicarios Foráneos se especificarán en el Sínodo Diocesano, conforme

[1] Conc. Prov. Venet. an. 1859, p. 2. c. 11. — [2] Conc. Roman. an. 1725, tit. 7. c. 2.

describere oporteat [1], eorumque iurium modificatio Episcoporum arbitrio relinquenda sit; curandum tamen est, ut facultatum, quae hisce Vicariis tribuuntur, limites non ita late extendantur, ut Episcopi enervetur potestas; at non ita stricte circumscribantur, ut nullius aut parvi momenti coram caeteris existimentur [2].

253. In concedendis facultatibus Vicariis Foraneis, Episcopi sciant gravium causarum cognitionem huiusmodi Vicariis committi non posse. Item Vicarios Foraneos posse quidem sumere informationes extraiudiciales pro matrimoniis contrahendis, sed non in forma iudicii: non posse sibi inobedientes coercere, nec eis poenam imponere; posse tamen amicabiliter iurgia inter sacerdotes et clericos orta in suo districtu componere, sed non per viam iuris. Denique Episcopi non possunt praecedentiam super alios sacerdotes, vel speciales honores, in ecclesiis, Vicariis Foraneis, uti talibus, concedere. Siquidem Vicario Foraneo, ratione sui Vicariatus, nulla super sacerdotes ipso antiquiores et digniores praeeminentia in choro aut in publicis processionibus competit, nec ullum ius ecclesiasticas functiones obeundi ratione Vicariatus: sed ipsi tamquam simplici sacerdoti locus inter alios, iuxta re-

á las condiciones especiales de cada diócesi [1], y la modificación de esos derechos se dejará al arbitrio de cada Obispo, hay que atender á que los límites de las facultades que á esta clase de Vicarios se conceden, no se extiendan tanto que se enerve la autoridad episcopal, ni tampoco se restrinjan tanto que no les quede ninguna, ó muy insignificante representación [2].

253. Al conceder las facultades á los Vicarios Foráneos, sepan los Obispos que no pueden encomendarles el conocimiento de las causas mayores. Además; los Vicarios Foráneos pueden en verdad tomar informaciones extrajudiciales para los matrimonios por contraer, pero no en forma judicial; no pueden apremiar á los que los desobedecen, ni imponérles castigos; pero sí pueden amigablemente arreglar las desavenencias entre los sacerdotes y clérigos de su distrito, mas no judicialmente. Por último no pueden los Obispos conceder á los Vicarios Foráneos, en su calidad de tales, la precedencia sobre los demás sacerdotes, ni especiales honores en las Iglesias. Al Vicario Foráneo, por razón de su vicaría, no compete preeminencia alguna sobre los sacerdotes más antiguos ó más dignos, en el coro ó en las procesiones públicas, ni derecho alguno de celebrar las funciones eclesiásticas; se

[1] Cfr. Conc. Prov. Ravennat. an. 1856, p. 4. c. 9. — [2] Conc. Prov. Venet. an. 1859, p. 2. c. 11.

ceptionis suae tempus, est assignandus [1], non obstante quacumque Episcopi in contrarium provisione, vel quibuscumque decretis synodalibus, neque obstante consuetudine contraria, etiam immemorabili [2]: et eiusmodi praescriptiones habent locum, tam in actibus sacerdotalibus, quam in aliis actibus, in quibus iidem Vicarii Foranei assistunt uti Vicarii. Praecedentia tamen ipsis debetur, si quando aliquibus clericorum congregationibus intersunt tamquam *delegati Episcopi.*

254. Parochi tamen aliique sacerdotes Vicarium Foraneum reverenter excipiant, eumque monentem ac fraterna caritate corrigentem audiant eique pareant, ne ad Episcopum recurrere cogatur, ut ipse corrigenda corrigat, et legibus dioecesanis aliisque ecclesiasticis praescriptionibus inobedientes coerceat.

255. Vicarii Foranei tenentur secretum servare circa monitiones errantibus datas et circa informationes de vita et moribus sacerdotum proprii Vicariatus ad Episcopum transmissas, ne inefficax evadat eorum zelus, aut contra leges prudentiae et iustitiae peccent. Et singulis annis mense Ianuario, proprii vicariatus rationem, scripto exaratam, ad Episcopum transmittant, in qua adnotentur non solum quae intra an-

le asignará como á cualquier sacerdote, un lugar entre los demás conforme á su antigüedad [1], no obstante cualquiera providencia del Obispo en contrario, ó cualesquiera decretos sinodales, ó costumbres, aunque fueren inmemoriales [2]; y valen estas disposiciones, tanto en los actos sacerdotales, come en los demás á que asisten los Vicarios Foráneos como Vicarios. Se les debe, sin embargo, la precedencia, cuando asisten á algunas congregaciones de clérigos como *delegados del Obispo.*

254. No obstante, los párrocos y demás sacerdotes tratarán con reverencia al Vicario Foráneo, y lo escucharán y acatarán cuando con fraternal caridad los amoneste y corrija, para que no se vea obligado á recurrir al Obispo, y éste sea quien aplique la corrección, y castigue á los desobedientes con todo el rigor de las leyes diocesanas y las demas prescripciones eclesiásticas.

255. Los Vicarios Foráneos están obligados á guardar secreto sobre las reprimendas dirigidas á los descarriados, y sobre los informes remitidos al Obispo, de otra manera su celo será ineficaz, y se expondrán á pecar contra las leyes de la prudencia y de la justicia. Cada año, en Enero, envíen al Obispo una relación escrita sobre su propia foranía, en que asentarán no sólo lo bueno que hubiere acaecido,

[1] S. R. C. 14 Dec. 1593 (n. 43). — [2] S. R. C. 16 Iunii 1663 (n. 1261).

num bene gesta sint, sed etiam quae mala obrepserint, quae scandala exorta, quae remedia ad ea reparanda adhibita, quidve adhuc agendum existiment ad ea e radice extirpanda [1].

sino también lo malo, los escándalos que hubieren surgido, los remedios empleados para repararlos, y todo lo que crean que debe hacerse para arrancarlos de cuajo [1].

Caput IX.

De Parochis et de regestis parochialibus.

256. Magni profecto facienda est Parochorum institutio, qui cum immediati coadiutores Episcoporum censeantur, ut christianae plebi continuo consulant, ab ipsis pendere patet sanos populorum mores, si muneri proprio cum vero animarum zelo satis studuerint facere. « Neque vero ignoratis, ait Pius IX, maiori diligentia vobis in illorum praecipue mores et scientiam esse inquirendum, quibus animarum cura et regimen committitur, ut ipsi, tamquam fideles multiformis gratiae Dei dispensatores, plebem sibi concreditam, Sacramentorum administratione, divini verbi praedicatione ac bonorum operum exemplo, continenter pascere, iuvare, eamque ad omnia religionis instituta ac documenta informare, atque ad salutis semitam perducere studeant » [2].

Capítulo IX.

De los Párrocos y de los Registros Parroquiales.

256. Debe tenerse en alta estima la institución de los párrocos, que siendo los colaboradores inmediatos del Obispo para mirar de continuo por el pueblo cristiano, claro es que de ellos depende la moralidad de los pueblos, si de veras se empeñan en llenar sus deberes con verdadero celo por la salvación de las almas. « No ignoráis, dice Pío IX, que con mayor diligencia tenéis que inquirir acerca de las costumbres y ciencia de aquellos á quienes se confian la cura y el gobierno de las almas, para que ellos, á fuer de buenos dispensadores de la multiforme gracia de Dios, con la administración de los sacramentos, la predicación de la divina palabra y el ejemplo de las buenas obras, se empeñen incesantemente en apacentar al pueblo que les ha sido confiado, en ayudarlo, en instruirlo en todo lo que manda y enseña la religión, y en guiarlo por el camino de la salvación » [2].

[1] Synod. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 4. art. 4. — [2] Encycl. *Qui pluribus*, 9 Novembr. 1846.

257. Parochorum institutionem unice Episcopis competere res est in Iure manifesta, qui sunt omnium dioecesis propriae beneficiorum collatores.

258. Quoniam ars artium regimen animarum, Parochi serio perpendant haec verba Concilii Tridentini: « Praecepto divino mandatum *est* omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini praedicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere; pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in caetera munia pastoralia incumbere; quae omnia nequaquam ab iis praestari et impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt» [1].

259. Igitur Parochi et omnes animarum curatores in propria paroecia, intima officii ratione, resideant, sub mortalis culpae reatu, et sub poenis a iure praescriptis [2]. Absque Episcopi sive eius Vicarii vel saltem Vicarii foranei licentia, idoneo tamen et probato Sacerdoti paroecia commissa, minime discedant. Et singulorum Episcoporum erit, hac in re, opportunas normas praescribere. Discedendi autem per bimestre facultatem, quam sacri Cano-

257. Que el nombramento de los párrocos compete exclusivamente á los Obispos, es cosa evidente en el derecho, pues ellos son los coladores de todos los beneficios de su propia diócesi.

258. Siendo el gobierno de las almas el arte mas difícil de las artes, los Párrocos ponderarán seriamente estas palabras del Tridentino « Mandado está con precepto divino á todos aquellos que tienen cura de almas, conocer sus ovejas, ofrecer por ellas el Santo Sacrificio y alimentarlas con la predicación de la palabra de Dios, la administración de los Sacramentos y el ejemplo de las buenas obras; cuidar con afán paternal á los pobres y desvalidos, y atender á todos los deberes pastorales: lo cual no pueden hacer ni cumplir los que ni velan por su rebaño, ni lo ayudan, sino que á guisa de mercenarios lo abandonan » [1].

259. Por tanto, los Párrocos y demás curas de almas, residirán en la propia parroquia, como lo pide la íntima naturaleza de su cargo, so pena de pecado mortal, y bajo las penas también que prescribe el derecho [2]. Sin la licencia del Obispo, ó del Vicario General, ó por lo menos del Foráneo, no saldrán de su parroquia, y en este caso dejarán un sacerdote idóneo y aprobado que los substituya. Toca á cada Obispo dar sus instruccio-

[1] Sess. 23. cap. : de ref. — [2] Conc. Trid. ibid.

nes indulgent, non nisi aequa de causa ab Episcopo obtineant [1], et nunquam sacris Adventus vel Quadragesimae diebus ac festis solemnioribus, quibus refici maxime et in Domino gaudere pastoris praesentia oves debent.

260. Omnes Parochi fidei puritatem et morum integritatem in populo sibi commisso sartam tectam servare studeant: ac sedulo inspiciant num adsint qui errores pravasque doctrinas disseminent aut insinuent, moresque corrumpant atque incautos decipiant: et hos tum pro viribus insectentur, tum Episcopis denuntiare festinent, a quibus consilia opportuna et mandata humiliter et tempestive postulent. Publica scandala et serpentes abusus convellere satagant, suspecta consortia inhibeant, odia et simultates tollere et discordias componere curent, pacem in familiis fovere et inducere studeant [2].

261. Administrationi Sacramentorum sedulitate et caritate impensissima intendant. Et non solum petentibus riteque dispositis, absque ulla personarum acceptione, Sacramenta prompto hilarique corde conferre curent, sed et fideles omnes

nes á este respecto. No alcanzarán del Obispo la licencia de ausentarse por dos meses, que permiten los cánones, sin justa causa [1]; y nunca en los dias santos del Adviento y de la Cuaresma, ni en aquellas solemnidades en que las ovejas necesitan de más alimento espiritual, y por consiguiente de la presencia de su Pastor.

260. Procuren todos los Párrocos conservar íntegra é incólume la pureza de fe y de costumbres, en el pueblo á su cuidado cometido; é investiguen con empeño si hay quienes diseminen ó insinúen perversas doctrinas, corrompan las costumbres y engañen á los incautos; y hagan á éstos la guerra cuanto pudieren, apresurándose á denunciarlos á los Obispos, á quienes pedirán á tiempo y con humildad órdenes y consejos oportunos. Procuren desterrar los escándalos públicos y los abusos que se vayan introduciendo, dispersar las asociaciones sospechosas, acabar con los odios y enemistades y reconciliar las discordias, é introducir y fomentar la paz en las familias [2].

261. Atiendan á la administración de los Sacramentos con un empeño y una caridad á toda prueba. No sólo los darán con prontitud y buen modo, á los que los piden y están bien dispuestos, sin acepción de personas, sino que procu-

[1] Cfr. Conc. Trid. ibid. — [2] Cfr. Synod. Dioec. Ostien. et Velitern. an. 1892. p. 4. art. 5.

sollicitare, ut ad hos salutis fontes frequenter properent et religiose accurrant [1]. Indefessi sint in confessionibus audiendis: et quotidie, hora fidelibus etiam infimae plebis magis accommodata, ad confessionalem sedem accedant, poenitentes audituri; et ubicumque fieri poterit, aliquoties per annum, occasione praesertim maiorum solemnitatum, extraordinarium confessarium advocent.

262. Peculiari caritatis sollicitudine praesto sint aegrotis, praesertim in vitae discrimen adductis; visitent eos frequenter, etiam non accersiti, instruant, consolentur et quod magni interest, Sacramentis communiant, cavendo quam maxime, ne eorumdem receptio eo usque differatur, ut vel morte praerepti, tanto bono penitus defraudati e vita discedant, vel mortis doloribus afflictati et oppressi, ea minus fructuose percipiant. Ne obliviscantur tandem animarum pastores Sacramenta, etiam cum vitae periculo, ubi extrema salutis necessitas intervenerit, esse parochianis dispensanda [2].

263. Institutioni fidelium in doctrina fidei et morum sedulo incumbant, iuxta praescripta Concilii Tridentini, dicentis: « Quicumque pa-

rarán estimular á los fieles todos, para que acudan con presteza y buenas disposiciones á estas fuentes de salud [1]. Sean infatigables para oir confesiones; todos los días, á la hora mas cómoda para los fieles aun de la ínfima plebe, siéntense en el confesonario; y donde sea posible, llamen algunas veces durante el año á algún confesor extraordinario, sobre todo con ocasión de las principales festividades.

262. Distínganse por su caridad y solicitud para con los enfermos, y muy particularmente con los que están en peligro de muerte, visítenlos frecuentemente aun sin ser llamados, instrúyanlos, consuélenlos, y lo que más importa, adminístrenles los Sacramentos, evitando con ahinco que su recepción se difiera hasta el punto que, sorprendidos por la muerte, salgan de este mundo defraudados por completo de tamaño beneficio; ó afligidos y agobiados con los dolores de la muerte, los reciban con menos fruto. No olviden, por último, los pastores de almas, que deben administrar los Sacramentos á sus feligreses, aun con peligro de su vida, cuando hay suma necesidad [2].

263. Ocúpense afanosamente en instruir á los fieles en todo lo relativo á la fe y la moral, conforme á los preceptos del Concilio Tri-

[1] Cfr. Conc. Prov. Urbinat. an. 1859, art. 132, et Ultraiect. an. 1865, tit. 2, cap. 6. — [2] Conc. Prov. Ravennat. an. 1855, p. 4. cap. 4.

rochiales vel alias curam animarum habentes Ecclesias quocumque modo obtinent, per se vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis, et festis solemnibus plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea quae scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis, cum brevitate et facilitate sermonis, vitia, quae eos declinare, et virtutes quas sectari oporteat » [1]. Igitur ab obligationibus praedicandi et catechizandi haud eximit contraria consuetudo, quae damnanda prorsus est dicenda corruptela [2]. Et prae oculis habeant et diligenter servent, quae de doctrina, de scholis et de Indorum spititualis cura, alibi dicuntur.

dentino. « Los que tienen Iglesias parroquiales ó cura de almas con cualquier título que fuere, personalmente ó por medio de otros idóneos, en caso de impedimento, por lo menos los domingos y fiestas solemnes, alimenten á los pueblos que se les ha confiado, con palabras saludables, según la capacidad suya propia y de sus oyentes, enseñándoles lo que es necesario que todos sepan para su salvación, y anunciándoles con breve y fácil palabra, qué vicios deben evitar, qué virtudes cultivar » [1]. Por tanto, de las obligaciones de predicar y explicar el catecismo, no exime la costumbre contraria, que más bien hay que llamar corruptela [2], y es á todas luces vituperable. Tengan muy presente, y observen con fidelidad, cuanto hemos dicho en otra parte acerca de la doctrina, de las escuelas, y del cuidado especial de los indígenas.

264. Templorum nitorem et omnium ad Dei cultum spectantium decentiam, quantum vires suppetunt, curent et ament: in parochiali ecclesia SS. Eucharistiae Sacramentum assidue servent. Accurate igitur ac diligenter ad praxim deducere satagant, quae in titulo de Cultu Divino praescribuntur.

264. Amen y procuren hasta donde les alcanzan las fuerzas, el esplendor de los templos y el decoro de cuanto pertenece al culto divino. Tengan día y noche en la Iglesia parroquial el Sagrado Depósito de la Eucaristia. Pongan, por tanto en práctica con exactitud y diligencia cuanto mandamos en el título del Culto Divino.

265. Parochi ecclesiarum suarum bona ac iura strenue tueantur. Ne

265. Defenderán los párrocos con valor los bienes y derechos de sus

[1] Conc. Trid. sess. 5. cap. 2 de ref. — [2] Cfr. Const. Innoc. XIII *Apostolici ministerii*, 13 Maii 1723. V. Appen. p. VI.

quid autem detrimenti ecclesiarum bonis et rebus sive mobilibus sive immobilibus obveniat, quilibet Parochus accuratam omnium et singulorum paroeciae et ecclesiae suae bonorum ac rerum descriptionem, quam dicunt inventarium, in duplici exemplari conficiat; quorum unum in curia dioecesana, alterum in propriae ecclesiae archivio servabitur. Unaquaeque igitur parochialis ecclesia tabularium sive archivium habeat, ubi regesta missarum, parochiales libri, sacrae visitationis decreta, edicta et litterae pastorales Ordinarii, instrumenta quoque et inventaria et documenta omnia ad ecclesiae ipsius bona, iura ac privilegia et onera quomodocumque pertinentia fideliter custodiantur [1].

266. Quoniam ad parochos pertinet miserabilium personarum curam habere [2], sollicite de viduis, pupillis, orphanis, senio confectis inquirant, aliisque temporali aut spirituali misericordia indigentibus, quibus pro viribus opitulari studeant, aliosque hortatu ad id officii, excitent.

267. Ut ministerium suum fructuose exerceant, sedulo caveant Parochi ab ordinato parentum et cognatorum amore, qui *multorum malorum in Ecclesia seminarium* extat. Absque Episcopi venia, consanguineos aut affines, praeter unum vel alterum in suam parochialem domum habitualiter non recipiant.

Iglesias. Para que no sufran menoscabo los bienes muebles ó raíces, el Párroco formará un minucioso inventario de todos los bienes y objetos de su Iglesia, en doble ejemplar, mandando uno á la Curia diocesana, y conservando el otro en el archivo proprio. Tendrá, pues, cada Iglesia parroquial su archivo, donde se guardarán con fidelidad los registros de las Misas, los libros parroquiales, los autos de la visita pastoral y los edictos y cartas pastorales del Ordinario, como también todos los instrumentos, inventarios y documentos pertenecientes por cualquier título á los bienes de la misma Iglesia, á sus derechos, privilegios y cargos [1].

266. Siendo deber del párroco atender á los desvalidos [2], se informará con ahinco de las viudas, pupilos, huérfanos y ancianos, y de cuantos necesiten socorros espirituales ó temporales, y los auxilliará como pueda, exhortando á otros á hacerlo también.

267. Para ejercer con fruto su ministerio, guárdense los párrocos del desordenado amor á los padres y parientes, que es *semillero de muchos males en la Iglesia.* Sin licencia del Obispo, no tengan consigo habitualmente en la casa parroquial á sus parientes ó afines, salvo uno que otro. Nunca

[1] Synod. dioec. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 4. art. 5. — [2] Conc. Trid. sess. 23. cap. 1 de ref.

Nunquam autem admittant consanguineos, aut famulos cuiuscumque conditionis sint, qui vel bonis moribus haud commendentur, vel pastoralium munerum implemento bonoque paroeciae regimini impedimenta inferant. Meminerint insuper iidem Parochi per ecclesiasticas praescriptiones omnino interdici studium augendi consanguineos aut familiares ex Ecclesiis reditibus [1].

268. Quoniam scriptum est: *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera* (Prov. XXVII. 23). Parochus, quasi bonus pastor, oves suas agnoscat; videlicet, quatenus fieri poterit, omnes et singulos in propria paroecia degentes; eorumque conditionem, necessitates, indolem, vitam moresque cognitos et exploratos habere curet. Inquirat propterea de hisce omnibus diligentissime, probatiores eiusdem paroeciae viros, praesertim patresfamilias, interrogando. Ut vero facilius exactiusque cognitionem illam assequi possit, accuratissime conficiat *statum*, quem vocant, *animarum*, et in libris distinctis nomina tum *baptizatorum* et *confirmatorum*, tum *matrimonio iunctorum* et *defunctorum*, praescriptis verborum formulis, de vice in vicem, sine mora describat [2]. Qui libri ab Ordinario vel eius delegato recognoscantur.

admitan á parientes, ó sirvientes de cualquiera categoría que fueren, que no sean recomendables por sus buenas costumbres, ó que puedan servir de obstáculo al cumplimiento de sus deberes pastorales ó al buen gobierno de la parroquia. Acuérdense además que los cánones prohiben absolutamente el empeño de enriquecer á los parientes ó deudos con las rentas del la Iglesia [1].

268. Por cuanto está escrito: *Ten exacto conocimiendo de tus ovejas y no pierdas de vista tus rebaños* (Prov. XXVII, 23), el Párroco, á fuer de buen pastor, conozca á sus ovejas, es decir á todos y cada uno, en cuanto es posible, de los que viven en la parroquia, y procure estar enterado de su condición, necesidades, índole, vida y costumbres. Averigüe, pues, todo esto con mucha diligencia, interrogando á los habitantes más recomendables de su parroquia, sobre todo á los padres de familia. Para llegar con más facilidad y exactitud á este conocimiento, forme minuciosamente el censo llamado *status animarum;* y asiente en libros separados, conforme al formulario prescrito, sin demora y conforme vayan ocurriendo, las partidas de bautismos, confirmaciones, casamientos y defunciónes [2]: cuyos libros serán visitados por el Ordinario ó su delegado.

[1] Cfr. Conc. Trid. sess. 25. cap. 1 de rèf. — [2] Conc. Prov. Ravennat. an. 1855, p. 4. cap. 4 et alia.

269. Absente parocho, si parochia coadiutore vel alio sacerdote idoneo et approbato destituatur, parochus vicinior sacramentorum subsidia, citra proprii parochi praeiudicium, extremo morbo laborantibus ministret; quemadmodum etiam parocho aegrotante vel vita functo, et substituto eidem nondum designato [1].

269. En ausencia del párroco, cuando no hay en la parroquia vicario ú otro sacerdote aprobado, el párroco más cercano administrará los sacramentos á los moribundos, sin perjuicio del propio párroco. Lo mismo se practicará cuando el párroco enferme, ó falleciere, mientras no se nombre el sucesor [1].

Caput X.
De Vicariis seu Coadiutoribus parochialibus.

270. Parochus, nisi infirmitate aut senio impediatur, muneris sui partes per seipsum implere tenetur. Si autem solus non sufficiat, tot sacerdotes, quantum fieri poterit, ei adiungantur, quot pro parochianorum numerum et locorum conditione ad curam animarum rite peragendam requiruntur [2].

271. Cum ex praescripto Concilii Tridentini, « debeat Episcopus statim, habita notitia vacationis ecclesiae, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius ecclesiae sustineat, donec ei de rectore, provideatur » [3]; sacerdotes qui hac vel alia de causa ad plenum paroeciae regimen ab Episcopo deputantur, quocumque vocentur nomine,

Capítulo X.
De los Vicarios ó Coadjutores Parroquiales.

270. El párroco, salvo que las enfermedades ó la edad se lo impidan, está obligado á desempeñar por sí mismo los deberes de su cargo. Si no basta él solo, se le agregarán, si se pudiere, tantos sacerdotes cuantos se necesiten para ejercer bien la cura de almas, teniendo en cuenta el número de los feligreses y las circunstancias locales [2].

271. Estando mandado por el Concilio Tridentino «que el Obispo, apenas tenga noticia de la vacante de una Iglesia, ponga en ella, si es necesario, un vicario idóneo que desempeñe todos los cargos de la misma, mientras se le provee de titular, asignándole, á su arbitrio, una parte de los proventos » [3] los sacerdotes á quienes por esta causa confía el Obispo el pleno gobierno de la parroquia, sea cual fuere el

[1] Conc. Prov. Neapol. an. 1699, tit. 9. cap. 4. — [2] Cfr. Conc. Trid. sess. 21. cap. 4. de ref. — 3 Conc. Trid. sess. 24. cap. 18 de ref.

sive *Regentis*, sive *Oeconomi*, sive *Vicarii*, etc., iisdem obligationibus subiiciuntur, quibus parochos subiectos diximus. Quoad emolumenta autem, standum est canonicis praescriptionibus, laudabilibus consuetudinibus et legitimis statutis dioecesanis.

272. Caeteri autem Vicarii, sive Vice-Parochi, qui ad adiuvandum parochum assumuntur, meminerint ordinariam in pascendo grege iurisdictionem sibi non competere, sed ad parochos spectare, quorum tantum adiutores sunt. Proinde, nullam sibi vindicent auctoritatem disponendi de iis, quae ad parochum pertinent, nec novi quidquam alicuius momenti, sine eorum assensu, introducant. Quoniam vero adiutorium, quod parocho praestant, ad eumdem finem spectat, ad quem parochialis cura tendit; hinc, si quae necessaria vel proficua existiment proponenda, modeste et salvo meliori parochi iudicio, proferant, vel, si expedire videbitur, Episcopi examini subiiciant.

273. Peroptamus, ut, ubicumque fieri poterit, Episcopi praecipiant, ut Coadiutores parochorum apud ipsos parochos in parochiali domo habitent, et communem cum eis mensam habeant.

274. Lege residentiae Coadiutores parochorum adstrictos volumus; eisque prohibemus discessum a parochia, absque legitima causa,

nombre que lleven, *ecónomos, interinos, encargados ó vicarios etc.*, están sujetos á las mismas obligaciones que hemos enumerado, hablando de los párrocos. En cuanto á los emolumentos, hay que atenerse á las prescripciones canónicas, á las costumbres laudables y á los legítimos estatutos diocesanos.

272. Los demás vicarios ó vicepárrocos que se nombran para que ayuden al cura, tendrán presente que no les compete la jurisdicción ordinaria para apacentar la grey, sino que pertenece al párroco, cuyos colaboradores son ellos. Por tanto, no se arroguen la autoridad de disponer en aquello que atañe al párroco, ni introduzcan, sin su asentimiento, novedad alguna de importancia. Pero como la cooperación que prestan al párroco tiende al mismo fin á que va enderezada la solicitud parroquial; de aquí resulta que, si juzgan deber proponer algunas medidas necesarias ó provechosas, podrán hacerlo con modestia, y salvo el mejor parecer del cura; ó si mejor les pareciere, las sujetarán al examen del Obispo.

273. Deseamos, que dondequiera que esto pueda verificarse, manden los Obispos que los vicarios vivan con los curas en la casa cural, sentándose á la mesa común.

274. Declaramos sujetos á la ley de la residencia á los vicarios de los curas, y les prohibimos que salgan de la parroquia sin legítima

et ultra breve tempus a singulis Episcopis designandum: quo in casu sufficiat licentia parochi. Si autem ad longius tempus abesse velint, causas exponant Curiae Episcopali, et licentiam Episcopi vel eius Vicarii Generalis expectent.

275. In Synodo dioecesana, fiat accurata descriptio obligationum et iurium Coadiutorum parochorum, prae oculis habitis legitimis regionis consuetudinibus, populorum indigentiis, et omnino servatis canonicis praescriptionibus, ut in dioecesi tuta habeatur norma, ab iis, quorum intersit, retinenda, unde et facilius servetur mutua concordia, quae omnino intercedere debet inter parochum et coadiutores et salva sit lex reverentiae et humilis dependentiae, qua inferiores erga superiores tenentur. Sciant tamen Coadiutores huiusmodi, ipsis non licere matrimoniis assistere, absque legitima delegatione.

causa, y fuera del breve tiempo que cada Obispo señalará, bastando en este caso la licencia del párroco. Si quisieren ausentarse por un tiempo más largo, expondrán las causas á la Curia episcopal, y aguardarán la licencia del Obispo ó de su Vicario General.

275. En el Sínodo diocesano hágase una minuciosa descripción de las obligaciones y derechos de los vicarios de los párrocos, teniendo en cuenta las legítimas costumbres de aquella comarca, y las necesidades de los pueblos, y observando en todo las prescripciones canónicas, para que en cada diócesi se tenga una norma segura, que seguirán fielmente todos aquellos á quienes toca, de modo que más fácilmente se conserve la mutua concordia que debe reinar entre el cura y sus vicarios, y quede á salvo la ley del acatamiento y humilde dependencia que liga á los inferiores para con los superiores. Sepan igualmente los vicarios, que no pueden asistir á los matrimonios sin legítima delegación.

Caput XI.
De caeteris Rectoribus seu Cappellanis.

276. Rectores seu Cappellani ecclesiarum non parochialium et piarum domorum, ut monasteriorum ac domorum monialium et sororum, collegiorum, hospitalium, carcerum, etc., prae oculis habeant obligationes parochorum, sive quoad regi-

Capítulo XI.
De los demás Rectores ó Capellanes.

276. Los Rectores y Capellanes de Iglesias no parroquiales y de establecimientos piadosos, como son los monasterios, los conventos de monjas y hermanas, colegios, hospitales, cárceles etc., tengan presentes las obligaciones de los pá-

men animarum, sive quoad cultum divinum, in ecclesiis seu oratoriis, quorum curam habent: caveant ne quidquam agant iuribus parochialibus contrarium: et cum parocho, in cuius parochia situm est ipsorum domicilium vel institutum, solliciti sint servare unitatem spiritus in vinculo pacis [1]. Igitur per respectivos Ordinarios accurate describantur eorum facultates.

277. Parochi vero ab omni iurium parochialium exaggerata praetensione abstinentes, fraternam concordiam cum huiusmodi rectoribus seu cappellanis servare curent: in casibus dubiis nihil ex seipsis resolvant, sed Episcopum adeant: omnesque, quorum intersit, ad memoriam revocent canonicas praescriptiones et decreta recentiora Sacrarum Congregationum [2].

Caput XII.
De aliis Sacerdotibus.

278. Omnes sacerdotes et clerici servitio alicuius ecclesiae adscribantur, ad mentem Concilii Tridentini, dicentis: « Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis aut necessarius suis ecclesiis; sancta Synodus, vestigiis sexti canonis Concilii Chalcedonensis inhaerendo, statuit, ut nullus in posterum ordinetur, qui illi ecclerrocos, tanto por lo que respecta al gobierno de las almas como por lo que mira al culto divino, en las Iglesias y oratorios de que están encargados: guárdense de hacer la menor cosa contraria á los derechos parroquiales, y empéñense en conservar cordial armonía y paz exterior con el cura en cuyo territorio está su domicilio ó establecimiento [1]. Cuiden, por tanto, los Ordinarios de determinar minuciosamente sus facultades.

277. Los párrocos, huyendo de toda pretensión exagerada sobre derechos parroquiales procuren conservar fraternal concordia con estos rectores y capellanes. En las dudas, nada resuelvan por sí y ante sí, sino recurran al Obispo; y todos aquellos á quienes corresponde, recuerden las prescripciones canónicas y los últimos decretos de las Sagradas Congregaciones [2].

Capítulo XII.
De los otros Sacerdotes.

278. Todos los sacerdotes y clérigos estén adscritos al servicio de alguna Iglesia, conforme á la mente del Tridentino, que se expresa con estas palabras. « No debiendo ordenarse ninguno que á juicio de su Obispo no sea útil ó necesario á sus Iglesias; el Santo Concilio, siguiendo las huellas del sexto cánon del Concilio Calcedonense, decreta

[1] Cfr. Conc. Prov. Tolosan. an. 1850, art. 45. — [2] Confer praesertim declarationem S. C. C. in una *Aturen.*, 14 Aug. 1863. V. Appen. n. XXIII.

siae, aut pio loco pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto Episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitium interdicatur » [1].

279. Ne qui eximi velint, eo quod nullum beneficium vel ecclesiasticum officium habent, peroptamus ut ad praxim deducatur ab omnibus, qui aliis ecclesiasticis ministeriis vel legitimo impedimento non excusantur, hoc gravissimum monitum Innocentii XIII: « Cum personae ecclesiasticae numquam satis in obsequiis supremo Numini exhibendis, iisque praestandis, quae eorum statui consentanea sunt, exerceri valeant, plurimum in Domino commendamus pium morem..., ut clerici, tam in minoribus quam in maioribus ordinibus constituti, atque etiam presbyteri, tametsi beneficia vel officia ecclesiastica non habentes, superpelliceo induti in ecclesiis, quibus adscripti fuerint, Missae conventuali cum cantu celebratae, nec non primis et secundis vesperis officii, diebus dominicis aliisque festis, assistant » [2].

280. Simplices sacerdotes, illud Apostoli ad Timotheum (I. IV. 16). memoria retinentes: *Attende tibi et doctrinae: insta in illis, hoc enim*

que ninguno sea ordenado en lo sucesivo, que no se adscriba á aquella Iglesia ó lugar piadoso para cuyas necesidades ó utilidad se recibe, en el cual deberá ejercer su ministerio, y no ande vagando sin asiento fijo. Y si abandonare el lugar de su adscripción sin permiso del Obispo, se le suspenderá » [1].

279. Para que ninguno quiera eximirse de ello, por no tener oficio ni beneficio eclesiástico, deseamos que se ponga en práctica por todos aquellos que no están excusados por otros ministerios eclesiásticos, ú otro legítimo impedimento, este importante mandato de Inocencio XIII: « Por cuanto las personas eclesiásticas nunca pueden trabajar lo bastante en tributar culto á la Divinidad, y prestar los servicios que á su estado convienen, recomendamos encarecidamente en el Señor la piadosa costumbre de que los clérigos, tanto minoristas como ordenados *in sacris*, inclusos los presbíteros aunque no tengan oficio ni beneficio eclesiástico, asistan los domingos y días festivos, vestidos con sobrepelliz, á la Misa conventual que se cante en las Iglesias á que están adscritos, y á las primeras y segundas vísperas » [2].

280. Los simples sacerdotes, conservando en la memoria aquello de San Pablo á Timoteo (I, IV, 16): *Vela sobre tí mismo y atiende á la*

[1] Conc. Trid. sess. 23. cap. de ref. — [2] Innoc. XIII. Const. *Apostolici ministerii*, 13 Maii 1723.

faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui te audient, non otio indulgere, sed potius sacris studiis seduliorem navare operam debent, quo facilius efficiantur idonei ad Sacramentorum administrationem, ad Christi documenta tradenda, et ad parochos in animarum salute procuranda libenti animo et acri studio coadiuvandos [1]. Quapropter graviter reprehendendi sunt, et, si opus fuerit, canonicis sanctionibus puniendi, presbyteri, qui sacerdotalium officiorum immemores otiosi manent in vinea Domini; et ubi gravis populorum necessitas eorum ministerium, praesertim in confessionibus opportuno tempore audiendis, expostulat, non possunt absque reatu operam parochis denegare: imo in huiusmodi adiunctis, si quis defectu scientiae inhabiles existunt, debent pro viribus ita studiis vacare, ut, quovis praetextu remoto, idonei reddantur et saluti proximorum attendant.

enseñanza de la doctrina: insiste y sé diligente en estas cosas, porque haciendo esto, te salvarás á tí mismo y también á los que te oyeren, no deberán vivir en ocio, sino antes bien entregarse con mayor ahinco á los estudios sagrados, para hacerse más aptos para la administración de los sacramentos y la predicación, y ayudar a los párrocos de buena gana y con empeño, en sus trabajos para la salvación de las almas [1]. Por lo cual, hay que reprender fuertemente, y si necesario fuere, castigar conforme á los cánones, á los presbíteros, que olvidados de los deberes sacerdotales, permanecen ociosos en la viña del Señor. Donde las graves necesidades de los pueblos requieren su ministerio, especialmente en el confesonario, no pueden sin pecado negar sus servicios á los curas. En estos casos, los que por falta de ciencia no están habilitados para confesar, deben con todas sus fuerzas dedicarse á estudiar hasta que estén capaces y, sin este pretexto, atiendan á la salvación del prójimo.

Caput XIII.
De Synodo Provinciali et Dioecesana.

281. « Cum ex hoc quia Episcoporum Concilia (Provincialia) minime vel raro sunt celebrata, multae sane, quae correctione opus habent, ecclesiasticae res negligantur, con-

Capítulo XIII.
Del Concilio Provincial y del Sínodo Diocesano.

281. « Por cuanto, del hecho que los Concilios Provinciales nunca ó rara vez se celebran, resulta que se descuiden muchos asuntos eclesiásticos que necesitan corregirse, que

[1] Consess. Episc. Umbriae an. 1849, tit. 8. § 6.

troversiae percrescant, fidelium mores deformentur, et Religio ipsa in dies non pauca sustineat eisdem contra eam pugnantibus sanctae matris Ecclesiae filiis » [1]; ad normam Concilii Tridentini, mandamus, ut «Provincialia Concilia, sicubi omissa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis componendis, aliisque ex Sacris Canonibus permissis, renoventur » [2].

282. Igitur, tempore legitimo, « Metropolitani per se ipsos, seu, illis legitime impeditis, Coepiscopus antiquior... post Octavam Paschae Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, seu alio commodiori tempore, pro more Provinciae non praetermittat Synodum in Provincia sua cogere, quo Episcopi omnes, et alii qui de iure vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum esset, convenire omnino teneantur » [3].

283. Leo XIII pro tota America Latina concessit, « ut Concilii provincialis celebratio ad duodecim annos differri possit, reservato Metropolitae iure illud frequentius, prout necessitas postulaverit, celebrandi, nisi aliter per Sedem Apostolicam postea ordinatum fuerit » [4].

menudeen las controversias, se deformen las costumbres de los fieles, y la misma Religión sufra cada día no pocos ataques de parte de los mismos hijos de la Iglesia » [1], conforme al Concilio Tridentino, mandamos que « los Concilios Provinciales, si en alguna parte hubieren caido en desuso, se renueven, para la reforma de los costumbren, la corrección de los desmanes, el arreglo de las controversias, y los demás fines propuestos por los cánones » [2].

282. Por tanto, á su debido tiempo, « el Metropolitano por sí mismo, ó en caso de legitimo impedimento, el Obispo más antiguo..... después de la Octava de Pascua de Resurrección, ó en otra época más cómoda conforme á las circunstancias de la Provincia, no deje de celebrar el Sínodo en su Provincia, al cual están obligados á asistir todos los Obispos, y los demás que por derecho ó costumbre deben hacerlo, con excepción de los que no pueden trasladarse sin inminente peligro » [3].

283. León XIII concedió á toda la América Latina « que la celebración del Concilio Provincial pueda diferirse hasta doce años, quedando á salvo el derecho del Metropolitano de convocarlo más frecuentemente, si fuere necesario, á menos que la Sede Apostólica ordene otra cosa » [4].

[1] Conc. Roman. an. 1725, tit. 2. cap. 2. — [2] Conc. Trid. sess. 24. cap. 2 de ref. — [3] Ibid. — [4] Leo XIII. Litt. Apost. *Trans Oceanum*, 18 Aprilis 1897. V. Appen n. CIV.

284. Quoties Provincialia Concilia celebranda sunt, excitetur zelus cleri et populi, ut per assiduas preces faustam Synodi celebrationem et exitum obtineant: et omnes, sive Praelati sive subditi, maximi faciant huiusmodi provinciales conventus. « Revera ab Episcopis simul convenientibus, ut ad gloriam Dei animarumque salutem procurandam salubria et opportuna ineant consilia, plurimum utilitatis Ecclesia merito praestolatur. Si enim, quod aperte docuit Christus Dominus, ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine Eius, in medio eorum Ipse est, multo magis sua gratia fulcire non dubitandum Episcopos, qui in nomine Eius congregati studiose inquirant, religiose decernant quae, ad catholicam doctrinam et unitatem latius propagandam, ad errores profligandos, ad restituendam, ubi collapsa sit, ecclesiasticam disciplinam, ad mores corrigendos, ad procurandam, ubi opus est, pacem animorumque concordiam pertinent» [1].

285. Ut autem Conciliorum Provincialium praescripta accuratius serventur, et pastoralis vigilantia efficacior evadat, legitimo tempore, Synodi quoque Dioecesanae celebrentur, « ad quas exempti etiam

284. Siempre que estén para celebrarse los Concilios Provinciales, se excitará el celo del clero y del pueblo para que con fervientes oraciones obtengan la fausta celebración y feliz éxito del Sínodo; y todos, tanto los Prelados como los súbditos, tendrán en alta estima estas sagradas asambleas. « Grandes bienes resultan, en verdad, á la Iglesia, de que los Obispos se reunan, tomando saludables y oportunas determinaciones para la gloria de Dios y la salvación de las almas. Pues si, como Nuestro Señor Jesucristo claramente nos enseña, donde dos ó tres están congregados en su nombre, El está en medio de ellos, indudablemente que más todavía sostendrá con su gracia á los Obispos que, congregados en su nombre, investiguen con ahinco y decreten concienzudamente, cuanto atañe á la unidad y ulterior propagación de la doctrina católica, la extirpación de los errores, la reastauración de la eclesiástica disciplina, donde se hubiere relajado, la enmienda de las costumbres, yel restablecimiento de la paz y concordia, donde fuere menester » [2].

285. Para que los decretos de los Concilios Provinciales se observen con mayor exactitud, y la vigilancia pastoral sea más fácil, celébrense también á su debido tiempo los sínodos diocesanos, « á los cua-

[1] Leo XIII. Epist. ad Patriarch. Armen. Ciliciae, de Synod. Patriarch., 29 Iun. 1890.

omnes, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec Capitulis Generalibus subduntur, accedere teneantur; ratione tamen parochialium aut aliarum saecularium Ecclesiarum etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, Synodo interesse » [1].

286. Difficultates contra frequentem Synodorum celebrationem pro viribus superare procurent Episcopi; nam « si perutile fuit semper Clerum interdum convenire ad constringenda mutuae caritatis vincula agendumque de disciplina, ac tuendis promovendisque Ecclesiae negotiis, id multo opportunius est hodie, atque adeo necessarium, dum omnes adhibentur artes ad disgregandos animos, ad Clerum abducendum a proprio Pastore Populumque a Clero, ad subvertendas leges ipsamque constitutionem Ecclesiae, ad unitatem plane dissolvendam » [2]. Caeterum huiusmodi difficultates haud superant impedimenta in regionibus missionum existentia, pro quibus tamen Apostolica Sedes saepe urgendos duxit synodales conventus: « Operam impendant quotquot sunt Missionum Praesides, ut, quod ad fovendam fidei ac disciplinae unitatem plurimum interest, synodales saepe conventus celebrentur, unde maxime fiet, ut una eademque sit operariorum agendi at-

les éstan obligados á concurrir también los exentos, que de otra suerte intervendrán, y no están sujetos á los Capítulos Generales. Por otra parte, por razón de las Iglesias parroquiales, ó de otras Iglesias seculares á ellas anexas, los que están encargados de ellas, sean quienes fueren, deben concurrir al Sínodo » [1].

286. Procuren los Obispos con empeño vencer las dificultades que se opongan á la frecuente celebración de los Sínodos, porque « si siempre ha sido muy útil que el clero se reuna de vez en cuando para estrechar los vínculos de mutua caridad, tratar de la disciplina y fomentar é impulsar los negocios de la Iglesia, mucho más oportuno lo es hoy día, y tanto más necesario cuando se emplean toda clase de mañas para dividir los ánimos, separar al clero de su propio Pastor y al pueblo del clero, para trastornar las leyes y la constitución misma de la Iglesia, y disolver por completo la unidad » [2]. Por lo demás, estas dificultades no son por cierto mayores que los impedimentos que se atraviesan en los paises de misión, y con todo la Sede Apostólica varias veces ha creido deber urgir para la celebración, aun en ellos, de la reuniones sinodales. « Todos los presidentes de Misiones empéñense para que se celebren á menudo las reuniones

[1] Conc. Trid. sess. 24. cap. 2 de ref. — [2] Pius IX Epist. ad Cler. Viglevan. 4 Sept. 1876 (Acta S. Sedis, IX, pag. 433).

que administrandi ratio et studiosissima animorum coniunctio » [1].

287. Neque Episcopum deterrere debet necessitas fidelium insufficientem sacerdotum numerum habentium; nam, eo in casu, impetrato Apostolico Indulto, Episcopus « singulis vicibus aut dimidiam partem Rectorum..., aut illos ad Synodum vocare poterit, quos vocandos opportunius in Domino iudicabit » [2]. Si tamen ob insuperabiles difficultates formales Synodi Dioecesanae celebrari non possint, curent Episcopi, saltem singulis bienniis, parochorum et sacerdotum doctrina ac prudentia praestantiorum congregationem convocare, in qua tractentur, et Episcopi auctoritate statuantur, quaecumque in Domino pro bono Ecclesiae et fidelis populi regimine videbuntur expedire [3].

288. Sedulo cavendum est a multiplicitate legum seu ordinationum synodalium, quarum necessitas probata non sit; ideoque in omnibus futuris Synodis, sive provincialibus, sive dioecesanis, insistendum est praesertim in observantia praescriptionum canonicarum, et decretorum huius Concilii Plenarii; deinde de singulis provinciae vel dioecesis

sinodales, que tanto contribuyen á formentar la unidad de la fe y de la disciplina, de donde resultará que sea uno y el mismo en los operarios el modo de obrar y de administrar, y estrechísima la unión de los ánimos [1].

287. No asusten al Obispo las necesidades de los fieles que tienen escaso número de sacerdotes; porque en este caso, obteniendo indulto Apostólico, « el Obispo podrá llamar al Sínodo cada vez á la mitad de los Curas, ó los que en conciencia juzgue que debe llamar » [2]. Pero si, por dificultades insuperables, no se pueden celebrar sínodos diocesanos en toda forma, procuren los Obispos, al menos cada dos años, convocar una junta de los párrocos y sacerdotes mas eminentes por su doctrina y prudencia, en que se traten y decreten con autoridad del Obispo, todas aquellas cosas que en conciencia parecieren convenir para el bien de la Iglesia y el gobierno del pueblo cristiano [3].

288. Hay que guardarse mucho de la multiplicidad de leyes y decretos sinodales, cuya necesidad no esté probada; por tanto, en los futuros Sínodos, ya sean provinciales, ya diocesanos, hay que insistir ante todo en la observancia de las praescripciones canónicas y de los decretos de este Concilio Plenario; después se tratará con par-

[1] Instr. S. C. de Prop. Fide 24 Nov. 1845 (Coll. P. F. n. 100). — [2] S. C. de Prop. Fide ad Archiep. Milwauchien. 29 Iulii 1899 (Coll. P. F. n. 117). — [3] Cfr. Conc. Prov. Vallisol. an. 1887, p. 2.ª tit. 7.

indigentiis parce et opportune agendum erit. Haec omnia dicta sint, salva celebratione episcopalium conventuum singulis saltem trienniis, ut dictum est supra [1].

simonia y oportunidad de las necesidades especiales de la provincia ó diócesi. Todo esto sea dicho salva la celebración de las juntas episcopales, al menos cada tres años, como se ha dicho arriba [1].

Caput XIV.
De Regularibus.

289. Neminem latet, « ubicumque est Ecclesiae catholicae libertas constituta, ibi religiosos Ordines sponte coalescere: ipsos enim tamquam ex stirpe quadam existere (constat) et quasi nasci ex Ecclesia; et perinde esse atque auxiliares copias, his temporibus maxime necessarias, quarum solertiam et industriam, cum in perfunctione munerum sacrorum, tum in hominibus christiana caritate adlevandis, peropportune atque utilissime Episcopi adhibeant » [2]. Quapropter dolemus « iniurias et damna illata religiosis Regularium Ordinum familiis, quae a sanctissimis institutae viris, magno usui et ornamento, tum catholicae Ecclesiae, tum civili etiam societati commodo et utilitati sunt, quaeque omni tempore de religione ac bonis artibus, deque animarum salute optime meruerunt » [3]; cuius rei, tota America nostra, per religiosas praesertim familias Christo et Ecclesiae genita et in christiana urbanitate educata, nobilissimum exemplum et mirabile argumentum existit.

Capítulo XIV.
De los Regulares.

289. Á nadie se oculta « que dondequiera que la Iglesia Católica goza de libertad, las Órdenes religiosas se forman espontáneamente: ellas existen y nacen de la Iglesia como el árbol de la raiz, y son como las tropas auxiliares, muy necesarias en nuestros días, cuya actividad y trabajos, tanto en el desempeño de los ministerios sagrados, como en las obras de caridad, deberán utilizar los Obispos » [2]. Por lo cual « nos duelen las injurias y daños causados á las religiosas familias de las Órdenes regulares, que fundadas por santísimos varones, contribuyen al provecho y decoro de la Iglesia Católica, han sido siempre muy útiles á la misma Iglesia y al Estado, y en todos tiempos han sido beneméritas de la Religión, de las buenas artes y de la salud de las almas » [3]; de lo cual ofrece un nobilísimo ejemplo, y una prueba evidente, toda nuestra América, engendrada á Cristo y á la Iglesia, é iniciada en la cristiana civilización, principalmente por las familias religiosas.

[1] V. supra art. 208. — [2] Leo XIII. Epist. *Perlectae*, 22 Oct. 1880. — [3] Leo XIII. Litt. Apost. *Dolemus*, 13 Iul. 1886.

290. Regularium abolitio, ab hodiernis Ecclesiae osoribus decantata, « laedit statum publicae professionis consiliorum evangelicorum; laedit vivendi rationem in Ecclesia commendatam, tamquam Apostolicae doctrinae consentaneam; laedit ipsos insignes fundatores, quos super altaribus veneramur, qui non nisi a Deo inspirati eas instituerunt societates » [1].

291. Dum autem Regularium inclyta merita et instituti sanctitatem debitis celebramus laudibus, atque accepta ab eis in regionibus nostris beneficia gratissimo animo recolimus illos in Domino hortamur, ut in iustitia et vitae perfectione alacriter pergere studeant, de coelestibus benedictionibus et Episcoporum Americae Latinae existimatione et protectione securi. Meminerint omnes regulares, praesertim eorum moderatores, huius saluberrimi praecepti Concilii Tridentini, illudque accuratissime servent: « Quoniam non ignorat Sancta Synodus, quantum ex Monasteriis pie institutis et recte administratis in Ecclesia Dei splendoris atque utilitatis oriatur, necessarium esse censuit, quo facilius ac maturius, ubi collapsa est, vetus et regularis disciplina instauretur, et constantius, ubi conservata est, perseveret, praecipere, prout hoc decreto praecipit, ut omnes Regulares, tam viri quam mulieres,

290. La abolición de los Regulares, tan decantada hoy día por los enemigos de la Iglesia « asesta un golpe al estado de pública profesión de los consejos evangélicos; hiere un modo de vivir recomendado en la Iglesia como conforme con la doctrina Apostólica; ofende á los mismos insignes fundadores, que nada menos que inspirados por Dios instituyeron sus asociaciones » [1].

291. Pero al mismo tiempo que con las debidas alabanzas celebramos los ínclitos méritos de los Regulares y la santidad de su institución, y recordamos con ánimo agradecido los beneficios que de ellos recibimos en nuestros países, los exhortamos en el Señor á que se empeñen en avanzar con presteza por la senda de la justicia y de la perfección, seguros de las bendiciones del cielo, y de la estima y protección de los Obispos de la América Latina. Recuerden todos los Regulares, y especialmente los Superiores, y observen con exactitud este saludable precepto del Concilio Tridentino: « No ignorando el Santo Concilio cuánto esplendor y utilidad resultan á la Iglesia de Dios de los monasterios piadosamente establecidos y rectamente administrados, ha juzgado necesario mandar, para que con más facilidad y madurez se restaure la antigua disciplina regular donde se

[1] Pius VI. Litt. Apost. *Quod aliquantulum*, 10 Martii 1791 (Acta Pii VI pro Gallia, I. pag. 108).

ad regulae, quam professi sunt, praescriptum, vitam instituant et componant; atque in primis, quae ad suae professionis perfectionem, ut obedientiae, paupertatis et castitatis, ac si quae alia sunt alicuius regulae et Ordinis peculiaria vota et praecepta, ad eorum respective essentiam, necnon ad communem vitam, victum et vestitum conservanda pertinentia, fideliter observent: omnisque cura et diligentia a Superioribus adhibeatur, tam in Capitulis Generalibus et Provincialibus, quam in eorum visitationibus, quae suis temporibus facere non praetermittant, ut ab illis non recedatur » [1].

292. Ne autem occasione civilium suppressionum, quas non raro etiam in nostris regionibus, maximo cum animarum, immo publicae prosperitatis nocumento, factas esse dolemus, Religiosi spiritum proprii Ordinis amittant, et inanis evadat futurae restaurationis spes; omnes Episcopi et Moderatores Regularium prae oculis habeant sequentes declarationes Sanctae Sedis, scilicet:

I. Curandum est pro viribus « ut Regulares a propriis domibus ex-

hubiere relajado, y con mayor constancia persevere donde se ha conservado, y manda por este decreto, que todos los Regulares, así hombres como mujeres, arreglen y sujeten su vida á lo prescripto por la regla que han profesado; y que ante todo, observen con fidelidad cuanto atañe á la perfección de su profesión, como son los votos de obediencia, pobreza y castidad, y los votos y preceptos peculiares de alguna regla y Orden pertenecientes á su esencia respectivamente, y á la conservación de la vida, mesa y vestido comunes; y que los Superiores desplieguen todo empeño y diligencia, tanto en los Capítulos generales y provinciales como en sus visitas, que no dejarán de hacer en sus debidas épocas, para que no se aparten de su observancia » [1].

292. Para que no suceda que, con ocasión de las supresiones por parte del Gobierno, que lamentamos que más de una vez se hayan decretado aun en nuestros paises, con gran perjuicio de las almas y aun de la pública prosperidad, los Religiosos pierdan el espíritu de su Orden, y resulte fallida la esperanza de un restablecimiento futuro, todos los Obispos y Superiores Regulares tendrán presentes las siguientes declaraciones de la Santa Sede:

I. Se procurará con empeño « que los Regulares expulsados de sus pro-

[1] Conc. Trid. sess. 25, cap. 1 de regular.

pulsi, praesertim vero Clerici professi, quatenus in aliud coenobium recipi nequeant, in peculiarem aliquam domum, a Superioribus suis designandam, conveniant; ibique regulam, quam professi sunt, meliori quo fieri potest modo, observare non omittant, facta cuique, absque debita licentia, discedendi prohibitione » [1].

II. « Pariter curandum, ut etiam Regulares, qui extra claustra et praefatas domos, tamquam saeculariżati ad tempus, vivere coguntur, in sua vocatione permaneant, votaque solemnia, quibus se Deo consecrarunt, meliori similiter quo fieri possit modo, persolvant. Unde omnibus Superioribus Regularibus Sacra Poenitentiaria declarat, ipsorum iurisdictionem in proprios subditos suppressos, etiam extra claustra degentes, minime cessasse. Nam, licet quisque Regularis degens extra claustra, quoad politiam et disciplinam ecclesiasticam, ab iurisdictione Ordinarii loci, in quo degit, exemptus non sit, attamen quoad disciplinam regularem, et obligationes, quae ex religiosa professione promanant, et cum novo eius statu sunt compatibiles, propriis Superioribus subesse eisque obedire tenetur » [2].

III. « Decernit praefatas domos, dummodo in eas tres saltem ad ibi

pias casas, sobre todo si son clérigos profesos, no pudiendo ser recibidos en otro convento, se recojan en alguna casa á propósito, que designará el Superior; y en ella sigan observando la regla que han profesado, del mejor modo que se pueda, prohibiéndose á cada uno el irse á otra parte sin la licencia debida » [1].

II. « Se procurará igualmente que también aquellos Regulares que se ven obligados á vivir fuera del claustro y aun de aquellas casas, como secularizados *ad tempus*, permanezcan fieles á su vocación y guarden del mejor modo que pudieren, los votos solemnes con que se consagraron á Dios. Por lo cual la Sagrada Penitenciaría declara á todos los Superiores Regulares, que su jurisdicción sobre sus súbditos suprimidos no ha cesado en modo alguno, aunque estén viviendo fuera del claustro. Porque, aunque cada Regular que vive *extra claustra*, por lo que toca al gobierno y á la disciplina eclesiástica, no está exento de la jurisdicción del Ordinario del lugar en que vive; por lo que toca á la disciplina regular, y á las obligaciones que dimanan de la profesión religiosa, y son compatibles con su nuevo género de vida, está obligado á sujetarse y á obedecer á sus propios Superiores » [2].

III. « Decreta que dichas casas, siempre que en ellas vivan á lo

[1] S. Poenit. 18 April. 1867 (Coll. Instruct. et Decl. Sacr. Rom. CC. pro Italiae Regul. suppressis, pag. 7). — [2] S. Poenit. ibid.

degendum convenerint Regulares, quorum unus ad minus sit Sacerdos, iurisdictioni Ministri Provincialis fore subiectas, easque regendas esse per peculiarem Superiorem ibi constituendum » [1].

IV. Si autem vel ob exilium, vel aliis de causis, aliquis Religiosus extra regularis suae Provinciae territorium permanere debeat, non ideo a iurisdictione Ordinis solvitur, ut expresse declaravit Sancta Sedes his verbis: « Sacra Congregatio super Disciplina Regulari decrevit, ut universi omnes religiosi, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis, Instituti, cuiuscumque gradus aut conditionis professi, quamdiu, propter hodiernas, ut innuimus, circumstantias, extra Regularis Provinciae fines, sive alibi, degere illos contigerit, inspectioni subiiciantur territorialis Provincialis; qui de ipsorum moribus et consuetudine, quotannis, et quandocumque rogatus, respectivo Provincialis referat; eosque delegata ac plena potestate in officio contineat » [2].

V. Tandem, sciant omnes ad quos spectat, non esse relinquenda monasteria, ac domos religiosas, nisi adsit coactio et proximum periculum violentiae; et a Superioribus, quatenus expedire videatur,

menos tres Regulares de los cuales uno siquiera sea Sacerdote, están sujetas á la jurisdicción del ministro Provincial y serán gobernadas por el peculiar Superior que se nombre al efecto » [1].

IV. Si por destierro ú otras causas, algún Religioso tiene que permanecer fuera del territorio de su Provincia regular, no por esto queda exento de la jurisdicción de su Orden, como declaró expresamente la Santa Sede con estas palabras: « La Sagrada Congregación encargada de la Disciplina Regular ha decretado, que todos los Religiosos profesos sin excepción, de cualesquiera Orden, Congregación, Sociedad ó Instituto, y de cualquier grado ó condición, mientras por razón de las presentes circunstancias, como hemos dicho, tuvieren que vivir fuera de los confines de su Provincia regular, ó en otra parte, estén sujetos á la inspección y jurisdicción del Provincial territorial; quien cada año, y siempre que se le pidiere, dará cuenta de su vida y costumbres al respectivo Provincial; y los contendrá en sus deberes con potestad delegada y plena » [2].

V. Por último, sepan todos aquellos á quienes toca « que no hay que abandonar los monasterios y las casas religiosas, si no hay coacción y peligro proximo de violencia, y en este caso deberán protes-

[1] S. Poenit. Ibid. pag. 8. — [2] Decret. 5 Aug. 1872 (ibid. p. 28).

praemittendam esse protestationem » [1].

293. Quapropter, si forte, quod Deus avertat, aliqui Religiosi civiliter suppressi, infausto libertatis et independentiae desiderio decepti, sub praetextu suppressionis, debitam suis Moderatoribus obedientiam denegaverint, aut, invocata exemptione, iugum episcopalis vigilantiae et auctoritatis excutere ausi fuerint, graviter moneantur et debitis poenis canonicis puniantur, ad normam iuris: quare, enixe commendamus tum Episcopis tum Praelatis regularibus, ut alter alterius auctoritatem et potestatem fortiter sustineat.

294. Igitur conservationi et restitutioni regularium domorum et ecclesiarum totis viribus intendere curent tum Praelati regulares, tum locorum Ordinarii. Neque negligentiam excusaret ratio deducta ex remissione religiosae observantiae in aliqua familia regulari. Cui obiectioni sapienter respondit Pius VI, dicens: « At propterea ne abolendi illi sunt Ordines? Audiatur hanc ad rem, quod in Concilio Basileensi obiecit Petro Bayne Regulares oppugnanti Ioannes de Polemar. Iste minime quidem negavit invaluisse aliqua inter Regulares reformatione digna: illud tamen adiunxit, quod *licet in Religiosis multa sint hoc tempore*

tar previamente los Superiores, si les parece conveniente » [1].

293. Por tanto, si, lo que Dios no quiera, algunos Religiosos suprimidos civilmente, engañados por el infausto anhelo de libertad é independencia, con pretexto de la supresión, rehusaren la obediencia debida á sus superiores, ó invocando la exención, osaren sacudir el yugo de la vigilancia y autoridad espiscopal, serán primero seriamente amonestados, y luego castigados con las debidas penas canónicas, conforme á derecho; por lo cual encarecidamente suplicamos á los Obispos y á los Prelados regulares, que sostengan enérgicamente la autoridad y potestad, los unos de los otros.

294. Procuren, por tanto, con todas sus fuerzas la conservación y restablecimiento de las casas é Iglesias regulares, tanto los Prelados religiosos, como los Ordinarios locales. No excusaria su negligencia, el argumento sacado de la relajación de la disciplina en alguna familia regular. A esta objección con gran sabiduría ha contestado Pío VI diciendo: « Y por esto se han de abolir las Ordenes religiosas? Oigase á este propósito lo que en el Concilio de Basilea objétó á Pedro Bayne, que atacaba á los Regulares, Juan de Polemar. Este no negó que hubiera muchas cosas entre los Regulares que necessitaban reforma;

[1] S. Poenit. 28 Iunii 1866 (ibid. pag. 2).

quae reformatione indigent, sicut et in caeteris statibus; tamen nihilominus multum illuminant Ecclesiam praedicationibus et doctrinis; et nemo prudens, in caliginoso loco existens, lucernam extinguit non bene sibi lucentem, sed habentem succum seu scoriam curat aptare, quo melius potest. Nam melius est, quod aliquantulum turbide luceat, quam si penitus esset extincta » [1].

295. Exemptionem Regularium, « cuius utilitas ecclesiasticis sanctionibus, longaque saeculorum plurium experientia, et vel ipso haereticorum et incredulorum in illam odio, comprobata est » [2], canonicis limitationibus et praescriptionibus moderatam, libenter agnoscimus. Cuius causam et rationem SSmus D. N. Leo XIII adducit in Constitutione *Romanos Pontifices* [3] dicens: « Quo melius in religiosis Ordinibus omnia essent inter se apta et connexa, ac sodales singulis pacato et aequabili vitae cursu uterentur; denique, ut esset incremento et perfectioni religiosae conversationis consultum, haud immerito Romani Pontifices, quorum est dioeceses describere, ac suos cuique subditos sacra potestate regendos attribuere, Clerum Regularem Episcoporum iu-

pero añadió *que aunque en los Religiosos hay en nuestros días mucho que necesita ser reformado, como en las demás clases de la sociedad, no obstante, ilustran á la Iglesia con su predicación y doctrina: y ningún hombre prudente, hallándose en un recinto obscuro, apaga la lámpara porque no da buena luz, sino que procura arreglar el aceite y la mecha lo mejor que puede. Porque más vale que alumbre un poco aunque ofuscada, que no el que se apague por completo* » [1].

295. Reconocemos de buena gana la exención religiosa « cuya utilidad está probada por las sanciones eclesiásticas, y la larga experiencia de muchos siglos y por el odio mismo con que la atacan los herejes y los incrédulos » [2] moderada por las limitaciones y prescripciones canónicas ». Nuestro Santísimo Padre León XIII aduce la causa y razón de la misma en la Constitución *Romanos Pontifices* [3], diciendo: « Para que en las Ordenes religiosas todas las cosas estuvieran compactas y en su lugar, y cada miembro llevara una vida pacífica é igual; como también para mirar por el incremento y perfección de la vida religiosa, no sin razón los Romanos Pontífices, á quienes toca fijar los límites de las diócesis y señalar á cada uno los súbditos á quienes ha

[1] Pius VI. Litt. *Quod aliquantulum*, 10 Martii 1791 (Acta Pii VI pro Gallia, I. pag. 107). — [2] Gregorius XVI. Cfr. epist. Archiep. Mechlinien. 15 Ian. 1836. Vid. Collect. Lacens. tom. III. p. 563. — [3] Edita VIII Idus Maii 1881. V. Appen. n. XLVI.

risdictione exemptum esse statuerunt. Cuius rei non ea fuit causa, quod placuerit religiosas sodalitates potiore conditione frui quam clerum saecülarem; sed quod earum domus habitae fuerint, iuris fictione, quasi territoria quaedam ab ipsis dioecesibus avulsa... Quum autem re ipsa intra fines dioecesium vitam degant, sic huius privilegii temperata vis est, ut sarta tecta sit dioecesana disciplina, adeoque ut clerus regularis in multis subesse debeat episcopali potestati sive ordinariae sive delegatae ».

296. Ad praecipuas autem difficultates et minus rectas iuris interpretationes e medio tollendas, ad iura utriusque cleri, saecularis scilicet et regularis, melius dignoscenda, et ad tutiorem normam habendam, a SSmo D. N. Leone Papa XIII impetravimus extensionem ad totam Americam Latinam laudatae Constit. *Romanos Pontifices*, VIII Idus Maii 1881 ab Ipso editae pro Regularibus Angliae, et ad plurimas totius orbis regiones, etiam americanas, deinceps extensae.

297. Igitur, ad normam istius Constitutionis, retinendum est: « Regulares, qui in residentiis Missionum (ac proinde in domibus parochialibus regularibus) commorantur, exemptos esse ab Ordinarii iurisdictione non secus ac Regulares intra claustra viventes; praeter quam

de gobernar espiritualmente, declararon el Clero Regular exento de la jurisdicción episcopal. No fué la causa de esta exención, el que se opinase que las comunidades religiosas fuesen de mejor condición que el clero secular; sino que sus casas se considerasen, por ficción jurídica, como territorios segregados de las mismas diócesis... Pero como en realidad viven dentro de los límites de las diócesis, se ha templado la fuerza de este privilegio, de modo que la disciplina diocesana quede intacta; y por tanto, el clero regular está sujeto en muchas cosas á la potestad episcopal, ordinaria ó delegada ».

296. Para quitar de enmedio las principales dificultades y las interpretaciones poco rectas del derecho, y para mejor distinguir los derechos de uno y otro clero, secular y regular, y tener una regla más segura, hemos alcanzado de N. Sño Padre el Papa León XIII, la extensión á toda la América Latina de la citada Constitución *Romanos Pontifices*, de 8 de Mayo de 1881, expedida por Él mismo para los Regulares de Inglaterra, y extendida después á otros muchos países, aun en América.

297. Por consiguiente, conforme á esta Constitución, se tendrá entendido « que los Regulares que viven en las casas de las Misiónes (y por tanto en las casas parroquiales de religiosos) están exentos de la jurisdicción del Ordinario, ni más ni menos que los que moran en el

in casibus a iure nominatim expressis, et generatim in iis quae concernunt curam animarum et sacramentorum administrationem » [1].

298. Item: « Omnes Missionum rectores (ac proinde omnes parochos) Cleri collationibus adesse ex officio debere; simulque decernimus ac praecipimus, ut iisdem intersint vicarii quoque, aliique religiosi viri missionariis facultatibus concedi solitis instructi, quia hospitia parvasque missionum domos incolunt ». Quoad Synodos autem dioecesanas, « standum esse decretis Synodi Tridentinae ». Et circa decreta Synodorum huiusmodi, id memoria tenendum: « Fas est nimirum Regularibus appellare (ad Sanctam Sedem) *in devolutivo* tantum, quoad interpretationem decretorum, quae de iure communi, sive ordinario sive delegato, Regulares etiam afficiunt; quo vero ad interpretationem aliorum decretorum, etiam *in suspensivo* » [2].

299. Quoad dismembrationem paroeciae: « Si divisio fiat paroeciae veri nominis, sive antiquitus conditae, sive recentiore memoria iure constitutae, dubitandum non est, quin nefas sit Episcopo Canonum praescripta contemnere »; ideoque licere quidem Episcopis paroecias dividere, sed servata forma sancti

claustro, salvo en los casos nominalmente exceptuados en el derecho, y en general, en todo lo que concierne á la cura de almas y á la administración de los sacramentos » [1].

298. « Todos los rectores de Misiones (y por consiguiente todos los párrocos) están obligados *ex officio* á asistir á las conferencias del clero; y al mismo tiempo declaramos y mandamos, que concurran á las mismas también los vicarios y demás religiosos, en el goce de las licencias que se acostumbran conceder á los misioneros, que viven en los hospicios y pequeñas casas de las misiones ». En cuanto á los Sínodos diocesanos hay que atenerse á los decretos del Concilio de Trento ». Y acerca de los decretos de los Sínodos, hay que tener esto presente: « Pueden los Regulares apelar á la Santa Sede sólo *in devolutivo*, sobre la interpretación de los decretos que por derecho común, ordinario ó delegado, alcanzan también á los religiosos; por lo que toca á la interpretación de los demás decretos, tambien *in suspensivo* » [2].

299. Por lo que toca á la desmembración de una parroquia: « Si se trata de una *verdadera* parroquia de antigua ó de reciente fundación, no hay duda que no puede el Obispo violar los cánones », y por consiguiente puede el Obispo dividir las parroquias, pero observando la forma del Concilio de Trento. En cuanto á las

[1] Leo XIII. Const. *Romanos Pontifices.* — [2] Ibid.

Concilii Tridentini (cap. 4, sess. 21 *de ref.*). Quoad missiones vero, quae non sunt « verae proprieque dictae paroeciae », servetur forma Synodi I Provincialis Westmonasteriensis [1].

300. Coemeteria et loca pia fidelium multitudini communia « iurisdictioni Ordinariorum subsunt indubitate, ac propterea optimo iure ab Episcopo visitantur ». Constat insuper Episcopos ius habere quoad omnia visitandi scholas pauperum in missionibus et paroeciis regularibus aeque ac in saecularibus. « Alia profecto causa est caeterarum scholarum et collegiorum, in quibus religiosi viri, secundum Ordinis sui praescripta, iuventuti catholicae instituendae operam dare solent; in hisce enim et ratio postulat, et Nos volumus, firma atque integra privilegia manere, quae illis ab Apostolica Sede collata sunt » [2].

301. Similiter tenendem est: « Sodalibus religiosis novas sibi sedes constituere, erigendo novas ecclesias, aperiendove coenobia, collegia, scholas, nisi obtenta prius expressa licentia Ordinarii loci et Sedis Apostolicae, non licere ». Denique quoad bona, Regularibus, *non qua regularibus*, sed intuitu Missionis (vel paroeciae) collata, standum est normis citatae Synodi Westmonasteriensis, prae oculis habitis praescriptionibus eiusdem Constitutionis, quae incipit: *Romanos Pontifices* [3].

misiones que no son parroquias propiamente dichas, se guardará la forma del 1er Concilio Provincial de Westminster [1].

300. Los cementerios y lugares pios, comunes á la multitud de los fieles, de seguro « que están sujetos á la jurisdicción del Ordinario, y por tanto está el Obispo en su pleno derecho al visitarlos ». Consta igualmente que el Obispo tiene derecho de visitar en todo y por todo las escuelas de pobres en las Misiones y parroquias regulares, ni más ni menos que en las seculares. « Otra cosa sucede con las demás escuelas y colegios, en que los Religiosos, conforme á las reglas de su Instituto, educan á la juventud católica; pues en estas, es justo, y Nós lo queremos, que permanezcan firmes é intactos los privilegios que les ha concedido la S. Sede Apostólica » [2].

301. « No es lícito á los Religiosos hacer nuevas fundaciones, edificando nuevas Iglesia, ó abriendo conventos, colegios ó escuelas, sin previa y expresa licencia del Ordinario local y de la Silla Apostólica ». Por último, tocante á los bienes que se dan á los Regulares, *no en su calidad de Regulares*, sino en favor de la Misión (ó parroquia) hay que atenerse á las normas del citado Concilio de Westminster, teniendo presente lo mandado por la referida Constitución *Romanos Pontifices* [3].

[1] Leo XIII. Const. *Romanos Pontifices*. — [2] Ibid. — [3] Ibid.

302. Sciant regulares, se non posse, absque Apostolicae Sedis dispensatione, novas paroecias suscipere: et quoad alias legitime susceptas, serventur canonicae praescriptiones, et praesertim Constitutiones Benedicti XIV *Firmandis* anni 1744 [1], et Leonis XIII *Romanos Pontifices* anni 1881 [2].

303. Quoad admissionem Regularium ad Ordines, eorumque expulsionem a proprio Instituto, accurate serventur Apostolica praescripta, praesertim decretum *Auctis admodum* S. C. Episcoporum et Regularium, diei 4 Novembris 1892 [3]. Et monemus omnes Ordinarios, ut quoties aliquis Regularis ad eos accedat, intuitu saecularizationis obtinendae, illum gravibus animadversionibus a proposito deterrere curent: scientes vix, aut ne vix quidem, legitimas adduci causas: ideoque nihil omnino faciant, quin antea prudenter exquisiverint respectivi Praelati regularis votum. Saecularizatos autem, nonnisi difficile et adhibitis opportunis cautelis, auditoque antiquo eorum moderatore, ad regimen animarum et ad confessiones audiendas admittant: et, quoties fieri poterit, eos in locis in quibus Ordo regularis, ex quo exierunt, domus non habet, collocare satagant, ne forte alicuius consodalis vocationem debilitent, vel fidelium admirationem excitent

302. Sepan los Regulares que no pueden, sin dispensa de la Sede Apostólica, aceptar nuevas parroquias; y en cuanto á las que posean legítimamente, se observarán las prescripciones canónicas, y en especial las Constituciones de Benedicto XIV *Firmandis* de 1744 [1], y de León XIII *Romanos Pontífices* de 1881 [2].

303. En cuanto á las ordenaciones de Regulares y á su expulsión del propio Instituto, obsérvense al pie de la letra los mandatos Apostólicos, particularmente el decreto *Auctis admodum* de la S. Congregación de Obispos y Regulares, de 4 de Noviembre de 1892 [3]. Exhortamos á todos los Ordinarios á que siempre que se les presente algún Regular con el fin de obtener la secularización, procuren con serias observaciones apartarlo de su propósito; en la inteligencia que nunca, ó casi nunca, se alegan legítimas causas: no hagan nada, por consiguiente, sin haber antes pedido el parecer del Prelado regular. No den á los secularizados cura de almas ni licencias de confesar, sin tomar las debidas precauciones y consultar á su antiguo superior; y siempre que se pueda, traten de colocarlos en lugares donde no tenga casas la Orden de que salieron, no sea que debiliten la vocación de alguno de sus compañeros, ó cause extrañeza en el pueblo.

[1] V. Appen. n. XIII. — [2] Appen. n. XLVI. — [3] V. Appen. n. LXXXVI.

304. Praeter supra designatos casus, Regulares Episcopis subiiciuntur quoad alia plurima, ex quibus pro praxi speciatim aliqua adnotanda censuimus, quae idcirco in Appendicem referri mandamus [1]. Ea quidem intelligenda sunt de omnibus Regularibus generatim, et iuxta instructiones, declarationes et decreta Sanctae Sedis; salvis tamen specialibus privilegiis, si quae alicui Ordini, provinciae vel monasterio certo concessa fuerint, quoad unum vel plures ex casibus in dicta Appendice designatis; quod quidem haud praesumendum est, sed probandum ad normam iuris.

305. Denique, si non obstantibus synodalibus hisce dispositionibus et monitionibus, aliqua gravis difficultas inter Episcopum et Regulares suscitetur, vel Superiores locales graviter negligentes existant in regulari conversatione subditorum procuranda, res per ipsum Episcopum et respectivum Superiorem Provincialem vel Generalem prudenter et ad normam iuris componatur; quod si optatus finis haud obtineri possit, omisso omni strepitu, totum negotium definiendum deferatur ad Sanctam Sedem. Demum, utrumque Clerum, saecularem scilicet et regularem, eorumque Moderatores, hortamur his verbis Concilii Viennensis, quae in corpus Iuris Canonici (Clementin. lib. 5, tit. 6) relata sunt, quaeque fere ex integro le-

304. Fuera de los casos mencionados, los Regulares están sujetos á los Obispos en otras muchas cosas, de las cuales hemos extractado algunas que insertamos en el Apéndice: [1] Esto ha de entenderse de todos los Regulares en general, y según las instrucciones, declaraciones y decretos de la Santa Sede; salvos los privilegios especiales que tal vez se hayan concedido de cierto á algún Orden, provincia ó monasterio, de que hemos puesto algunos ejemplos en el Apéndice. En toda esta materia no valen presunciones, sino que se necesitan pruebas conforme á derecho.

305. Por último, si no obstante estas disposiciones y advertencias conciliares, se suscitase alguna grave dificultad entre el Obispo y los Regulares, ó los Superiores locales fueren gravemente negligentes en procurar la observancia entre sus súbditos, el asunto se arreglará prudentemente y conforme á derecho entre el Obispo y el respectivo Superior Provincial ó General; y si no se lograse el fin deseado, sin estrépito ni ruido se sujetará todo el negocio al fallo de la Santa Sede. Por tanto, exhortamos á uno y otro clero, secular y regular, y á los superiores de éste, con las palabras del Concilio de Viena, insertas en el Cuerpo de Derecho Canónico, y que casi al pie de la letra se leen en la Encíclica de Pío IX *Ubi pri-*

[1] V. Appen. n. CXXX.

guntur in Epistola Encyclica Pii IX *Ubi primum*, 16 Iun. 1847: « Quia una est regularium et saecularium, praelatorum et subditorum, exemptorum et non exemptorum, universalis Ecclesia, extra quam nullus omnino salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una fides et unum Baptisma, decet, ut omnes qui eiusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, et sicut fratres ad invicem vinculo caritatis sint adstricti. Decet igitur, et ut praelati et alii, tam exempti quam non exempti, suis iuribus sint contenti, et alter in alterius iniuriam non prosiliat seu iacturam ».

mum de 16 de junio de 1847; « Siendo una y la misma, la Iglesia universal de regulares y seculares, Prelados y súbditos, exentos y no exentos, fuera de la cual nadie puede salvarse; y siendo uno el Señor de todos, una la fe y uno el bautismo, conviene que todos los que al mismo cuerpo pertenecen, tengan una sola voluntad, y como hermanos, estén ligados mutuamente con el vínculo de la caridad. Es justo, por tanto, que así los Prelados como los que no lo son, los exentos y los no exentos, se contenten con sus propios derechos, sin causarse los unos á los otros daño alguno ó usurpación ».

Caput XV.
De Monialibus seu Mulieribus Votorum solemnium.

306. Sacrae Virgines, quae ex doctrina S. Cypriani [1] veluti flores ecclesiastici germinis et illustrior portio gregis Christi merito celebrantur, peculiarem Episcoporum sollicitudinem postulant.

307. Nemo, praeter Summum Pontificem, Regulis a Sancta Sede approbatis quidquam addendi, aut detrahendi, aut aliquam quacumque ex ratione variationem afferendi, potestatem habet. Igitur, haud tolerandum est, ut huiusmodi Regulae typis edantur vel referantur quomodolibet mutatae; sed prout iacent, de verbo ad verbum, absque

Capítulo XV.
De las Monjas y Mujeres de votos simples.

306. Las Vírgenes sagradas, que según la doctrina de S. Cipriano [1] se veneran como flores del jardín de la Iglesia, y como la más escogida parte del rebaño de Cristo, reclaman la particular solicitud de los Obispos.

307. Nadie, fuera del Sumo Pontífice, tiene facultad de añadir, ó quitar, ó cambiar un ápice á las reglas aprobadas por la Santa Sede. Por consiguiente, no ha de tolerarse que estas reglas se impriman ó circulen, con alteraciones: pues deben publicarse y guardarse tal como están, al pie de la letra, sin la más mínima varia-

[1] Lib. de habit. virg. Cfr. Conc. Prov. Raven. an. 1855, p. 4. cap. 7.

vel minima variatione, referri et, secluso speciali privilegio apostolico, servari debent [1].

308. Constitutiones, sive locales, sive regionales, sive generales, Monialium, sub Regula approbata, ut par est, viventium, quamvis solo iure consuetudinario seu dioecesano olim conditae fuerint, iuxta hodiernam Sanctae Sedis praxim, omnino subiiciuntur approbationi, correctioni et revisioni S. Congregationis Episcoporum et Regularium; ita ut, post revisionem, correctionem et approbationem, neque modificari neque variari possint, absque licentia eiusdem Sacrae Congregationis. A fortiori autem ad Sanctam Sedem recurrendum erit, si agatur de novis Constitutionibus edendis vel introducendis. Monemus igitur Ordinarios, ut, in re tanti momenti, nihil decernant inconsulta Sancta Sede, et nonnisi auditis omnibus Monialibus [2].

309. Si Constitutionibus Monialium adnexum est « Directorium » sive « Manuale » seu Caeremoniale monasticum et extraliturgicum, ea a Sancta Sede minime probari solent, sed propriis Monialium Praelatis subiiciuntur, a quibus cavendum omnino est, ne quid contineant a decretis et mente Sanctae Sedis alienum, ne insolita pietatis ac devotionis exercitia praescribant, et ne a spiritu proprii instituti deción, salvo especial privilegio Apostólico [1].

308. Las constituciones locales, regionales ó generales de monjas que viven, como es justo, bajo una regla aprobada, aunque hayan sido fundadas en tiempos anteriores por solo derecho consuetudinario ó diocesano, conforme á la práctica actual de la Santa Sede tienen que sujetarse á la corrección y revisión de la S. Congregación de Obispos y Regulares, para que, después de revisadas, corregidas y aprobadas, ya no puedan modificarse ni variarse sin licencia de la misma Sagrada Congregación. Con más razón habrá que recurrir á la Santa Sede si se trata de dar á luz ó introducir nuevas constituciones. Advertimos, pues, á los Ordinarios, que en materia tan importante nada resuelvan sin consultar á la Santa Sede y oir el parecer de todas las monjas [2].

309. Si está anexo á las constituciones un *Directorio* ó *Manual* ó Ceremonial monástico y extralitúrgico, estos no suelen aprobarse por la Santa Sede, sino que se sujetan á los Prelados propios de las monjas, quienes mirarán bien que nada contengan ajeno á los decretos y mente de la Santa Sede, que no prescriban ejercicios no acostumbrados de piedad y devoción, y no se aparten del espíritu del propio

[1] S. C. EE. et RR. pluries, praesertim in *Melevitana* 28 Martii 1851 ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 5. n. 6 seq. — [2] Cfr. Lucidi ibid.

clinent: ideoque, si necessarium fuerit, corrigantur, caute tamen ac prudenter, ne, sub specie zeli, inconstantiae ac pruritui novitatum indulgeatur [1].

310. Quoad legem clausurae, serventur leges canonicae et praesertim gravissima haec praescriptio Concilii Tridentini, dicentis: « Bonifacii VIII Constitutionem, quae incipit *Periculoso*, renovans Sancta Synodus, universis Episcopis, sub obtestatione divini iudicii, et interminatione maledictionis aeternae, praecipit, ut in omnibus Monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis vero, Sedis Apostolicae auctoritate, clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, et ubi inviolata est, conservari maxime procurent; inobedientes atque contradictores, per censuras ecclesiasticas aliasque poenas, quacumque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis » [2]. - Sub lege Clausurae comprehenduntur etiam Conversae et aliae, quocumque nomine nuncupentur, in eodem Monasterio degentes [3]. - Excommunicationem Romano Pontifici reservatam incurrunt: violantes clausuram Monialium, cuiuscumque generis aut conditionis, sexus vel aetatis fuerint, in earum monasteria absque legitima licentia ingredien-

Instituto. Por tanto, si necesario fuere, se corregirán, pero con cautela y prudencia, no sea que con apariencia de celo, se dé lugar á la inconstancia ó al prurito de novedades [1].

310. Tocante á la clausura, obsérvense las leyes canónicas, particularmente esta gravísima prescripción del Concilio de Trento: « Este Santo Concilio, revocando la Constitución de Bonifacio VIII que empieza *Periculoso*, manda á todos los Obispos, invocando el juicio de Dios, y con amenaza de eterna maldición, que en todos los monasterios á ellos sujetos, con su propia autoridad, y en los que no lo estuvieren con la de la Santa Sede Apostólica, procuren con todo empeño restablecer la clausura de las monjas, donde se hubiere violado, y conservarla en su pleno vigor donde no se hubiere relajado, obligando á los desobedientes y opositores, con censuras ecclesiásticas y otras penas, desechando toda apelación, é invocando, donde fuere necessario el auxilio del brazo secular » [2]. En la ley de la clausura están comprendidas las conversas y demás personas, sea cual fuere su denominación, que viven en el mismo Convento [3]. Incurren en excomunión reservada al Romano Pontífice: los que violan la clausura de las monjas, sea cual fuere su clase ó con-

[1] Cfr. cit. decr. S. C. EE. et RR. in *Melevitana* 28 Martii 1851, ap. Lucidi ibid. n. 17. — [2] Conc. Trid. sess. 25. cap. 5 de regul. — [3] Const. *Circa Pastoralis* S. Pii V. 29 Maii 1566.

do; pariterque eos introducentes vel admittentes; itemque Moniales ab illa exeuntes extra casus ac formam a S. Pio V in Constitutione *Decori* praescriptam [1].

311. Constitutio autem *Decori* [2], quae plenum ubique vigorem habet, non obstante quacumque contraria consuetudine [3], vetat omnino Moniales, quavis occasione et praetextu, etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum, parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum, e proprio monasterio egredi. Excipitur casus magni incendii vel infirmitatis leprae aut epidemiae, quae tamen infirmitas ab Ordinario loci, siquidem monasterium sit ipsius iurisdictioni subiectum, ab Ordinario vero simul et a Praelato Regulari, cui monasterii cura incumbit, si sit exemptum, antea cognoscenda est, atque exeundi licentia in scriptis concedenda. Sed nec in praedictis casibus, extra claustra, nisi ad necessarium tempus, eis manere licet.

312. Fundatores monasteriorum monialium non possunt eorumdem clausuram ingredi, nec a monialibus recipi, nisi in Litteris Apostolicis erectionis id expresse caveatur [4], vel nisi obtinuerint speciale Indultum Sanctae Sedis.

dición, su sexo ó edad, entrando en sus conventos sin legitima licencia; igualmente las que los introducen ó reciben; asimismo las monjas que salen de ella fueras de los casos y forma que prescribe S. Pío V en su Constitución *Decori* [1].

311. La Constitución *Decori* [2], que está en pleno vigor en todas partes [3], prohibe á las monjas salir del propio monasterio, sea cual fuere la ocasión ó pretexto, aun de enfermedad; ó de visitar otros conventos á aquel sujetos, ó las casas de sus padres ó parientes. Se exceptúa el caso de grande incendio, ó de lepra, ó de epidemia; pero en este caso el Ordinario del lugar, si está sujeto el convento á su jurisdicción, ó el Ordinario juntamente con el Prelado regular á quien esté sujeto el monasterio, si es exento, deberán conocer previamente la enfermedad, y dar por escrito la licencia de salir. Empero, aun en estos casos, sólo es lícito permanecer fuera del claustro el tiempo necesario.

312. Los fundadores de los conventos de monjas no pueden entrar dentro de la clausura, ni ser recibidos por las monjas, si esto no está declarado expresamente en las Letras Apostólicas de erección [4], á no ser que hubieren obtenido especial indulto de la Santa Sede.

[1] Pius IX. Const. *Apostolicae Sedis.* — [2] Edita IX Kal. Febr. 1570. — [3] S. Offic. 22 Dec. 1880 (Coll. P. F. n. 438). — [4] S. C. EE. et RR. 17 Augusti 1629, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 5. n. 89.

313. Non possunt Moniales quacumque occasione transferri de monasterio in monasterium, sine speciali licentia Sedis Apostolicae, toties quoties obtinenda, neque ratione prioratus vel alterius officii, nisi aliter in Constitutionibus a Sancta Sede approbatis cautum fuerit, neque ex causa seditionis, incorrigibilitatis, seu criminis perpetrati neque Episcopus potest auctoritate propria permittere, ut recipi possint, in monasteriis clausurae subiectis, mulieres, quae ingredi cupiunt veluti pensionariae [1]. Confessario sacramenta infirmis ministraturo, clausuram ingredienti, si sit saecularis, binae Moniales comites ire debent, et dum audit Monialis infirmae confessionem, cellae ianua remanere debet aperta, et ambae comitatrices ad eamdem cellae ianuam, ita ut, ibi manentes, confessarium et infirmam commode cernere possint, audire tamen non possint [2]: si vero regularis sit, nunquam ingrediatur nisi cum socio, qui sit probatae vitae et maturae aetatis, semperque maneat in ea parte monasterii, qua confessorem videre, et ab ipso videri semper possit [3].

314. Loca in quibus excipi solent confessiones Monialium claustralium habenda sunt ut loca destinata ad audiendas confessiones, seu ut vera confessionalia. Idem dicendum est

313. No pueden las monjas en ninguna ocasión trasladarse de monasterio á monasterio, sin especial licencia de la Sede Apostólica, que se deberá pedir cada vez, ni por razón de priorato ú otro cargo, salvo que las constituciones aprobadas por la Santa Sede otra cosa expresaren, ni por causa de sedición, de incorregibilidad, ó de algún crimen; ni puede el Obispo por su propia autoridad permitir que se reciban en los conventos sujetos á clausura, las mujeres que quieren entrar como pensionistas [1]. Acompañarán al confesor que penetra en la clausura para administrar los sacramentos á una enferma, si pertenece al clero secular, dos monjas; y mientras oye la confesión de la enferma quedará abierta la puerta de la celda, y las monjas acompañantes se quedarán junto á dicha puerta, de modo que puedan ver fácilmente, pero no oir, á la penitente y al confesor [2]; y si éste fuere regular, nunca entrará sino es con un compañero de vida ejemplar y edad madura, el cual permanecerá siempre en una parte del convento en que pueda ver de continuo al confesor y ser visto por éste [3].

314. Los lugares en que acostumbran oirse las confesiones de las monjas enclaustradas, deben considerarse como verdaderos confesonarios. Otrotanto ha de decirse

[1] S. C. EE. et RR. 16 Iulii 1884 (Coll. P. F. n. 440). — [2] S C. EE. et RR. 13 Sept. 1583, ap. Lucidi, de Viss. SS. Lim. cap. 5. n. 79. — [3] Alexander VII. Const. *Felici*, 20 Oct. 1664.

de locis, ad eorumdem formam constructis, in quibus excipiuntur confessiones mulierum degentium in domibus, quae vulgo dicuntur *Conservatorios*, *Retiros*. Et talia censenda sunt non solum quoad Moniales et alias degentes in praedictis domibus, sed etiam quoad mulieres extraneas [1]. Insuper confessionalia Monialium non possunt esse in Sacristiis, neque in aliis locis occultis, neque in domibus quas inhabitant confessarii; sed extare debent in exterioribus ecclesiis monasteriorum [2].

315. Haud tolerandum est quod Moniales utantur confessionario vel fenestella communionis vel cratibus, in ecclesia existentibus, pro locutorio [3].

316. Mandatum Sanctae Sedis de immutandis quolibet triennio Sanctimonialium Confessariis, pluries ab ipsa Sancta Sede innovatum, quamvis non importet invaliditatem confessionum, sedulo tamen diligenterque servandum est: ideoque confessarii Monialium, absque eiusdem Sanctae Sedis speciali indulto, non possunt in officio ultra triennium perdurare. Regulares, seclusa apostolica dispensatione, eligi non possunt uti ordinarii Monialium Episcopis immediate subiectarum confessarii; secus uti extraordinarii. Ut autem, in re tanti momenti, ad nor-

de los lugares que á imitación de estos se construyen para oir confesiones, en las casas llamadas *Conservatorios* ó *Retiros*. Y deben considerarse tales, no sólo con respecto á las monjas y demás personas que en ellas viven, sino también para las mujeres extrañas [1]. Los confesonarios de las monjas no pueden estar en las sacristías, ni en otros sitios ocultos, ni en las casas de los confesores, sino en las Iglesias exteriores de los monasterios [2].

315. No puede tolerarse que las monjas se sirvan del confesonario, ó de la ventanilla de la comunión, ó de las rejas de la Iglesia, para locutorio [3].

316. El mandato de la Santa Sede de cambiar cada tres años los confesores de monjas, varias veces reiterado por la misma Santa Sede, aunque no entrañe la nulidad de las confesiones, debe, no obstante, observarse con fidelidad y constancia; por tanto, los confesores de monjas, sin especial indulto de la Santa Sede, no pueden durar en su oficio más de un trienio. Los Regulares, sin dispensa Apostólica, no pueden ser elegidos para confesores ordinarios de monjas inmediatamente sujetas al Obispo; pero sí como extraordinarios. Para proceder con-

[1] S. Offic. 23 Nov. 1874 (Coll. P. F. n. 435). — [2] S. C. C. 29 Nov. 1605; 7 Martii 1617; 20 Sept. 1642, ap. Ferraris, v. *Confessarius* art. 4. n. 69. — [3] S. C. EE. et RR. 30 Oct. 1706; 22 Sept. 1651, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. can. 5. n. 138.

mam iuris procedatur, Ordinarii prae oculis habeant Constitutionem *Pastoralis curae* Benedicti XIV, 5 Aug. 1748, nec non Decretum *Quemadmodum* S. Congregationis Episcoporum et Regularium, editum die 17 Dec. 1890. circa manifestationem conscientiae, confessiones et communiones Monialium et Sororum, cum recentioribus eiusdem decreti declarationibus: quod quidem decretum in publica earum mensa statuto tempore legendum est [1]. Ad vitandam autem omnem indiscretam agendi rationem circa designationem confessariorum Monialium et Sororum, Ordinariorum erit ad novum examen revocare confessarios earumdem Monialium seu Sororum, quoties in Domino expedire iudicaverint.

317. Sponsae Agni immaculati, qui pascitur inter lilia, virginitatis florem omni custodia servent, cavendo diligentissime ab omni sive interno sive externo tam pretiosi thesauri insidiatore. Praefectis et praesidibus suis, quam spoponderunt obedientiam, ne retenta quidem voluntatis libertate, prompto hilarique animo constanter praestent. Religiosam vero paupertatem ita studiose sectentur, ut vere Dominum sibi in partem haereditatemque elegisse demonstrent. Haec et si quae alia sunt suae Regulae et Ordinis vota et praecepta, ad

forme á derecho en materia tan importante, los Ordinarios tendrán presentes, la Constitución de Benedicto XIV, *Pastoralis Curae* de 5 de Agosto de 1748, y el Decreto *Quemadmodum* de la S. Congregación de Obispos y Regulares de 17 de Diciembre de 1890, sobre la manifestación de la conciencia, las confesiones y las comuniones de las monjas y hermanas, con las recientes declaraciones del decreto: el cual tiene que leerse periódicamente en el refectorio de aquellas [1]. Para evitar toda indiscreción en el nombramiento de confesores de monjas y hermanas, podran los Ordinarios llamar á nuevo examen á los confesores de las mismas, siempre que en conciencia lo juzguen necesario.

317. Las esposas del Cordero Inmaculado que pace entre azucenas, guardarán con todo ahinco la flor de su virginidad, precaviéndose con diligencia de toda asechanza, interior ó exterior, que tienda á robarles tan precioso tesoro. Con prontitud y alegría presten á sus superioras la obediencia que les juraron, no conservando ni aun la libertad de albedrío. Observen con tal rigor la pobreza religiosa, que puedan de veras probar que han elegido al Señor por toda herencia. Guarden exacta y fielmente las Vírgenes consagradas á Dios, estos y los demás

[1] V. Appen. n. LXIX. Cfr. Mach, Tes. del Sac. n. 650, et Coll. P. F. n. 2156, 2157.

eorum respective essentiam pertinentia, exacte et fideliter virgines Deo dicatae exequantur [1].

318. In administratione bonorum temporalium Monasteriorum, exacte observandum erit id, quod est in propriis Constitutionibus a Sancta Sede approbatis praefinitum, tum circa Officiales eidem administrationi deputatas et earum dependentiam a respectivis Superiorissis, tum circa redditionem rationum proprio Ordinario, statutis temporibus et forma faciendam, iuxta Constitutiones et Decreta Apostolica [2].

319. Numerus Monialium in unoquoque monasterio debet esse saltem duodecim. Nec numerus Monialium debet esse maior numero cellarum. In praefixione autem numeri, distingui debent separatim, quot debeant esse moniales velatae, quot conversae, et quot aliae personae externae monasterii reditibus sustentandae. Et numerus conversarum ita computatur, ut una pro tribus quibuslibet monialibus praefiniatur [3].

320. Communis vitae rationem, tamquam regularis disciplinae fontem omniumque virtutum praesidium, amplectantur [4]. Quare Episcopi prae oculis habeant decretum S. C. Concilii in « Vallisoletana » anni 1601, in quo dicitur: « Re-

votos y preceptos, pertenecientes á la esencia de su orden y regla [1].

318. En la administración de los bienes temporales de los conventos, se observará al pie de la letra lo que se halla determinado en sus constituciones aprobadas por la Santa Sede, tanto sobre las mismas monjas empleadas en la administración y su dependencia de las Superioras, como sobre la rendición de cuentas al propio Ordinario, que se hará en el tiempo y forma debida, conforme á las Constituciones y Decretos Apostólicos [2].

319. El número de monjas en cada monasterio debe ser á lo menos doce. El número de monjas tampoco debe exceder al de celdas. Al prefijar el número deben distinguirse cuántas han de ser monjas de velo, cuántas conversas, y cuántas las personas extrañas, que deban sustentarse con las rentas del convento. El número de las conversas se calcula de modo que haya una por cada tres monjas de coro [3].

320, Abrazarán el método de la vida común como fuente de la disciplina religiosa y baluarte de todas la virtudes [4]. Por lo cual tendrán los Obispos á la vista el decreto de la S. Congregación del Concilio en la causa de Valladolid, del año de

[1] Conc. Prov. Ravennat. an. 1855, p. 4. cap. 7. — [2] Const. Greg. XV *Inscrutabili*, 5 Febr. 1622. — [3] S. C. EE. et RR. 18 Dec. 1600; 22 Iul. 1601; 21 Febr. 1620; 30 Iul. 1627; 6 Nov. 1695, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 5. n. 175. — [4] Cfr. Conc. Ravennat. an. 1855, p. 4. cap. 7.

gularibus, sive viris sive mulieribus, non licere quidpiam proprium possidere, sed quidquid acquisiverint, et ex donatione vel eleemosyna a parentibus vel aliunde obtinuerint, recta ad manus Superioris esse deferendum, qui prius prospicere debebit necessitatibus illius, cuius opera vel contemplatione partum fuerit, et reliquum in totius monasterii usum convertere » [1]: quoad vero modum instaurandae vitae communis, attendant ad normas, quas tradit Benedictus XIV *de Syn. libro 13. c. 12.*

321. Nulla puella sive ad habitum sive ad votorum emissionem assumatur, nisi antea Episcopus per se, vel per Vicarium suum generalem, vel per alium ab eo deputatum, illius voluntatem diligenter exploraverit [2].

1601, que dice: « No es lícito á los Regulares, sean hombres ó mujeres, poseer nada propio, sino que cuanto adquirieren ó por donación ó limosna de sus padres, ó de otro modo, lo entregarán inmediatamente al Superior, quien mirará primero á las necesidades de la persona, por cuyo empeño, ó para cuyo provecho se ha adquirido, y emplearán el resto en utilidad de todo el convento » [1]. Sobre el modo de restablecer la vida común, atiendan á las reglas que da Benedicto XIV, *de Syn. l. 13, c. 12.*

321. A ninguna niña se dará el hábito ó la profesión sin que antes el Obispo, por sí ó por su Vicario General, ó por otro sacerdote que delegue al efecto, haya explorado minuciosamente su voluntad [2].

CAPUT XVI.

De Institutis Votorum simplicium.

322. Ne in Ecclesia Dei, sub specie maioris boni vel praesentis necessitatis, aliquid periculi vel incommodi suboriatur, iuxta mentem Concilii Tridentini, nulla nova religiosa Congregatio, sive virorum sive mulierum, in nostris Provinciis, absque Ordinarii licentia et expresso consensu, ac nisi omnibus mature perpensis, propter evidentem animarum utilitatem, instituatur. Quo in casu Ordinarius curet totis viribus, ut nova Congregatio nihil in suis

CAPÍTULO XVI.

De los Institutos de Votos simples.

322. Para que no suceda en la Iglesia de Dios, que bajo la apariencia de un bien mayor ó de necesidades del momento, resulten inconvenientes ó peligros; conforme á la mente del Tridentino, ninguna nueva congregación religiosa, sea de hombres ó de mujeres, se establecerá en nuestras Provincias, sin licencia y expreso consentimiento del Ordinario, y sólo cuando después de ponderarlo con madurez, resulte ser para la evidente utilidad

[1] Lucidi, ibid. n. 125. — [2] Conc. Trident. sess. 25. cap. 17 de regular.

legibus admittat, nihilque ad praxim deducat, quod a legibus, monitis ac mente Sanctae Sedis quomodolibet declinet. Quare prae oculis habeantur Constitutiones a Sancta Sede probatae et decreta ac animadversiones S. C. Episcoporum et Regularium, quae habentur in « Collectanea » eiusdem S. Congregationis. Meminerint tandem Ordinarii, postquam sua in Dioecesi Institutum aliquod approbaverint, illud nunquam, sive a se sive ab alio, ordinaria auctoritate posse supprimi, quatenus scilicet id speciem aliquam alienationis praeseferat, et ideo Apostolicum beneplacitum requirat [1].

de las almas. En cuyo caso procurará el Ordinario con todas sus fuerzas que la nueva congregación nada admita en sus leyes, ni ponga en práctica, que en lo más mínimo se aparte de las leyes, admoniciones ó mente de la Santa Sede. Por lo cual se tendrán presentes las constituciones aprobadas por la misma Santa Sede, y los Decretos y observaciones de la S. Congregación de Obispos y Regulares que contiene la « Collectanea » de la misma Congregación. Recuerden también los Ordinarios, que después de haber aprobado en la diócesi algún Instituto, ni ellos ni ningún otro podrán suprimírlo en virtud de su autoridad ordinaria, en cuanto á que tiene una cierta apariencia de enajenación, y requiere por consiguiente el beneplácito Apostólico [1].

323. Prohibemus igitur vota quae, inscio aut non approbante Episcopo, edandur a quibuscumque fidelibus, tamquam membris alicuius Congregationis votorum simplicium [2]: salvis tamen privilegiis a Sancta Sede alicui Instituto concessis. Scitum vero sit, vota « simplicia », quae in Institutis huius generis, etiam ab Apostolica Sede approbatis, sive « ad tempus » sive « in perpetuum » nuncupantur, semper fore et manere « simplicia » ac nunquam solemnia esse evasura. Attamen, cum haec vota non sint private simplicia, di-

323. Prohibimos, por tanto, que sin conocimiento ni aprobación del Obispo hagan votos cualesquiera personas, declarándose miembros de alguna congregación de votos simples [2], salvos siempre los privilegios concedidos por la Santa Sede á algún Instituto. Sépase, empero, que los votos simples pronunciados en esta clase de Institutos, aunque aprobados por la Santa Sede, sean temporales ó perpetuos, son y se quedan siempre *simples*, y nunca se vuelven solemnes. Sin embargo, como no son votos simples *privados*

[1] S. C. EE. et RR. in Montis-Pessulan. Missionarior. etc. — [2] Cfr. Conc. Prov. Burdigal. an. 1850, tit. 6. cap. 6.

spensari nequeunt ab illis, qui generalem licentiam obtinuerunt dispensandi a votis reservatis.

324. Cum in Congregationibus, in pluribus dioecesibus propagatis, quarum Constitutiones nondum subiectae fuerunt examini, correctioni et approbationi Sanctae Sedis, passim nonnulla bona fide peragantur, quae a legibus et mente ipsius Sanctae Sedis aliena existunt, volumus ut, servatis de iure servandis, Congregationes huiusmodi, quae iudicio Episcoporum in bonam spem Ecclesiae crescunt, statuta sua Sedis Apostolicae iudicio subiiciant et approbationem implorent [1]. Immutatio Constitutionum, semel approbatarum a Sancta Sede, fieri nequit, etiam quoad minimam variationem, absque licentia S. Congregationis [2]. Circa vero Instituta illa, quae dioecesis fines, in qua primitus fundata sunt, non excedunt, immutatio Constitutionum ad Ordinarium loci illius pleno iure pertinebit: quatenus autem in alias etiam Dioeceses diffusa reperiantur, tunc immutationes, vel minimae, Constitutionum, Apostolicae Sedi erunt reservatae. Quoad « Directoria » autem, prae oculis habeantur quae supra, articulo 309, dicta sunt; et in casibus difficilioribus exquiratur mens Sacrae Congregationis.

325. Pro translatione domus principis, in qua residere debent habi-

no los pueden dispensar aquellos que han obtenido licencia general de dispensar de votos reservados.

324. Por cuanto en las Congregaciones que se han propagado en muchas diócesis, sin que sus constituciones se hayan todavía sujetado al examen, corrección y aprobación de la Santa Sede, se practican de buena fe muchas cosas, ajenas á las leyes y mente de la misma Santa Sede, queremos que esta clase de Congregaciones, que á juicio de los Obispos dan esperanzas á la Iglesia, observando cuanto manda el derecho, sujeten sus estatutos al juicio de la Sede Apostólica y pidan su aprobación [1]. En las constituciones una vez aprobadas por la Santa Sede, no puede hacerse ni aun la más leve variación, sin la licencia de la S. Congregación [2]. Con respecto á los Institutos que no pasan de los límites de la diócesi en que primero fueron fundados, la variación de las constituciones pertenece con pleno derecho al Ordinario de ese lugar; pero cuando se han extendido á otras diócesis, los cambios, por leves que sean, están reservados á la Santa Sede. En cuanto á los *Directorios* recuérdese lo que hemos dicho en el artículo 309; y en los casos difíciles acúdase á la S. Congregación.

325. Para la traslación de la *Casa madre*, donde deben residir habi-

[1] Cfr. Conc. Prov. Avenion. an. 1849, tit. 7. cap. 2. — [2] Cfr. Bizzarri « Method. » (in Collectan.) § XVII, 19, et « Noviss. Animadv. » pro Institutis Votorum simpl.

tualiter tum Superiorissa Generalis, tum caetera alia membra Consilii generalis, pro erectione et divisione Provinciarum, pro erigendis domibus Novitiatus, recurrendum erit ad Sacram Congregationem. Absque autem expresso consensu Ordinarii loci, nulla domus erigi poterit [1].

326. Iurisdictionem Ordinariorum, super omnes et singulas domus Institutorum votorum simplicium, religiose ac fideliter agnoscant Superiores et inferiores eorumdem Institutorum, eisque subiaceant, intra limites statutos a Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis et Institutis, omnimoda reverentia ac filiali dilectione. Ordinarii autem meminerint huiusmodi auctoritatem ita intelligendam esse, ut iis, quae generale totius Instituti regimen respiciunt, sese nequeant immiscere, etiamsi primaria Instituti domus, vulgo *Casa madre*, in sua dioecesi reperiatur [2].

327. Non solet generatim Apostolica Sedes approbare, ut quis Episcopus, sive per se, sive per Delegatum, munus gerat Superioris Generalis alicuius Instituti votorum simplicium, ne iurisdictio aliorum Episcoporum, in quorum dioecesibus eiusmodi Instituti domus existunt, laedatur, quae iurisdictio atque auctoritas Ordinariorum semper salva remanere debet, ad normam sacrorum Canonum et Constitutio-

tualmente la Superiora General, y los miembros de su Consejo, para la erección y división de Provincias y para erigir noviciados, se acudirá á la S. Congregación. Sin expreso consentimento del Ordinario, no se puede fundar ninguna casa [1].

326. Superiores y súbditos, reconocerán religiosa y fielmente la jurisdicción del Ordinario, sobre todas y cada una de las casas de los Institutos de votos simples, y se sujetarán á ellos dentro de los límites establecidos por los sagrados cánones, las Constituciones Apostólicas y las del Instituto, con omnímoda reverencia y amor filial. Los Ordinarios á su vez recordarán que esta autoridad ha de entenderse de tal suerte, que en las cosas que miran al gobierno general de todo el Institudo, no podrán ellos mezclarse, aunque la *Casa madre* esté en su diócesi [2].

327. No suele en general la Sede Apostólica aprobar que un Obispo, por sí ó por un delegado, ejerza el cargo de Superior General de algún Instituto de votos simples, para que no se viole la jurisdicción de los otros Obispos en cuyas diócesis hay casas del mismo Instituto, pues la jurisdicción y autoridad de los Ordinarios siempre han de quedar en salvo, conforme á los sagrados cánones, á las Constituciones

[1] Cf. Bizzarri op. et loc. cit. VIII. 9; § IX. 7. — [2] Cf. Declar. Gregorii XVI ad Card. Pedicini in causa Parisiensi, 16 Iun. 1842, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 5. n. 436.

num Apostolicarum et Instituti: et hac de causa ex Constitutionibus, quae eius examini subiiciuntur, expungenda praecipit quae huiusmodi Superioritatem respiciunt. Pertinet vero ad Ordinarios, tamquam Sedis Apostolicae delegatos, praesidere Capitulis Generalibus pro electione Moderatricis Generalis huius generis Sororum, quae suis in Dioecesibus celebrabuntur; subscribere Relationes earumdem status, ad S. Congregationem Episcoporum et Regularium quoque triennio mittendas; et omnes eos actus iure ordinario peragere, qui forum externum respiciunt, e. g. delinquentes extra domum religiosam punire ad tramites iuris; visitationem pastoralem domorum explere, in iis quae spectant catholicam fidem, divinum cultum, sacrorum Canonum et Decretorum sacrarum Congregationum observantiam.

328. Postulantes exhibere debent testimonium Baptismi, Confirmationis et bonorum morum. Episcopus seu Ordinarius loci, in quo habetur Novitiatus, explorare debet voluntatem novitiarum, ante ingressum et ante professionem, iuxta praescriptionem Concilii Tridentini [1]. Dos proportionata ad gradum Choristarum et ad illum Conversarum aequalis esse debet pro omnibus postulantibus eiusdem Instituti, et quidem moderata, ad vitandas fre-

Apostólicas y á las del Instituto; y por este motivo, de las constituciones que se sujetan á su examen siempre manda borrar cuanto se refiere á esta superioridad. Toca, empero, á los Ordinarios, como delegados de la Sede Apostólica, presidir los capítulos generales para la elección de la Superiora General de esta clase de hermanas, que se celebraren en sus diócesis, firmar las relaciones de su situación que cada tres años se envían á la Congregación de Obispos y Regulares; y ejercer por derecho ordinario todos aquellos actos que tocan al fuero externo, como por ejemplo, castigar conforme á derecho á las que delinquen fuera de la casa religiosa, y hacer la visita pastoral de las casas, en lo que toca á la fe católica, el culto divino, y la observancia de los sagrados cánones y los decretos de las sagradas Congregaciones.

328. Las postulantes deben presentar el certificato de bautismo, confirmación y buenas costumbres. El Obispo, ó el Ordinario del lugar en que está el noviciado, debe explorar la voluntad de las novicias, antes de su entrada y antes de la profesión, segun lo mandato por el Santo Concilio de Trento [1]. La dote, proporcionada á la categoría de coristas, y á la de conversas, debe ser igual para todas las postulantes del mismo Instituto, y mo-

[1] Sess. 25. cap. 17 de regular.

quentes dispensationes; eaque condonari non potest, sive ex toto sive ex parte, absque licentia Sanctae Sedis [1]. Quae dos honesto, tuto ac frugifero investimento stabiliatur, quin alium in quemcumque usum impendi liceat, absque Apostolicae Sedis beneplacito; haec vero ex integro restituenda erit, tam iis, quae sponte ab Instituto recesserint, quam his, quae ab eodem dimittentur, salvis fructibus etiam tum decursis, qui in favorem Instituti cedere debebunt [2].

329. Quoad locum Novitiatus, serventur praescriptiones Clementis VIII, ideoque locus huiusmodi ab ea parte domus, seu Collegii, in qua degunt professae, segregatus sit atque distinctus: hortus sit pariter segregatus, quantum fieri poterit. Loci autem novitiatus aditus nemini sive alienae sive propriae domus pateat, praeterquam Magistrae eiusque sociae, ac Superiorissae, quae tamen non sola, sed cum socia, ingredi debet. Clavis autem Novitiatus apud Magistram semper servetur, illique soli liceat, ex gravi tantum causa ingressum illuc alienis permittere [3]. Novitiae, durante toto tempore Novitiatus, non possunt in alias domus, extra domum Novitiatus, mitti; neque occupari possunt in variis Instituti officiis et piis operibus, sed unice in rebus ad Novitiatum pertinentibus, sub diderada, para evitar frecuentes dispensas; y no se puede condonar, en todo ó en parte, sin licencia de la Santa Sede [1]. La dote se colocará de un modo honesto, seguro y productivo, y no es lícito emplearla en ningún otro objeto sin licencia de la Santa Sede; y ha de devolverse íntegra, tanto á las que dejan por su voluntad el Instituto, como á las que son expulsadas, con excepción de los intereses vencidos, que deben quedar en favor del Instituto [2].

329. En cuanto al lugar del noviciado, se observarán las prescripciones de Clemente VIII, y será, por consiguiente, separado y distinto de aquella parte de la casa en que viven las profesas; el jardín será también separado, si fuere posible. Para ninguna, sea de la misma ó de otra casa, estará abierto el noviciado, con excepción de la Maestra y su compañera, y de la Superiora, la cual no entrará sola, sino con una compañera. La llave del noviciado estará siempre en poder de la Maestra de novicias, y ella sola, y por grave causa, podrá permitir á extraños la entrada [3]. Las novicias, durante el período del noviciado, no pueden enviarse á otras casas fuera del noviciado, ni ocuparse en los diversos oficios y obras piadosas del Instituto, pues únicamente deben ejercitarse en las co-

[1] Cfr. Decret. et Animadv. passim. — [2] Decret et Animadv. passim. — [3] Cfr. « Noviss. Animadv. » pro Inst. Vot. simpl.

rectione Magistrae Novitiarum eiusque sociae, se exercere debent [1]. Magistra Novitiarum ab iis omnibus officiis oneribusque vacationem habeat, quae Novitiarum curam et regimen impedire valeant [2].

330. Dispensatio super votis, sive perpetuis, sive ad tempus, ad Apostolicam Sedem spectat [3], si agatur de Congregationibus ab eadem Sancta Sede approbatis; secus, standum est decreto S. Officii diei 2 Aug. 1876 [4]. Pro dimittenda ab Instituto Sorore professa votorum perpetuorum, praeter gravia crimina et incorrigibilitatem, requiritur licentia Sanctae Sedis, salvis tamen specialibus indultis; idque dicendum erit etiam de professis ad tempus, si ad exitum tempus emissae professionis non pervenerint, scilicet si dimissio locum habeat durante professione temporanea. Antequam obtineatur licentia Sanctae Sedis, nulla Superiorissa audeat Sororem indignam de facto dimittere; quod si casus urgeat, ob periculum magni scandali etc., nihil faciat absque expressa licentia Ordinarii [5].

331. Votum obedientiae per se primo et principaliter fit Romano Pontifici, a quo pendet omnis potestas Religiosarum Familiarum et Institutorum seu Congregationum

sas pertenecientes al noviciado, bajo la dirección de la Maestra de novicias y de su compañera [1]. La Maestra de novicias estará libre de todos los demás oficios y cargos que pudieren estorbar el cuidado y gobierno de las novicias [2].

330. La dispensa de votos, perpetuos ó temporales, toca á la Sede Apostólica [3], siempre que se trate de Congregaciones aprobadas por la misma Santa Sede: para las demás hay que atenerse al Decreto del Santo Oficio de 2 de Agosto de 1876 [4]. Para expulsar del Instituto á una hermana profesa de votos perpetuos, además de graves crímenes y de incorregibilidad, se requiere la licencia de la Santa Sede, salvo indultos especiales: otrotanto ha de decirse de las profesas *ad tempus*, cuando no haya aún expirado el tiempo de la profesión, es decir, si la expulsión se verifica durante la profesión temporal. Antes de obtener la licencia de la Santa Sede, ninguna Superiora se atreva á expulsar de hecho á una hermana indigna; y si el caso fuere urgente, por el peligro de grave escándalo etc., nada haga sin la expresa licencia del Ordinario [5].

331. El voto de obediencia *per se*, primero y principalmente se hace al Romano Pontífice, de quien depende tota potestad en las familias religiosas, y en los Institutos

[1] Decret. et Animadv. passim. — [2] Ibid. — [3] Const. *Convocatis* Benedicti XIV, 25 Novemb. 1749. — [4] V. Appen. n. XXXIX. — [5] Cfr. « Animadv. Noviss. » pro Inst. Votum simpl.

ecclesiasticarum. Item ex vi voti obedientiae tenentur Superiores et subditi eorumdem Institutorum obedire S. C. Episcoporum et Regularium, quae instituta fuit a Sixto V in supremum tribunal omnium Regularium: et idipsum respective dicendum est de aliis sacris Congregationibus, praesertim de Propaganda Fide et pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, quando aliquid alumnis Institutorum Regularium praecipiunt. Tenentur insuper, ex vi eiusdem voti obedientiae, obedire Moderatoribus seu Moderatricibus Generalibus, Provincialibus et localibus propriae Congregationis, intra limites statutos a sacris Canonibus et Constitutionibus proprii Instituti. Tenentur tandem obedire, in vim ecclesiasticae iurisdictionis, Ordinariis locorum, tenore sacrorum Canonum et Constitutionum Apostolicarum.

ó congregaciones eclesiásticas. Además, en virtud del voto de obediencia, están obligados los Superiores y los súbditos de los mismos Institutos, á obedecer á la Sagrada Congregación de Obispos y Regulares establecida por Sixto V para que fuera supremo tribunal de todos los Regulares; y lo mismo se ha de entender respectivamente de las demás Sagradas Congregaciones, especialmente de las de *Propaganda Fide* y de Negocios Eclesiásticos Extraordinarios, cuando mandan algo á los miembros de Institutos religiosos. Quedan obligados igualmente, en virtud del mismo voto de obediencia, á obedecer á los Superiores ó Superioras Generales, Provinciales y locales de la propia congregación, en los límites determinados por los sagrados cánones y por las constituciones del Instituto respectivo. Están otrosí obligados á obedecer, en virtud de la jurisdicción eclesiástica, á los Ordinarios de los lugares, conforme á los sagrados cánones y á las Constituciones Apostólicas.

332. Votum igitur et virtus obedientiae fideliter ab omnibus sodalibus servetur, et deficientes ex hoc capite fortiter et suaviter corrigantur et opportune puniantur; qui vero graviter et incorrigibiliter contra obedientiam peccare non timent, praesertim cum scandalo consodalium dimittantur ab Instituto, servatis servandis. Nam omnes memo-

332. Guardarán, pues, con fidelidad todos los miembros de un Instituto el voto y la virtud de la obediencia, y los que faltaren en este punto serán corregidos con rigor y suavidad, y castigados oportunamente; los que no temieren pecar contra la obediencia gravemente y de una manera incorregible, sobre todo si es con escándalo de los

res sint oportet antemurale castitatis et paupertatis, magna ex parte, consistere in fideli redditione voti obedientiae, facta Deo in persona Superiorum. Unde in voto obedientiae nobilissimum et primarium votorum emissorum indesinenter considerent, iuxta illud Ioannis XXII: « Magna quidem paupertas, sed maior integritas; bonum est obedientia maximum, si custodiatur illaesa » [1].

333. Professae in Institutis votorum simplicium dominium radicale, ut aiunt, suorum bonorum retinere poterunt; sed eis omnino interdicta est eorum administratio, et redituum erogatio atque usus, donec in Instituto permanserint. Debent propterea ante professionem cedere, vel etiam private, administrationem et usum, quibus eis placuerit, ac etiam proprio Instituto, si ita pro suo libito existimaverint. Haec vero cessio vim amplius non habebit in casu egressus ab Instituto, quin immo apponi poterit conditio, ut sit quandocumque revocabilis, etiamsi in Instituto permanserint; sed professae, durantibus votis, hoc iure revocandi in conscientia minime uti poterunt, nisi accedente Apostolicae Sedis placito. Quod etiam dicendum est de bonis, quae post professio-

compañeros, se expulsarán del Instituto, *servatis servandis*. Conviene que todos tengan entendido, que el baluarte de la castidad y de la pobreza, consiste en gran parte en la fiel observancia del voto de obediencia, que se presta á Dios en la persona de los superiores. Consideren, pues, el voto de obediencia como el más noble y principal de los votos que han pronunciado, según el dicho de Juan XXII: « Grande es, en verdad, la pobreza; pero mayor es la castidad: la mayor de todas es la obediencia si se guarda sin menoscabo » [1].

333. Las profesas en los Institutos de votos simples, pueden retener el dominio radical, como lo llaman, de sus bienes; pero les está prohibida absolutamente su administración, y la erogación ó el empleo de sus réditos, mientras permanecieren en el Instituto. Deben, por tanto, antes de la profesión, ceder, aunque sea privadamente, la administración y el uso á quien les agrade, y también al propio Instituto, si así lo quisieren. Esta cesión dejará de tener fuerza en caso de salida del Instituto; y aun se podrá poner la condición que sea revocable en cualquiera circunstancia, aun permaneciendo en el Instituto; pero las profesas, subsistiendo los votos, no podrán usar en conciencia de este decreto de revocación, sin licencia de la Sede Apos-

[1] Ioann. XXII. Extrav. tit. 14. cap. 1. *Quorumdam exigit.*

nem titulo haereditario eis obvenerint. Poterunt tamen de dominio, sive per testamentum, sive, de licentia tamen Moderatricis Generalis, per actus inter vivos, disponere; nec eis vetitum est ea proprietatis acta peragere, de licentia eiusdem Moderatricis generalis, quae a legibus praescribuntur [1].

334. Ut Sorores, quae Deo sunt mancipatae, ab omni, in quantum fieri possit, mundano consortio vivant separatae, proprius Episcopus iure meritoque poterit eisdem Clausurae legem iniungere. Ad eliminandos porro et praecavendos omnes abusus, iubemus eas, tum Clausuram « passivam » exacte custodire, ita ut, viris in institutionem educandarum penitus interdictis, neminem, citra praescriptionem, Constitutionem vel Ordinarii licentiam, Claustrum suae domus ingredi, vel in ea immorari permittant; cum Clausuram « activam » observare, strictim legem Socii custodiendo: et proinde nunquam alicui Sorori liceat solam, seu absque Socia, e domo exire, solam itinera conficere, solam in residentia permanere, solam regere scholam separatam. Satagant igitur locorum Ordinarii, ne, sive intra Dioecesim in qua ipsae resident, sive extra, sine eorum licentia, sub datis conditionibus, ac gratis et in scriptis tradenda, eleetólica. Lo mismo hay que decir de los bienes que, después de la profesión, vinieren por título hereditario. Podrán, sí, disponer del dominio, sea por testamento, sea por donación *inter vivos*, siempre que que sea con licencia de la Superiora General; ni les está prohibido, con permiso de la misma, ejercer todos los actos de propiedad que las leyes requieren [1].

334. Para que las Hermanas consagradas á Dios vivan, en cuanto sea posible, separadas del mundo, tiene el Obispo derecho de imponerles la ley de la clausura. Para evitar y precaver todo abuso, mandamos que guarden exactamente la clausura *pasiva*, de manera que, eliminados completamente los varones de la enseñanza de las educandas, á nadie permitan, sin expreso mandato, constitución, ó licencia del Ordinario, entrar dentro de la clausura de la casa, ó vivir en ella; y la clausura *activa*, observando estrictamente la ley del acompañamiento, en virtud de la cual, á ninguna hermana se permitirá salir sola, ó sin compañera, de la casa, viajar sola, permanecer sola en la residencia, ó dirigir sola una escuela separada. Cuiden mucho los Ordinarios, que sin su licencia, la cual con las debidas condiciones darán gratis y por escrito, ni en la diócesi en que ellas residen, ni fuera de ella, anden colectando limosnas. A

[1] S. C. EE. et RR. « Animadv. » passim.

mosynas quaeritent. Numquam vero id permittatur iunioribus: et caveatur, ne post solis occasum extra domum maneant: et, ubi fieri poterit, apud Sorores suae vel alterius Congregationis pernoctent [1].

335. Sedulo studeant Sorores, ad Constitutionum suarum tramites, rerum temporalium administrationem, ea, quae decet Paupertatis votum, observantia, in proprii Instituti bonum procurare. Et meminerint circa hoc, obligationem esse Moderatricis Generalis relationem transmittendi, quolibet triennio, ab Ordinario domus principis subscriptam, ad Sacram Congregationem, a qua pendent, super statu temporalis administrationis Instituti, personarum, domorum, observantiae et Novitiatus. Quo autem diligentius omnis abusus et arbitrii occasio removeatur, constituenda erit arca, tribus diversis clavibus munita, quarum prima penes Moderatricem Generalem, altera penes Oeconomam Generalem, tertia penes primam inter Consiliarias Generales, continuo asserventur. In hac vero, pecunia communis universo Instituto, a Moderatrice Generali cum suis Consiliariis administranda, ac tituli omnes frugiferi, ad eamdem administrationem pertinentes, custodiantur; quae singula, distinctis capitibus adnotentur per manus ipsius Oeconomae, in libro, ad hunc effectum in eadem

las jóvenes no se permita jamás; guárdense de estar fuera de la casa después de la puesta del sol, y donde se pueda, pernocten con las Hermanas de otra Congregación [1].

335. Procuren las Hermanas manejar para bien del propio Instituto la administración de los bienes temporales, con aquella economía que exige el voto de pobreza. Acuérdense que la Superiora General tiene obligación de remitir cada trienio á la Sagrada Congregación de que depende, la relación, firmada por el Ordinario de la Casa madre, del estado de la administración temporal del Instituto, de las personas, de las casas, de la observancia y del noviciado. Para mejor evitar toda ocasión de abuso ó arbitrariedad, se tendrá una caja fuerte, con tres diversas llaves, que se guardarán: una en poder de la Superiora General, otra en el de la ecónoma general, y otra en el de la primera consejera general. Se guardará en ella el dinero común de todo el Instituto, que administrará la Superiora General con sus Consejeras, y los títulos de rentas pertenecientes á la misma administración. Todo esto se asentará, con diverso encabezado, de puño de la misma ecónoma, en un libro que se llevará al efecto, y se guardará en la misma caja, ano-

[1] Concil. Baltimoren. III. an. 1884, n. 94, 95; S. C. EE. et RR. decr. *Singulari*, 27 Martii 1896, V. App. n. LXXXIX.

arca asservato, cum die, mense et anno; nec quidquam, pari methodo servata, inde extrahere liceat, nisi tribus praefatis Officialibus una simul adstantibus ac adnotationem subscribentibus.

336. Meminerint Moderatores seu Moderatrices Sororum, ad alienationem immobilium rerumque pretiosarum non exigui valoris, locationes et conductiones ultra triennium ineundas, hypothecas imponendas, emphytheuses paciscendas, requiri apostolicum beneplacitum [1].

337. Quoad alia, quae vitam ac regimen tum Monialium tum huiusmodi Institutorum respiciunt, Ordinarii sedulo attendant ad leges seu Constitutiones singularum Congregationum ac praesertim ad normas generales Sanctae Sedis, quae facile dignosci possunt per *Collectaneam S. C. Episcoporum et Regularium* et *Collectaneam S. C. de Propaganda Fide* [2]. Denique plurima quae de Monialibus dicta sunt, applicari possunt et debent Sororibus votorum simplicium, praesertim quae leguntur in art. 309, 316, 317, 320, 321.

tando en el lugar conveniente el día, mes y año. Siguiendo el mismo método, nada se sacará sin que estén presentes las tres mencionadas dignitarias, quienes firmarán también los asientos.

336. Recuerden los Superiores y Superioras de Hermanas, que para la enajenación de bienes raíces y de objetos preciosos de no poco valor; para arrendamientos que pasen de tres años, para hipotecas y enfiteusis, se requiere el beneplácito Apostólico [1].

337. Para las demás cosas que atañen á la vida y dirección de las monjas y de esta clase de institutos, atiendan los Ordinarios á las leyes ó constituciones de cada congregación, y principalmente á las normas generales de la Santa Sede, que se pueden leer en las *Colectáneas* de las SS. Congregaciones de Obispos y Regulares y *de Propaganda Fide* [2]. Además, muchas de las cosas que se han dicho de las monjas, pueden y deben aplicarse á las Hermanas de votos simples, sobre todo los artículos 309, 316, 317, 320 y 321.

[1] Extravag.-Com. cap. unic. *de rebus Eccl. non alienandis.* — [2] Utilissimum insuper erit opus cl. Lucidi *de Visit. SS. Liminum*, et Bucceroni tom. IX, *Suppl. ad op. Ferraris*, ed. 1899.

TITULUS IV.

DE CULTU DIVINO

CAPUT I.

De sacrosancto Missae sacrificio.

338. « Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missae sacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebretur, quivis facile existimare poterit, qui cogitarit, maledictum in Sacris Litteris eum vocari, qui facit opus Dei negligenter. Quod si necessario fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum ac divinum a Christifidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in altari per sacerdotes quotidie immolatur; satis etiam apparet, omnem operam, et diligentiam in eo ponendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia et puritate, atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur » [1].

339. Igitur « qui Christo ministrat, S. Ambrosii monitis edoctus..., oportet primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animique languorem, ut corpus et sanguinem Christi ministret. Neque enim potest quisquam peccatis suis aeger, minimeque sanus, im-

TITULO IV.

DEL CULTO DIVINO

CAPÍTULO I.

Del Santo Sacrificio de la Misa.

338. « Cuánto empeño deba mostrarse en que el Santo Sacrificio de la Misa se celebre con reverencia religiosa y alta veneración, lo comprenderá fácilmente quien considere que la Sagrada Escritura apellida maldito al que practica las obras de Dios con negligencia. Si necesariamente confesamos que los fieles no pueden practicar otra obra tan santa y divina como este tremendo misterio, en que la Víctima vivifica que nos reconcilió con Dios Padre, es inmolada todos los días por los Sacerdotes; también es evidente que se debe poner todo empeño y suma diligencia para que se lleve á cabo con la mayor posible pureza y limpieza interior de corazón, y con exterior devoción y manifiesta piedad » [1].

339. Por tanto, « el que es ministro de Cristo, escuchando las lecciones de S. Ambrosio, debe ante todo ser insensible á los atractivos de los placeres, y evitar la interior languidez del cuerpo y del alma, para poder ejercer el ministerio del Cuerpo y la Sangre de Cristo. Mal

[1] Conc. Trid. sess. 22. decr. de observ. et evit. in celebrat. Missae.

mortalium sanitatum remedia ministrare. Vide quid agas, sacerdos! nec febrienti manu corpus Christi adtingas. Prius curare, ut ministrare possis. Si mundos eos, qui ante fuerant leprosi, Christus iubet occurrere sacerdotibus, quanto magis mundum ipsum convenit esse sacerdotem! » [1].

340. Quapropter, cum illa plena formidinis verba apud Apostolum (1. Cor. XI. 29) legamus: *Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini*, singuli sacerdotes, memores divini praecepti, probent seipsos. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, ait Concilium Tridentinum, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat; quod a christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, haec Sancta Synodus perpetuo servandum esse decrevit; modo non desit illis copia confessoris. Quod si, necessitate urgente, sacerdos *(praevio actu perfectae contritionis summa diligentia procurandae)* absque praevia confessione celebraverit, quam primum confiteatur » [2]. Haec autem obligatio confitendi *quam primum* continet

puede aquél á quien tienen enfermo sus pecados y carece de salud, suministrar los remedios de la salud inmortal. Mira bien lo que haces, oh sacerdote, y no toques con mano febricitante el Cuerpo de Jesucristo. Si Cristo manda presentarse á los sacerdotes, una vez limpios, á los que antes eran leprosos; cuánto más limpio debe estar el mismo sacerdote [1].

340. Por tanto, al leer aquellas terribles palabras del Apóstol (1 Cor. XI. 29) *El que come y bebe indignamente, come y bebe su propia condenación no discerniendo el Cuerpo del Señor*, pruébense á sí mismos los sacerdotes, recordando el divino precepto. La costumbre eclesiástica declara, dice el Concilio de Trento, que esa prueba indispensable consiste en que ninguno, con conciencia de pecado mortal, por contrito que crea estar, se acerque á la Sagrada Eucaristía sin haberse confesado sacramentalmente: y esto decretó el Santo Concilio que se observe perpetuamente por todos los cristianos, inclusos los sacerdotes que tienen el deber de celebrar todos los días; salvo que absolutamente les falte confesor. Y si, urgido por la necesidad, algún sacerdote *(previo un acto de perfecta contrición que se debe procurar con gran empeño)* celebrare sin haberse confesado, hágalo cuanto antes » [2]. Esta obligación de confesarse *cuanto antes*, contiene

[1] S. Ambros. de Vid. cap. 10. n. 65. — [2] Conc. Trid. sess. 13. cap. 7 de Euch.

verum praeceptum, non autem consilium tantum, et contraria sententia damnata fuit ab Alexandro VII [1].

341. Parato igitur commendatoque per poenitentiam animo, ad Sacrum faciendum singuli sacerdotes accedant: quae legenda sint iuxta rubricas clara voce exprimantur, omnis linguae festinatio prorsus vitetur; quidquid vel agendum vel ore proferendum est, cum seria mentis consideratione, et quadam totius corporis ad gravitatem et dignitatem compositione, iungatur: ad minus tertiae partis horae spatium in tam augusto mysterio celebrando impendatur: et generatim dimidiam horae partem nullus pro viribus excedat, si celebret coram populo. Qui minus quam tertiam horae partem impendant, opportune moneantur, corrigantur [2].

342. Ut sacerdotes hostiam sanctam ac tremendum sacrificium immolaturi facilius praeparent animam suam, in omnibus sacristiis vel alibi, locus idoneus, sacra aliqua imagine et consuetarum precum tabella instructus, habeatur, ubi sacerdos, alienis curis sepositis, secum reputet peragendi mysterii dignitate, sacrisque peractis, gratias agat Deo suo [3]. Et quoniam, quod maxime dolendum est, non desunt sacerdotes qui non exiguam temporis partem mane conterunt in foro, vel inanibus colloquiis, vel etiam negotiis ipsorum di-

un verdadero precepto, y no sólo un consejo, y la sentencia contraria fué condenada por Alejandro VII [1].

341. Preparada, pues, y purificada el alma por la penitencia, acérquense los sacerdotes á celebrar el Santo Sacrificio; lo que ha de leerse conforme á las rúbricas, pronúnciese con voz clara, y evítese toda festinación en las palabras; lo que se haga ó lo que se rece, sea acompañado de seria meditación interior, y de mucha gravedad y dignidad exterior; gástese lo menos la tercera parte de una hora en celebrar tan augustos misterios; y en lo general nadie pase de media hora si celebra delante del pueblo. Amonéstese oportunamente y corríjase á quien empleare menos de veinte minutos [2].

342. Para que los sacerdotes que van á inmolar la Víctima santa y el tremendo sacrificio, hagan mejor la preparación espiritual, en las sacristías, ó en otra parte, prepárese un reclinatorio, con una imagen y una tabla con las oraciones acostumbradas, donde el sacerdote, haciendo á un lado ajenos pensamientos, medite en la dignidad de los misterios que va á celebrar, y dé gracias á Dios cuando ha terminado el sacrificio [3]. Y por cuanto no faltan sacerdotes, que con lamentable ejemplo, pasan largo tiempo

[1] Prop. 38 damn. die 18 Martii 1666. — [2] Cfr. Bened. XIV. Inst. 34. n. 32. — [3] Conc. Prov. Neapol. an. 1699, tit. 2. cap. 2.

gnitati parum accommodatis, donec celebrandi tempus accesserit: tum ad sacrarium properant, et sacris vestibus induti, vix limen altaris contigerunt, fere intra momentum, Missa iam absoluta, sacrarium repetunt, depositisque sacris ornamentis, ad forum publicasque officinas revertuntur [1]; volumus ut presbyteri certo, notorie et notabiliter negligentes in praeparatione ad Missam, per respectivos Ordinarios serio moneantur.

343. Omnes sacerdotes Missam iuxta ritum, modum ac normam, quae per Missale Romanum traduntur, decantent ac legant [2]. Igitur omnes Ordinarii, dum sollicite curant ut sacris Ecclesiae ritibus debita ab omnibus hora tribuatur, caveant ne sacerdotes aliis quam debitis horis celebrent; neve ritus alios aut alias caeremonias et preces in Missarum celebratione adhibeant, praeter eas quae ab Ecclesia probatae fuerint [3]; et praescriptiones Sacrae Rituum Congregationis servent.

344. Locus celebrandi Missam est Ecclesia consecrata vel saltem benedicta, necnon Oratorium publicum vel semipublicum, legitime erectum. In oratoriis autem mere privatis celebrare non licet, nisi habeatur in-

en la plaza, ó en vanas conversaciones, ó en negocios poco apropiados á su dignidad, hasta que llega la hora de celebrar; luego corren á la sacristía, se revisten á toda prisa y apenas han llegado al altar cuando en un instante terminan la Misa y, despojándose de los ornamentos, vuélvense á la plaza ó á las tiendas [1], queremos que los respectivos Ordinarios reprendan seriamente á los presbíteros que cierta, notoria, y notablemente son negligentes en la preparación á la Misa y en la acción de gracias.

343. Todos los sacerdotes cantarán y rezarán la Misa, conforme al rito, modo y norma que se encuentra en el Misal Romano [2]. Por tanto, los Ordinarios, al procurar solícitamente que á los sagrados ritos de la Iglesia se asigne una hora competente, velen para que los sacerdotes no celebren á una hora indebida, para que no introduzcan en la celebración de la Misa, otros ritos ú otras ceremonias ó preces, fuera de las que han sido aprobadas por la Iglesia [3], y para que observen las prescripciones de la Sagrada Congregación de Ritos.

344. El lugar propio para celebrar la Misa es la Iglesia consagrada ó por lo menos bendita, y el Oratorio público ó semipúblico legítimamente erigido. En los Oratorios meramente privados no es

[1] Bened. XIV. Inst. 34 n. 28. — [2] S. Pius V. Const. *Quo primum*, Missalibus praeposita. — [3] Conc. Trid. sess.22 Decr. de observ. et evit. in celebr. Missae.

dultum apostolicum. In magno populi concursu, cum expressa, et in casu urgentis necessitatis, cum praesumpta Episcopi licentia, celebrare licet ante fores Ecclesiae, modo absit omne periculum irreverentiae.

345. Altare sive fixum, sive portatile, quod pro Missae sacrificio inservit, necessariis sacris reliquiis Sanctorum ditatum sit et immune ab omni execratione. Eius planities operiatur tribus mappis lineis, mundis et benedictis, quarum superior eius longitudinis sit, ut ex utroque latere quasi ad terram pertingat [1]. Idcirco Ordinarii curent ut tollantur abusus, si qui sint, circa numerum mapparum, et adhibeatur unicum tantum corporale. In medio autem altaris, inter candelabra, Crux collocetur cum imagine Crucifixi, quae quidem talis sit, ut facile videri possit a populo, adeoque alta, ut candelabris superemineat [2].

346. Singula sacra paramenta sint unius tantum coloris; quod si alii colores, per modum ornamenti, ut flores, etc. admisceantur, unus praedominetur, et ut talis declaretur et adhibeatur. Igitur reprobanda sunt illa paramenta, in quibus omnes aut saltem diversi colores ita commiscentur, ut nullus praedominans dignosci possit. Tamen paramentum

lícito celebrar, á menos que se tenga indulto Apostólico. Cuando hay grande concurso de pueblo, con la expresa y, en caso de urgente necesidad, con la presunta licencia del Obispo, es lícito celebrar delante de la puerta de la Iglesia, siempre que no haya peligro de irreverencia.

345. El altar, sea fijo ó portátil, que sirve para el sacrificio de la Misa, debe estar enriquecido con las indispensables reliquias de los Santos, é inmune de todo defecto que haga nula su consagración. Se cubrirá su superficie con tres manteles de lino, limpios y benditos, debiendo ser el de arriba bastante largo para que sus extremidades toquen el suelo por ambos lados [1]. Cuiden los Ordinarios de desterrar las abusos, si los hubiere, sobre el número de manteles, y hágase uso de un solo corporal. En medio del altar, entre los candeleros, colóquese la cruz con la imagen del Crucifijo, que debe ser tal que el pueblo la pueda ver fácilmente, y más alta que los candeleros [2].

346. Cada ornamento debe ser de un solo color; y si por vía de adorno se le añaden otros colores, á guisa de flores etc., uno solo ha de predominar, y como tal se declarará y usará. Por tanto, se reprueban esos ornamentos en que todos, ó al menos muchos colores, se mezclan de tal suerte que no pueda distinguirse cuál es el que

[1] S. R. C. 9 Iun. 1899, ad 1 (n. 4029). — [2] S. R. C. passim.

ex aurea textura confectum, pro albo, rubro viridique colore adhiberi potest, non tamen pro violaceo et nigro [1].

347. Hostiae consecrandae sint recentes, ita ut, iuxta S. Carolum Borromaeum, nunquam plus quam viginti dies a sua confectione habeant [2]. Vinum consecrandum debet esse de vite, fermentatum, non mustum, limpidum, non corruptum nec acidum. Ne autem sacrificium nullitati exponatur, singulorum Episcoporum erit opportunas normas et instructiones propriis sacerdotibus transmittere, ut facilior evadat et omnino tuta procuratio legitimae materiae consecrandae, praesertim in regionibus, ubi desideratur cultura tritici et vineae, et hac de causa frequentiores esse solent deceptiones atque adulterationes, tum circa farinam triticeam, tum circa qualitatem vini.

348. Quoniam, ex decreto Innocentii III, *excepto die Nativitatis Dominicae, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare* [3]: sciant omnes sacerdotes, ipsis, in die tantum Nativitatis Domini, et in omnibus et singulis ditionibus Americae Latinae, nulla excepta, in die commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, licere tres Missas celebrare; in aliis vero diebus, unicam. Facultas autem bis

predomina. Los paramentos de tela de oro, pueden emplearse en vez del color blanco, rojo ó verde, pero no del morado ó negro [1].

347. Las hostias que se consagren deben ser nuevas, de suerte que, como manda S. Carlos Borromeo, no tengan de hechas más de veinte días [2]. El vino de consagrar debe ser de uva, fermentado, no mosto, claro, no corrompido ni agrio. Para no exponer á nulidad el sacrificio, tocará á cada Obispo el transmitir á sus sacerdotes las normas é instrucciones que fueren oportunas, para que sea fácil y segura la adquisición de la materia legítima para el sacrificio, sobre todo en las regiones donde no se cultiva el trigo ó la vid, y por esta causa son más frecuentes los engaños y las adulteraciones, tanto por lo que respecta á la harina de trigo, como acerca de la calidad del vino.

348. Por cuanto, según el decreto de Inocencio III, *con excepción del día de la Natividad del Señor, á no ser que la necesidad exija otra cosa, basta al sacerdote celebrar una Misa al día* [3], sepan todos los sacerdotes, que sólo el día de Navidad y, en todas y cada una de las Repúblicas de la América Latina, sin excepción, el día de la Commemoración de los Fieles Difuntos, pueden celebrar tres Misas; en los demás días, una sola.

[1] S. R. C. 28 April. 1866 (n. 3145); 5 Dec. 1868 (n. 3191 ad 4). — [2] Cfr. Mach Tes. del Sac. n. 445. — [3] Cap. *Consuluisti*, de celebr. Miss.

in die celebrandi pro solis casibus necessitatis concedi solet. Porro huiusmodi necessitas non facile praesumenda est; et adesse censetur sive pro sacerdote, « qui duas parochias obtinet, vel duos populos adeo seiunctos, ut alter ipsorum parocho celebranti per dies festos adesse nullo modo possit, ob locorum maximam distantiam », sive « quando una tantum sit ecclesia in qua Missa celebratur, et ad quam insimul universus populus convenire non potest » [1]. Pro casibus et necessitatibus in iure non expressis, standum est tenori facultatum a Sancta Sede Episcopis Americanis concedi solitarum quibus nullus sacerdos uti potest, nisi ex legitima subdelegatione et « dependenter ab Ordinario, ad quem pertinet, tum de vera necessitate, tum de possibilitate canonica remedia applicandi, ferre sententiam » [2].

La facultad de binar sólo se concede en caso de necesidad. Esta necesidad no ha de presumirse tan fácilmente, y se supone que existe para el sacerdote « que tiene dos parroquias, ó dos pueblos tan separados, que uno de los dos no pueda asistir á la Misa de su párroco los días festivos, por la larga distancia » ó « cuando solo existe una Iglesia en que se celebre Misa, y en la cual no pueda estar junto todo el pueblo » [1]. Para los casos y necesidades no expresados en el derecho, hay que atenerse á las facultades que la Santa Sede suele conceder á los Obispos Americanos, y de las cuales no puede usar ningún sacerdote sino por legítima delegación del Ordinario « y con dependencia de él, á quien toca fallar sobre la verdadera necesidad, y la posibilidad de aplicar remedios canónicos » [2].

349. Missae iteratio illicita est diebus festis suppressis, in quibus populus Missam audire non tenetur. Pariter interdicta est in eorum commodum, qui velint praecepto audiendi Missam satisfacere in suis privatis oratoriis, etiamsi agatur de domibus magnatorum. Et consuetudines contrariae non constituunt titulum sufficientem, ut idem sacerdos offerre bis possit uno eodemque die Sanctum Sacrificium. Nec valet ratio paupertatis sacerdotum; *abu-*

349. Es ilícita la binación en los días de fiesta suprimidos, en que el pueblo no está obligado á oir Misa. También está prohibida para complacer á los que quisieran cumplir con el precepto de oir Misa en sus Oratorios privados, aunque se trate de palacios de potentados. Las costumbres contrarias no constituyen suficiente título, para que el mismo sacerdote pueda celebrar dos veces el Santo Sacrificio, en uno y el mismo día. Ni vale la razón de la

[1] Bened. XIV. Const. *Declarasti Nobis*, 16 Martii 1746; Leo XIII Litt. Ap. *Trans Oceanum*, 18 April. 1897. — [2] Cfr. Instr, S. C. de Prop. Fide 24 Maii 1870. V. Appen. n XXXIV.

sus enim esset *intolerabilis*, ait Benedictus XIV, facultas alicui sacerdoti facta iterandi Missam *eum in finem, ut duplici eleemosyna decentius se sustentaret.* Denique interdicta est sacerdoti Missae iteratio, quoties alius haberi possit sacerdos, qui populi necessitati valeat satisfacere, ceu expresse docet idem Benedictus XIV, in Constitutione *Declarasti Nobis* [1].

350. In casu unius parochi cum duabus parochiis, pro certo habendum est *parochum nedum posse, sed plane teneri bis eodem die celebrare.* Quod si, ob praesentiam alterius sacerdotis habilis, binandi facultate aliquibus in casibus uti non possit, tenetur ipse parochus stipendium alteri sacerdoti suppeditare; posita autem eius impotentia, tenetur populus; denique, si neque populus ob paupertatem ad id compelli posset, Ordinarius supplere teneretur [2].

351. Ordinarii sedulo curent, ut, in usu indultorum circa binationem Missae, omnino serventur normae a S. C. de Propaganda Fide praescriptae, in Instructione de Missa bis in die celebranda, edita die 24 Maii 1870, quae, una cum Instructione S. Rituum Congregationis die 11 Martii 1858, et supplemento addito ab eadem S. C. de Propaganda Fide circa modum purificandi calicem qui pro prima Missa inservierit, in Appendice inseritur [3].

pobreza de los sacerdotes; *pues sería un abuso intolerable*, dice Benedicto XIV, *el dar licencia de binar, con el fin de que con doble estipendio se mantenga mejor tal ó cual sacerdote.* Por último, está prohibida la binación, siempre que puede conseguirse otro sacerdote que llene la necesidad del pueblo, como expresamente enseña el mismo Benedicto XIV, en la Constitución *Declarasti Nobis* [1].

350. En el caso de un cura con dos parroquias, es claro que no sólo puede, sino que debe binar. Si por la presencia de otro sacerdote hábil, no pudiere usar en algunos casos de la facultad de binar, tiene el cura que dar el estipendio al otro sacerdote, y si él no puede, la obligación recae sobre el pueblo; y si la pobreza del pueblo es tal que no se le pueda obligar á ello, toca al Ordinario suministrarlo [2].

351. Procuren los Ordinarios que, en el uso de Indultos sobre binaciones, se guarden al pie de la letra las normas prescritas por la S. Congregación *de Propaganda Fide* en la Instrucción de 24 de Mayo de 1870, la cual juntamente con la de la S. Congregación de Ritos de 11 de Marzo de 1858, y el suplemento añadido por la misma S. C. *de Propaganda* sobre el modo de purificar el caliz que sirve para la primera Misa, se encuentra en el Apéndice [3].

[1] Cfr. Instr. S. C. de Prop. Fide 24 Maii 1870. V. Appen. n. XXXIV. — [2] Ibid. — [3] Ibid.

352. Licet cuilibet sacerdoti Missam celebrare, orta iam die [1], atque etiam in aurora, dummodo non ante mediam horam ante lucem [2]. Quoad regiones carentes aurora, idem intelligitur moraliter de tempore, quod aequivalet et correspondet aurorae, hoc est de exordio diei civilis, moralis et usualis, in quo homines diluculo surgere solent ad opera, iuxta receptas et approbatas consuetudines [3].

353. Nemini liceat, etiamsi agatur de Praelatis, Episcopo inferioribus in Missa duos ministros seu inservientes habere, vel quatuor candelas accensas adhibere, sed unum tantum ministrum et duos cereos [4]. Quod de Missis stricte privatis intelligendum est: sed quoad Missas parochiales vel similes, diebus solemnioribus, et quoad Missas quae celebrantur loco solemnis atque cantatae, occasione realis atque usitatae celebritatis et solemnitatis, tolerari potest usus duorum ministrorum et accendendi plusquam duos cereos [5]. In Missis privatis permitti nequit, ut minister aperiat Missale ad designandam Missam [6]. Mulieres servire ad altare non audeant, sed ab illius ministerio repellantur omnino [7]. Urgente autem necessitate, potest sacerdos, omnibus sibi prius commode

352. Puede todo sacerdote celebrar, cuando ya ha amanecido [1], y aun en el momento mismo de la aurora, con tal que no sea más de media hora antes del alba [2]. En las regiones sin aurora, se entiende moralmente del tiempo, que equivale y corresponde á la misma, es decir, del principio del día civil, moral y usual, en que los hombres suelen madrugar para entregarse á sus trabajos, según las costumbres recibidas y aceptadas [3].

353. A nadie será lícito, aun tratándose de Prelados inferiores al Obispo, tener en la Misa dos ayudantes, ó cuatro velas encendidas, sino un solo ministro y dos cirios [4]. Esto ha de entenderse de las Misas absolutamente privadas; pero en cuanto á las Misas parroquiales y otras semejantes, los días solemnes, y á las que se celebran en lugar de la solemne y cantada, con ocasión de la solemnidad real y acostumbrada, se puede tolerar el empleo de dos ministros y de más de dos velas [5]. En las Misas privadas no puede permitirse que el ministro abra el Misal para señalar la Misa [6]. No se atrevan la mujeres á servir al altar; y aléjeseles inexorablemente de este ministerio [7]. En caso de necesidad puede el sacerdote servirse de su ministerio, pero

[1] S. R. C. 10 Ian. 1597 (n. 62). — [2] S. C. C. Ian. 1608. ap. Adone, Syn. Can. III. 1014. — [3] S. R. C. 18 Sept. et 2 Nov. 1634 (n. 614). — [4] S. R. C. 7 Sept. 1850 (n. 2984). — [5] S. R. C. 12 Sept. 1857, ad 7, 8, 9 (n. 3059). — [6] S. R. C. 7 Sept. 1816, ad 5 (n. 2572). — [7] Bened. XIV. Const. *Etsi pastoralis*, 26 Maii 1742.

dispositis, quae ad Sacrificium occurrere possunt, ne mulier inserviat altari, eius ministerio uti tantum pro responsis [1]: proinde tolerari non potest, ut ipsa ad altare accedat; sed a loco separato extra presbyterium respondeat.

354. Secluso speciali apostolico indulto, in Missa, quae celebratur cum cantu, sed sine adsistentia sacrorum ministrorum, non licet thurificationes peragere. Si autem, dum Missa sine sacris ministris cantatur, SS. Sacramentum super altare est expositum, incensationes in Missa pariter omittendae sunt, et SS. Sacramentum incensatur tantum postquam in throno fuit collocatum, et antequam deponatur [2].

355. Omnes et singuli, qui actu curam animarum exercent, etiam amovibiles ad nutum, sive saeculares sint sive regulares, tenentur Missam parochialem applicare pro populo ipsorum curae commisso: quae obligatio declinari non potest vi contrariae consuetudinis [3]. Porro haec applicatio fieri debet, tum omnibus diebus Dominicis, aliisque diebus festis de praecepto, tum diebus festis ex indulto Sanctae Sedis abrogatis; idque sive parochi habeant congruam, sive non; nec possunt iisdem diebus aliam eleemosynam recipere [4]; et quidem, excepto casu verae necessitatis et concurrente causa canosólo para las respuestas [1], habiendo antes arreglado cómodamente todo lo necesario para el sacrificio, de suerte que la mujer no tenga que acercarse al altar; lo cual no podrá tolerarse, pues responderá desde algún lugar separado, fuera del presbiterio.

354. Sin especial indulto Apostólico, en la Misa cantada sin diácono y subdiacono, no se permite el incienso. Aun cuando en esta clase de Misas esté expuesto el Santísimo, se omitirán las incensaciones en la Misa: y el Santísimo Sacramento sólo se incensará al exponerlo y al reservarlo [2].

355. Todos y cada uno de los que actualmente ejercen la cura de almas, aunque sean amovibles *ad nutum*, sean seculares ó regulares, están obligados á aplicar la Misa parroquial por el pueblo que les está encomendado; cuya obligación no puede eludirse en fuerza de costumbre contraria [3]. Esta aplicación debe hacerse, tanto los Domingos, como los días festivos de precepto, y también los días de fiesta suprimidos por indulto de la Santa Sede; y esto, tengan ó no tengan congrua los párrocos; y tampoco pueden recibir otro estipendio esos días [4]; y con excepción de algún

[1] S. R. C. 27 Aug. 1836, ad 8 (n. 2745); 18 Martii 1899, ad 6 (n. 4015). — [2] S. R. C. 18 Martii 1874, ad 1 (n. 3328). — [3] Bened. XIV. Const. *Cum semper oblatas*, 19 Aug. 1744. — [4] Pius IX. Encycl. *Amantissimi*, 3 Maii 1858 (V. Appen. n. XX); S. R. C. 14 Iunii 1845, ad 2 (n. 2892).

nica, parochi ipsi, etiam privatim celebrantes, Missam pro populo applicare debent, non autem per alium sacerdotem [1].

356. Si vero, praeter suam parochiam, aliquis parochus aliam obtinuerit, debet, in unaquaque ecclesia, sive per se sive per alium, applicare pro populo; exceptis tantum parochiis unitis unione plenaria et extinctiva. Parochus enim tenetur, sive per se, sive per alium, ad tot Missas pro populo celebrandas, quot parochias regit. Parochus, duas habens parochias, qui, ob rationabilem causam, non potuit die Dominico vel festo secundam Missam celebrare, tenetur infra hebdomadam applicare Missam pro sua secunda parochia. Idemque dicendum de diebus festis suppressis, in quibus binare non licet [2].

357. Missa pro populo, excepto casu necessitatis, non solum ab ipso parocho, sed etiam in propria Ecclesia, et non in alia, celebrari debet. Parochus, die festo a sua parochia legitime absens, satisfacit applicando Missam pro populo suo, in loco ubi degit. Parochus vero, utcumque legitime impeditus ne Missam celebret, tenetur eam die festo per alium celebrare et applicare facere pro populo, in Ecclesia

caso de verdadera necesidad, y concurriendo causa canónica, los mismos párrocos, aun celebrando privadamente, deben aplicar la Misa *pro populo* personalmente, y no por medio de otro sacerdote [1].

356. Si además de su propia parroquia, tuviere algún cura otra parroquia, deberá en ambas Iglesias, por sí ó por otro, aplicar *pro populo*, con excepción de las parroquias unidas con unión plenaria y *extintiva*. El párroco tiene obligación, personalmente ó por medio de otro, de celebrar tantas Misas *pro populo*, cuantas son las parroquias que gobierna. El cura con dos parroquias, que por causa justa no pueda el día Domingo ó festivo celebrar la segunda Misa, deberá entre semana aplicar la Misa por su segunda parroquia. Otrotanto hay que decir de los días de fiesta suprimidos, en que no se puede binar [2].

357. La Misa *pro populo*, excepto en caso de necesidad, debe celebrarse no sólo por el mismo párroco, sino también en su propia Iglesia, y no en otra. El cura, ausente de su parroquia legitimamente en un día festivo, satisface aplicando la Misa por el pueblo en el lugar donde está. El párroco, imposibilitado legítimamente para celebrar, por cualquier motivo que sea, está obligado á mandarla celebrar y apli-

[1] S. C. C. 25 Sept. 1847, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap 3, n. 371, 373. — [2] S. C. C. 3 Febr. 1884 (Coll. P. F. n. 214).

parochiali: quod si ita factum non fuerit, quam primum poterit, Missam pro populo applicare debebit [1].

358. Ex solemni declaratione SS. D. N. Leonis XIII constat: « Omnes et singulos Episcopos, quacumque dignitate, etiam Cardinalitia, auctos, item Abbates iurisdictionem quasi episcopalem in Clerum et populum cum territorio separato habentes, in Dominicis aliisque festis diebus, qui ex praecepto adhuc servantur, et qui ex dierum de praecepto festorum numero sublati sunt, omni exiguitatis redituum excusatione aut alia quavis exceptione remota, ad Missam pro populo sibi commisso celebrandam et applicandam teneri... Huic officio satisfacturos per celebrationem et applicationem unius Missae pro universo populo sibi commisso, etiamsi duas vel plures dioeceses et Abbatias aeque principaliter unitas regant » [2].

359. Parochos praesertim aliosque divini Verbi praecones, et eos, quibus demandatum est munus erudiendi christianum populum, monemus et hortamur, ut fidelibus populis tam sancti tamque admirabilis Sacrificii necessitatem, praestantiam, magnitudinem, finem, fructus, studiosissime et accuratissime exponant, explicent, ac simul fideles ipsos verbo et exemplo excitent, inflamcar por otro sacerdote el día festivo, en la Iglesia parroquial; y si no se hubiere hecho, aplicará la Misa *pro populo* tan pronto como pueda [1].

358. Por solemne declaración de N. Sño Padre León. XIII consta « que todos y cada uno de los Obispos, sea cual fuere su dignidad, aun la Cardenalicia, y los Abades que tienen jurisdicción cuasi-episcopal con clero y pueblo y territorio separado, los Domingos y dias festivos, tanto los que aún son de guardar como los suprimidos, sin que sirva de excusa la exigüidad de las rentas ú otro cualquier pretexto, están obligados á celebrar y aplicar la Misa por el pueblo que les est'. encomendado.... Cumplen este deber con la celebración y aplicación de una sola Misa por todo el pueblo á su cuidado cometido, aunque tengan dos ó más diócesis y abadías unidas de igual categoría » [2].

359. Advertimos y exhortamos principalmente á los párrocos y demás predicadores de la Divina Palabra, á quienes compete el deber de instruir al pueblo cristiano, que con especial empeño y exactitud expongan á los fieles la necesidad, excelencia, grandeza, fines y frutos de tan admirable Sacrificio, y que al explicarlo exciten á los mismos fieles con la palabra y con el ejem-

[1] S. C. C. 14 Dec. 1872 (Coll. P. F. n. 207. — [2] Leo XIII. Const. *In suprema*, 10 Iun. 1882.

ment, quo eidem Sacrificio, ea, qua par est, fide, religione ac pietate, frequentissime intersint, ut divinam misericordiam, et omne, quo indigent, beneficiorum genus sibi comparare queant [1].

360. Quoniam Concilium Tridentinum [2] praescripsit, ut nullus clericus peregrinus, sine commendatitiis sui Ordinarii litteris, ab ullo Episcopo ad Divina celebranda et Sacramenta ministranda admittatur; praecipimus universis, ad quos spectat, ut documenta, quae a Sacerdotibus exteris proferentur, diligenter expendant; seduloque invigilent, ne quis ignotus et advena Sacrum facere audeat, qui necessarias litteras, ac testimonia ab omni suspicione penitus aliena, antea non produxerit; ne forte, quod Deus avertat, aliquis sacerdotii Ordine minime insignitus, vel irregularis, aut suspensus, ad celebrandum Missae sacrificium accedat.

361. Fiducia, qua fideles retinent, celebrationem triginta Missarum, quae vulgo Gregorianae dicuntur, uti specialiter efficacem, ex beneplacito et acceptatione divinae misericordiae, ad animae a Purgatorii poenis liberationem, pia est et rationabilis; atque praxis easdem Missas celebrandi est in Ecclesia probata. Missae autem Gregorianae applicari nequeunt pro vivis [3].

plo, y los inflamen de modo que asistan frecuentemente al mismo Sacrificio con la fe, religiosidad y piedad que conviene, con el fin de poder alcanzar la divina misericordia y todo género de beneficios [1]

360. Por cuanto el Concilio Tridentino [2] ha prescrito que ningún clérigo extraño, sin letras comendaticias de su Ordinario, sea admitido por ningún Obispo á celebrar los divinos misterios y administrar los Sacramentos, mandamos á todos aquellos á quienes corresponde, que con diligencia examinen los documentos presentados por sacerdotes extrangeros, y velen para que ningún desconocido y extraño se atreva á celebrar, sin haber presentado los papeles necesarios, y testimonios al abrigo de toda sospecha; no vaya á suceder (Dios no lo permita) que alguno, ó sin ser sacerdote, ó estando suspenso ó irregular, se acerque á celebrar el sacrificio de la Misa.

361. La confianza que tienen los fieles, en que la celebración de las treinta Misas llamadas de S. Gregorio es especialmente eficaz, contando con el beneplácito y aceptación de la divina Misericordia, para libertar una alma de las penas del Purgatorio, es piadosa y racional; y la práctica de celebrar dichas Misas está aprobada por la Iglesia. Las Misas de San Gregorio no pueden aplicarse por los vivos [3].

[1] Pius IX. Encycl. *Amantissimi*, 3 Maii 1858. — [2] Conc. Trid. sess. 23. cap. 16 de ref. — [3] S. C. Indulg. 11 Mart. 1884, 24 Aug. 1888. V. Append. n. LI, LX.

CAPUT II.

De cultu Sanctissimi Sacramenti et Sacratissimi Cordis Iesu.

362. Quoniam, ex ineffabili benignitate Dei nostri in augustissimo Eucharistiae sacramento, « hoc nobis cum Coelitibus commune est, ut utrique Christum Deum et hominem praesentem habeamus; sed, quo uno gradu ab iis distamus, illi praesentem beata visione perfruuntur, nos praesentem, et tamen ab oculorum sensu remotum, sacrorum mysteriorum admirabili integumento se occultantem, firma et constanti fide veneramur » [1]; tantum Sacramentum totius viribus et privata ac publica adoratione prosequamur, eiusque saluberrimum cultum, quantum possumus, propagemus.

363. Igitur omnes animarum pastores, omnesque Sacerdotes, in publicis concionibus, in catechetica institutione, in sacramenti Poenitentiae administratione, in privatis quoque colloquiis, fideles ardenti zelo hortentur, atque commoneant, ut, quam frequentissime possint, ad visitandum et adorandum amantissimum Dominum ac Salvatorem nostrum concurrant.

364. Sacerdotes autem operibus confirmare non cessent, quod de hoc augustissimo Sacramento faciendum praedicant. Ideoque videan-

[1] Cat. Rom. de Euch. n. 32.

CAPÍTULO II.

Del culto del Santisimo Sacramento y del Sagrado Corazón de Jesús.

362. Por cuanto, por la inefable benignidad de Dios Nuestro Señor « disfrutamos con los Bienaventurados del común beneficio de que unos y otros tenemos á Cristo Dios y Hombre presente, pero nos distinguimos en el grado de que ellos lo gozan presente por clara visión, más nosotros aunque con fe constante y firme lo veneramos como presente, todavia lo tenemos muy apartado de nuestra vista y encubierto con el velo maravilloso de los sagrados misterios » [1] veneremos tan gran Sacramento con todas nuestras fuerzas y con privada y pública adoración, y propapaguemos cuanto esté de nuestra parte su santísimo culto.

263. Por tanto, todos los pastores de almas y todos los sacerdotes, en los sermones, en las instrucciones catequísticas, en la administración del sacramento de la Penitencia y aun en las conversaciones particulares, exhortarán á los fieles con ardiente celo y los animarán á visitar y adorar á nuestro amantísimo Dueño y Salvador, con toda la frecuencia posible.

364. No cesen los sacerdotes de confirmar con las obras, lo que predican sobre el augustísimo Sacramento. Hagan, pues, que los vean

tur a fidelibus prope tabernaculum in adoratione humiliter consistentes, summa reverentia ad tabernaculum accedentes, devotissima veneratione genuflexiones peragentes, et decorem domus Dei indefessa sollicitudine promoventes.

365. Sodalitates SS. Sacramenti in omnibus parochiis instituantur vel instaurentur, et, opportunis regulis, ad hodiernam civitatum christianarum conditionem pro viribus accommodentur, ne in solo solemni apparatu consistant, sed efficaciter adaptentur ad veram praxim vitae christianae. In praecipuis oppidis, curandum est, ut introducatur et vigeat usus perpetuae adorationis, saltem diurnae, SS. Sacramenti.

366. Sub anathematis censura, proscripta fuit a Concilio Tridentino impietas illorum, qui dicunt SS. Sacramentum cultu latriae, etiam externo, non esse adorandum, atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum, neque in processionibus, secundum laudabilem et universalem Ecclesiae sanctae ritum et consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum; aut non licere sacram Eucharistiam in sacrario reservari, vel illam ad infirmos honorifice deferri [1].

367. Privata SS. Sacramenti expositio, seu sacrae pyxidis intra ta-

los fieles en humilde adoración ante el tabernáculo, y llegar á él con gran reverencia, haciendo las genuflexiones con mucha reverencia, y promoviendo con incansable afán el decoro de la casa de Dios.

365. Fúndense ó restablezcanse en todas las parroquias las hermandades del Sñmo. Sacramento, y ajústeseles, en cuanto sea posible, á las circunstancias actuales de los países cristianos, para que no consistan en meras solemnidades y aparato, sino que se acomoden eficazmente á la verdadera práctica de la vida cristiana. En las principales poblaciones procúrese introducir y conservar el uso de la adoración perpetua, por lo menos de día, del Sñmo. Sacramento.

366. Bajo pena de anatema fué proscrita por el Concilio Tridentino la impiedad de aquellos que dicen que el Sñmo. Sacramento no ha de ser adorado con culto de latría, ni aun externo; que, por consiguiente, no se ha de venerar con festividad especial, ni se ha de sacar solemnemente en procesión, según el rito y costumbre laudable y universal de la Iglesia, ni se ha de exponer á la adoración pública; ó que no es lícito conservar la sagrada Eucaristía en el sagrario ó llevarla con pompa á los enfermos [1].

367. La exposición privada del Sñmo. Sacramento, ó sea del copón

[1] Conc. Trid. sess. 13. can. 6. 7. de Euch.

bernaculum, eius ostiolo tantum aperto, licite fieri potest, ex iusta et rationabili causa, absque necessitate Ordinarii veniam obtinendi [1]. Publica autem, seu sacrae Hostiae in ostensorio insertae, et in throno solemni ritu exhibitae, fieri non potest, etiamsi agatur de ecclesiis Regularium, absque Episcopi licentia, gratis concedenda. Singulorum igitur Episcoporum erit id hac in re statuere, quod magis in Domino expedire iudicaverint [2], ac providere de opportunis remediis contra abusus alicubi existentes.

368. Oratio Quadraginta Horarum, in omnibus saltem ecclesiis parochialibus et regularibus, de licentia Ordinarii, statutis diebus, summa devotione et cultus splendore peragatur. Optamus etiam, ut tam salutare exercitium, in omnibus aliis ecclesiis, in quibus legitimo iure asservatur SS. Sacramentum, praevia Episcopi venia, pro viribus perficiatur. Ubi autem, ob speciales locorum et ecclesiarum circumstantias, solemnis haec Oratio fieri non possit, curent Episcopi, ut saltem per aliquas horas continuas, statutis diebus, solemniori cultu exponatur SS. Sacramentum. Cavendum tamen omnino est ne Eucharistiae expositio fiat in Missis solemnibus defunctorum.

369. Processiones Sanctissimi Sacramenti, in festo SS. Corporis Chri-

dentro del tabernáculo, dejando abierta la puerta, puede hacerse lícitamente por algún motivo justo y racional, sin necesidad de pedir licencia al Ordinario [1]. La pública, es decir con la Hostia grande en la custodia, colocada solemnemente en el trono, no puede hacerse, aunque se trate de Iglesias de Regulares, sin licencia del Obispo, quien la dará gratis. Tocará á cada Obispo determinar lo que mejor convenga en el Señor sobre esta materia [2], y tomar las medidas oportunas contra los abusos existentes en algunas partes.

368. La oración de las Cuarenta Horas, al menos en las Iglesias parroquiales y regulares, con licencia del Ordinario y en días prefijados, se hará con gran devoción y esplendor. Deseamos también que este utilísimo ejercicio se extienda, si fuere posible, á todas las demás Iglesias, en que hay legítimamente el Sagrado Depósito, y previa la licencia del Obispo. Donde, por especiales circunstancias de los lugares y las Iglesias, no puede verificarse esta solemne Oración, procuren los Obispos que á lo menos en determinados días se exponga solemnemente el Santísimo Sacramento por algunas horas seguidas. De ninguna manera deberá exponerse el Smo. Sacramento en las Misas solemnes de difuntos.

369. Háganse las procesiones del Smo. Sacramento en la fiesta de

[1] Bened. XIV. Ep. ad Card. Urb. Vic., 27 Iulii 1755. — [2] Ibid.

sti, seu rite statuto tempore, servatisque adamussim apostolicis praescriptionibus, per vias et loca publica decenter ornata, maiori qua fieri poterit solemnitate, peragantur, prudenter remotis omnibus usibus sincerae populorum pietati et tantae solemnitatis religiosae gravitati contrariis. In iis autem locis, ubi extra tempus statutum, ob defectum parochi, permittuntur processiones ad similitudinem processionis Corporis Christi, Episcopi sedulo curent, ut abusus coerceantur et praesertim ut tempus statutum nemini praetergredi liceat.

370. SS. Sacramentum asservandum est in omnibus ecclesiis parochialibus et quasi-parochialibus, etiam ruralibus, et in ecclesiis Regularium tam virorum quam monialium: in aliis autem ecclesiis, sacellis et oratoriis, non licet, absque speciali indulto Sedis Apostolicae [1]. In uno tantum ecclesiae altari servari debet; neque ferri potest consuetudo ipsum asservandi in duobus altaribus, et nonnunquam, occasione novendialis aut alicuius festivitatis, transferendi etiam ad aliud altare, diversum ab illo in quo ordinarie asservatur [2]. In locis, ubi, ex deploranda fidelium negligentia, circa frequentiam S. Communionis Eucharisticae, vel alia de causa, paucae tantum hostiae necessariae sunt, quinque saltem Particulae con-

Corpus Christi, ó en otras épocas, observando al pie de la letra las prescripciones Apostólicas, adornando las calles y edificios públicos, con toda la solemnidad posible, y quitando con prudencia todas las costumbres contrarias á la sincera piedad de los pueblos y á la gravedad religiosa de tan gran solemnidad. En aquellos lugares, en que, por falta de párroco se permiten las procesiones de Corpus fuera de la época acostumbrada, cuiden los Obispos de que se destierren los abusos, y principalmente de que nadie exceda el límite de tiempo prefijado.

370. El Smo. Sacramento ha de conservarse en todas las Iglesias parroquiales y cuasi-parroquiales, aun en el campo, y en las Iglesias de Regulares tanto de hombres como de mujeres; pero no es lícito hacerlo en las demás Iglesias, capillas ú oratorios, sin especial indulto de la Sede Apostólica [1]. El Depósito debe estar en un solo altar de la Iglesia; y no puede tolerarse la costumbre de tenerlo en dos altares, y algunas veces, con ocasión de una novena ú otra festividad, de trasladarlo á otro altar diverso del acostumbrado [2]. En los lugares en donde, por deplorable negligencia de los fieles en recibir la Sagrada Eucaristía, ó por cualquiera otro motivo, se necesitan muy pocas formas, cinco, por lo

[1] S. R. C. 14 Iunii 1646 (n. 895). — [2] S. R C. 14 Martii 1861, ad 13 (n. 3104).

secratae assidue serventur in tabernaculo, quae, octavo quoque die, vel, si loci humiditas id requirat, etiam saepius renoventur [1].

371. Tabernaculum, in quo SS. Sacramentum asservatur, debet esse quam nitidum, affabre elaboratum, ornatum, et conopeo ad instar tentorii decenter opertum, non obstante contraria consuetudine; insuper benedictum [2] « benedictione tabernaculi », ut in Rituali, bene tutoque clausum, atque ita quoque aptatum, ut inde SS. Sacramentum commode depromi possit.

372. Tabernaculum vacuum sit a Reliquiis, vasculo Olei infirmorum, atque alio quocumque vase [3]. Igitur nihil omnino in tabernaculo, praeter vasa SS. Eucharistiam actu continentia, vel nondum purificata, servari potest. Ante illius ostiolum retineri nequit vas florum vel quid simile, quod praedictum occupet ostiolum, potest tamen in humiliori loco [4]; imo nec reliquiae illius Sancti, cuius festum celebratur, non obstante contraria consuetudine [5]; neque superimponi imagines aut reliquiae Sanctorum, nec quidem SS. Crucis, ita ut idem tabernaculum pro basi inserviat [6]. Ante SS. Sacramentum, lampades plures, vel saltem una, diu noctuque, perpetuo

menos, se deberán conservar consagradas en el tabernáculo, que se renovarán cada ocho días, ó más á menudo si la humedad del lugar lo exigiere [1].

371. El tabernáculo en que se deposita la Sma. Eucaristía debe estar limpio, artisticamente construido, bien adornado, y cubierto decentemente con un *conopeo* á guisa de tienda de campaña, no obstante cualquiera costumbre en contrario. Ha de bendecirse con la [2] « *benedictio Tabernaculi* » que se encuentra en el Ritual Romano, estar bien cerrado y con seguridad, y colocado de modo que el Smo. Sacramento pueda sacarse cómodamente.

372. El tabernáculo no ha de tener reliquias, ni la ánfora del Oleo de enfermos, ni otro recipiente cualquiera [3]. Por consiguiente nada ha de haber en el sagrario absolutamente, más que los copones que contienen actualmente la S. Eucaristía, ó que están por purificar. Delante de la puerta no debe ponerse ningun florero, ni otra cosa que la tape [4]; pero sí puede ponerse en un lugar más bajo. Tampoco se deben poner las reliquias del Santo cuya fiesta se celebra, á despecho de cualquiera costumbre en contrario [5]; ni se han de poner encima reliquias de Santos, ni aun de la Santa Cruz, de modo que el sagrario les sirva como de pedestal [6]. De-

[1] S. R. C. 12 Sept. 1884, ad 2 (n. 3621). — [2] S. R. C. 20 Iun. 1899, ad 4 (n. 4035). — [3] Acta Eccles. Mediolan. I. pag. 110. — [4] S. R. C. 22 Ian. 1701, ad 10 (n. 2067). — [5] S. R. C. 6 Sept. 1845 (n. 2906). — [6] S. R. C. 31 Martii 1821 ad 6 (n. 2613); 12 Martii 1836, ad 1 (n. 2740).

colluceant, et quidem non e longinquo vel in choro, sed intra; et ante altare SS. Sacramenti [1]. Generatim, utendum est oleo olivarum: ubi vero haberi nequeat, remittendum prudentiae Episcopi, ut lampades nutriantur ex aliis oleis, quantum fieri possit, vegetalibus [2]. Luce electrica uti non licet ad cultum, sed tantum ad depellendas tenebras Ecclesiasque illuminandas, cauto tamen, ne modus speciem prae se ferat theatralem [3].

lante del Sño. Sacramento varias lámparas, ó cuando menos una, deben arder perpetuamente de dia y de noche, y no de lejos ni en el coro, sino cerca y delante del altar del Sño [1]. Por lo general se ha de usar aceite de olivas; pero donde no pudiere conseguirse, se deja á la prudencia del Obispo, el que se alimenten las lámparas con otra clase de aceite, pero que sea vegetal, si es posible [2]. No es lícito usar luz eléctrica para el culto, sino sólo para evitar la obscuridad é iluminar la Iglesia, y cuidando de no darle un aspecto teatral [3].

373. Non decet sacram Hostiam, in ostensorio exponendam, inter vitreas laminas includere, quarum superficies illam immediate tangat [4]. Neque licet lumen aliquod eo artificio collocare, e parte postica Ostensorii, ut directe illuceat in ipsam Sacratissimam Hostiam, quae exinde lucida appareat [5].

373. No conviene encerrar la Hostia que ha de exponerse en la custodia, entre dos láminas de cristal cuyas superficies la toquen inmediatamente [4]. Tampoco debe colocarse la luz artificiosamente detrás de la custodia para que, hiriendo directamente la Hostia Sagrada, la haga parecer resplandeciente [5].

374. Hortamur omnes sacerdotes, ut frequenter legant, in probatis auctoribus, quae respiciunt cultum SS. Sacramenti, et praesertim decreta Sanctae Sedis, in quibus abusus non pauci hinc inde introducti proscribuntur.

374. Exhortamos á los Sacerdotes á que lean frecuentemente en autores aprobados cuanto concierne al culto del Sño. Sacramento, especialmente los decretos de la Santa Sede en que se proscriben no pocos abusos introducidos en diversos lugares.

375. Studeant quoque omnes christiani iuxta votum SS. D. N. Leo-

375. Esfuércense todos los cristianos, conforme al deseo de N. Sño.

[1] S. R. C. 22 Aug. 1699 (n. 2033). — [2] S. R. C. 9 Iulii 1864 (n. 3121). — [3] S. R. C. 4 Iunii 1895 (3859). — [4] S. R. C. 4 Febr. 1871, ad 4 (n. 3234); 4 Sept. 1880, ad 6 (n. 3524); 14 Ian. 1898 (n. 3974). — [5] S. R. C. 3 Apr. 1821, ad 5 (n. 2613).

nis PP. XIII, amantissimum Cor Iesu, quantum possunt redamare; studeant idem, in tanta temporum iniquitate, non modo neglectu, sed iniuriis etiam et nequioribus quotidie ausibus lacessitum, supplici atque humili obsecratione lenire; studeant scelera pietate, maledicta piis laudibus, contemptum amore rependere [1].

376. Volumus igitur, ut festum Sacratissimi Cordis Iesu, quam solemniter in singulis ecclesiis, praesertim parochialibus, recolatur: et peroptamus, ut in omnibus ecclesiis parochialibus et aliis, in quibus commode fieri possit, singulis feriis sextis, quae primae unoquoque mense occurrunt, peculiares pietatis exercitationes in honorem Divini Cordis, de licentia Ordinarii, saltem mane peragantur; item, huiusmodi piis exercitationibus addere licitum erit Missam votivam Sacri Cordis Iesu, dummodo in illam diem non incidat festum aliquod Domini, aut duplex primae classis, vel feria, vigilia, octava ex privilegiatis, vel commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum [2]. Sciant praeterea omnes fideles, in iis ecclesiis vel oratoriis, ubi, die festo sive proprio sive translato ipsius Sacri Cordis Iesu, coram SS. Eucharistia, divina officia

Padre León XIII, á pagar con amor el amor del Sagrado Corazón de Jesús. Empéñense en ablandarlo con súplicas y humildes oraciones, en estos tiempos calamitosos en que se le aflige todos los días, no sólo con el olvido, sino con injurias y atentados todavía más criminales. Hagan lo posible por compensar los crímenes con piedad, las maldiciones con alabanzas, el desprecio con amor [1].

376. Queremos, por tanto, que la fiesta del Sagrado Corazón se celebre solemnemente en todas las Iglesias, y especialmente en las parroquiales; y deseamos que en éstas, y en todas aquellas donde pueda fácilmente verificarse, todos los viernes primeros de cada mes, al menos por la mañana, se hagan ejercicios especiales de piedad en honor del Divino Corazón, con licencia, por supuesto, del Ordinario. A estos ejercicios piadosos se podrá añadir la Misa votiva del S. Corazón de Jesús, siempre que en ese día no caiga alguna fiesta del Señor, ó algún doble de primera clase, ó feria, vigilia, octava privilegiada, ó la Conmemoración de todos los Fieles Difuntos [2]. Sepan otrosí todos los fieles, que en aquellas Iglesias ú oratorios, donde en la fiesta del Sagrado Corazón de Jesús, sea el mismo día ó en otro á

[1] Leo XIII. Litt. *Benigno*, 28 Iunii 1889. Cfr. Litt. S. R. C. *De cultu SS. Cordis Iesu amplificando*, edit. die 21 Iulii 1899. V. Appen. n. CXXII. — [2] S. R.C. 19 Febr. 1892, ad 3 (n. 3769); 20 Maii 1892 (n. 3773); 30 Aug. 1892, ad 1 (n. 3792); 10 Maii 1895, ad 2 (n. 3855).

persolventur, Clerum et populum, qui hisce officiis intererit, easdem lucrari posse indulgentias quas fidelibus, per octiduum Corporis Christi, divinis officiis adsistentibus, Summi Pontifices largiti sunt [1]. Hortamur etiam omnes parochos et ecclesiarum rectores, ut totis viribus pium mensis SS. Cordis Iesu exercitium promovere curent.

377. Imagines SS. Cordis Iesu, publicae venerationis exponendae, personam Christi Domini, cum Corde exterius patente, non autem solum Cor repraesentare debent. Imagines autem solum Cor Iesu exhibentes, privatae devotioni permittuntur, dummodo in altaribus publicae venerationi colendae non exponantur [2].

378. In saluberrimo cultu SS. Cordis Iesu, sedulo vitetur, sive in invocationibus sive in emblematibus, quidquid novitatem sapit, vel insolitum videtur: et hac in re Ordinarii vigilantissimi sint et prudenti severitate procedant. Sciant quoque fideles, cultum erga SS. Cor Iesu in Eucharistia, non esse perfectiorem cultu erga ipsam Eucharistiam, neque alium a cultu erga SS. Cor Iesu [3].

que se haya trasladado, se celebran los divinos oficios delante del Sño. Sacramento, el clero y el pueblo que á estos asistieren, pueden ganar las mismas indulgencias que han concedido los Sumos Pontifices para el octavario de Corpus [1]. Exhortamos á todos los párrocos y rectores de Iglesias, á que procuren promover con todas sus fuerzas el piadoso ejercicio del mes del S. Corazón de Jesús.

377. Las imágenes del S. Corazón de Jesús que se expongan á la pública veneración, deben representar la persona de Nuestro Señor Jesucristo con su Corazón manifiesto exteriormente, y no el solo Corazón. Las imágenes que representan el solo Corazón de Jesús, se permiten en lo privado, con tal que no se expongan en los altares á la veneración publica [2].

378. En el salubérrimo culto del S. Corazón de Jesús, evítese, ya sea en las invocaciones, ya sea en los emblemas, cuanto tenga resabios de novedad, ó sea poco acostumbrado; y en esto sean muy vigilantes los Ordinarios, y procedan con prudente severidad. Sepan asimismo los fieles, que el culto al S. Corazón de Jesús en la Eucaristía, no es más perfecto que el culto á la misma Eucaristía, ni diferente del culto al S. Corazón de Jesús [3].

[1] Leo XIII. Litt. *Benigno*, 28 Iunii 1889. — [2] S. Off. 26 Aug. 1891 (Coll. P. F. n. 1976). — [3] S. Off. 3 Iun. 1891 (Mon. Eccl. VII. p. 1, pag. 101. Cfr. Raccolta, (n. 121).

379. Hortamur concionatores et sacerdotes omnes, parochos praesertim, ut totis viribus commendare curent devotionem erga SS. Cor Iesu, fideles omnes in Domino excitantes, ut nomen dent piis sodalitatibus eiusdem SS. Cordis, vel piae precantium foederationi, quae *Apostolatus orationis* dicitur.

379. Exhortamos á los predicadores y á los sacerdotes todos, especialmente á los párrocos, á que procuren recomendar con todas sus fuerzas la devoción al S. Corazón de Jesús, excitando en el Señor á todos los fieles, á que se alisten en las pías hermandades del mismo S. Corazón, ó en la piadosa asociación que se titula *Apostolado de la Oración*.

Caput III.

De Cultu Beatae Mariae Virginis.

380. Quaerentes gratiam, per Mariam quaeramus. Igitur hortamur omnes fideles, ut Immaculatam Virginem Mariam, peramantissimam Matrem nostram, « in primo instanti suae Conceptionis, singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Iesu Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae labe praeservatam immunem » [1], firma fide et laetanti corde confitentes, ipsius Immaculatae Conceptionis festum quam solemnissime recolant, et probatas erga tantum mysterium pietatis exercitationes peragant.

381. Sacrorum ministri, in catechesibus, in concionibus et quavis alia opportunitate, pietatem et devotionem erga sanctissimam Dei Ma-

Capítulo III.

Del Culto de la Santísima Virgen María.

380. Cuando buscamos la gracia, busquémosla por medio de María. Exhortamos á todos los fieles á que, confesando con fe firme y corazón lleno de gozo, que la Inmaculada Virgen María, amorosísima Madre nuestra, en el primer instante de su Concepción, por singular gracia y privilegio de Dios Todopoderoso, en vista de los méritos de Jesucristo, Salvador del género humano, fué preservada inmune de toda mancha de pecado original [1], celebren solemnemente la fiesta de dicha Inmaculada Concepción, y practiquen ejercicios de piedad aprobados, en honor de tan sublime misterio.

381. En los catecismos, en los sermones, y siempre que la oportunidad se presente, fomenten los sacerdotes con todo empeño y

[1] Pius IX, Bulla dogm. *Ineffabilis*, 8 Dec. 1854.

trem omni studio et industria foveant; eius dotes ac privilegia, misericordiam et supplicem potentiam pro viribus extollere curent; eius festa, triduanas, novendiales et mensis mariani supplicationes, ardentissimo zelo promoveant; mariana sodalitia in universa Ecclesia vigentia instaurent, confirment vel erigant, servatis de iure servandis.

382. Inter omnia pietatis exercitia erga SS. Deiparam, commendetur praecipue pius ac frequens accessus ad Sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae, in omnibus solemnitatibus marianis. Ex iisdem probatis pietatis exercitiis, promoveantur imprimis quotidiana recitatio Sanctissimi Rosarii, non privata tantum, sed quae iuxta avitam populi latino-americani pietatem, in singulis familiis communiter peragitur, nec non usus scapularis Beatae Mariae Virginis de Carmelo, atque aliorum ab Apostolica Sede approbatorum.

383. Cum autem, ex instauratione antiquissimae et saluberrimae praxis recitationis privatae et domesticae nec non publicae Sanctissimi Rosarii Mariani, innumerabilia prope beneficia, tum singulis fidelibus, tum particularibus familiis, tum toti civitati, teste plurimorum saeculorum experientia, promanare constet, iterum atque iterum omnes et singulos fideles hortamur, ut quotidie

ahinco la devoción á la Santísima Madre de Dios; procuren ensalzar cuanto puedan sus dotes y privilegios, su misericordia y poderosa intercesión; promuevan con ardor la celebración de las fiestas que le están consagradas, triduos y novenas en su honor, y el mes de María; y restablezcan, confirmen ó erijan, *servatis servandis*, las cofradías marianas que florecen en la Iglesia universal.

382. Entre todos los ejercicios de piedad hacia la Madre de Dios, recomiéndese en primer lugar el acercarse con piedad y frecuencia á los Sacramentos de la Penitencia y Eucaristía en todas las solemnidades marianas. Entre los mismos ejercicios de piedad aprobados, promuévase ante todo el rezo cuotidiano del Rosario, no individual, sino como, según antigua costumbre, se practica en la América Latina, en las familias y en común, y también el uso del escapulario de la Santísima Virgen del Carmen, y de otros aprobados por la Sede Apostólica.

383. Como de la restauración de la antiquísima y saludable costumbre del rezo, así privado y doméstico, como público, del santo Rosario de María, resultan innumerables beneficios, así á los individuos como á las familias y á la sociedad, una y mil veces exhortamos á todos y cada uno de los fieles á que procuren rezar todos los días, por lo menos la tercera parte del Rosa-

tertiam saltem Rosarii partem recitare curent. Omnes vero animarum pastores, omnes patresfamilias et domini, per assiduam et indefessam propagationem huiusmodi devotionis, Illam elucidare satagant, quae, potentissimis precibus suis, ad vitam aeternam aditum tutissimum praeparat iis, qui, verbo et exemplo, illius cultum et fiducialem populorum affectum promovere solent. Mense autem Octobri, haec publica Rosarii recitatio solemniter fiat, iuxta iteratas exhortationes et praescriptiones SS. D. N. Leonis XIII, in devotissimis et sapientissimis Litteris Encyclicis de Rosario Mariano.

rio. Todos los pastores de almas, todos los padres de familia y los patrones, esfuércense, con la asidua é incesante propagación de esta devoción, por dar á conocer á aquella que con sus poderosas oraciones, prepara camino segurísimo para la vida eterna en favor de los que, con la palabra y con el ejemplo suelen promover su culto, y excitar á los fieles á tenerle amor y confianza. En el mes de Octubre hágase este público rezo del Rosario con toda solemnidad, conforme á las reiteradas exhortaciones y mandatos de Nuestro Sño. Padre León XIII en sus devotas y sabias Encíclicas sobre el Rosario mariano.

Caput IV.

De Cultu Sanctorum et de Indulgentiis.

384. Quoniam *filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo* (Tob. II. 18); ut, multiplicatis intercessoribus, facilius gratiam nobis largiatur Deus et veniam ac aeterna praemia, omniaque nobis necessaria, Sanctos cum Christo regnantes humiliter ac fidenter invocare assuescant omnes fideles; eorum virtutes recolere et pro viribus imitari studeant; et religiosa laetitia eorum praesertim solemnia celebrare curent, quorum nomine et tutela unusquisque gloriatur, et quos patronos ac speciales protectores designatos

Capítulo IV.

Del Culto de los Santos, y de las Indulgencias.

384. Por cuanto somos *hijos de los santos patriarcas, y esperamos aquella vida que ha de dar Dios á los que siempre conservan en él su fe*, (Tob. II, 18), con el fin de que multiplicándose los intercesores, Dios nos conceda más fácilmente su gracia y perdón, y la vida eterna y otras cosas que nos son muy necesarias, acostúmbrense todos los fieles á invocar con humildad y confianza á los Santos que reinan con Cristo, y á recordar sus virtudes, y á procurar con todo empeño imitarlos. Con religiosa alegría procuren celebrar las principales fiestas de aquellos, de cuyo nombre y

habent tum singulae parochiae, tum propria dioecesis, provincia vel natio.

385. Beatissimi Iosephi, Sponsi B. Mariae Virginis, cultum summa pietate promovere studeant animarum rectores et verbi Dei dispensatores. « Habent *enim* in Iosepho patresfamilias vigilantiae providentiaeque paternae praestantissimam formam: habent coniuges amoris, unanimitatis, fidei coniugalis perfectum specimen: habent virgines integritatis virginalis exemplar eumdem ac tutorem. Nobili genere nati, proposita sibi Ioseph imagine, discant retinere, etiam in afflicta fortuna, dignitatem: locupletes intelligant, quae maxime appetere totisque viribus colligere bona necesse sit. Sed proletarii, opifices, quotquot sunt inferiore fortuna, debent suo quodam proprio iure ad Iosephum confugere » [1].

386. Igitur, praeter quotidiana devotionis exercitia in honorem S. Iosephi, quae summopere commendamus, volumus, ut, quantum fieri poterit, in praecipuis saltem ecclesiis, earum rectores mensem Martium honori sancti Patriarchae, peculiari pietatis exercitatione, consecrare curent: quod sane pietatis opus *salutare maximeque laudabile* merito vocatur a SS. D. N. Leone XIII. Ubi vero id institui non facile queat,

tutela nos ufanamos, y á quienes reconocen por patronos y especiales y señalados protectores, tanto cada parroquia, como la diócesi, la provincia ó la nación.

385. Curas y predicadores hagan esfuerzos por promover al culto de San José, esposo de la Santísima Virgen María. « Tienen en José los padres de familia un perfecto dechado de la vigilancia y cuidados paternales; lo tienen los esposos del amor, concordia y fidelidad conyugal; lo tienen las vírgenes por modelo y protector de la pureza virginal. Aprendan los nobles, á ejemplo de José, á conservar su dignidad aun en la adversa fortuna, y vean los ricos cuáles son los bienes que es necesario buscar con mayor afán. Los proletarios, los obreros, los de las clases más bajas, tienen todos igual derecho, cada cual por diverso motivo, de recurrir á José » [1].

386. Por tanto, además de los ejercicios cuotidianos de devoción en honor de S. José, que recomendamos encarecidamente, queremos que, si es posible, al menos en las principales Iglesias, sus rectores procuren celebrar el mes de Marzo en honor del Santo Patriarca, con singulares ejercicios de piedad, lo cual será *util y laudable en extremo*, como con justicia lo llama Nuestro Sñmo. Padre León XIII. Donde no

[1] Leo XIII. Encycl. *Quamquam pluries*, 15 Aug. 1889.

optandum saltem ut, ante diem eius festum, in templo cuiusque oppidi principe, supplicatio in triduum fiat. Mense autem Octobri, in recitatione Rosarii, oratio ad S. Iosephum, quae incipit: *Ad te, beate Joseph*, adiungatur [1].

387. Ut nos et populos nostros defendat in praelio, sitque contra nequitiam et insidias diaboli praesidium, S. Michaëlem Archangelum singulari pietate recolamus; eumque assidue invocemus, ut Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum pervagantur in mundo, divina virtute, in infernum detrudat, et machinationes mancipiorum Satanae dissolvat.

388. Cavendum est omnino, ne Sanctorum solemnia comessationibus, choreis, ebrietatibus et irreligiosis vel inhonestis aut immoderatis spectaculis profanentur: ideo parochi, ante dies festos praecipuos, fideles commoneant, ut, per veram pietatem, Sacramentorum frequentiam et religiosam assistentiam divinis officiis, protectionem Sanctorum mereantur.

389. Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit, atque huiusmodi potestate divinitus sibi tradita, antiquissimis

pueda verificarse fácilmente, sería por lo menos de desearse que antes de su día, en la Iglesia matriz del lugar, se celebrara un Triduo. En el mes de Octubre, en el rezo del Rosario, anádase la oración á S. José que empieza: *Ad te, beate Joseph* [1].

387. Para que nos defienda á nosotros y á nuestros pueblos en la batalla, y sea nuestro baluarte contra los asaltos y asechanzas del diablo, tengamos singular devoción á San Miguel Arcángel; é invoquémosle continuamente, para que revestido de virtud divina, relegue al infierno á Satanás y á los demás espíritus malignos, que andan vagando por el mundo para la perdición de las almas; y para que disipe también las maquinaciones de los esclavos de Satanás.

388. Hay que guardarse de profanar las fiestas de los Santos con banquetes desordenados, bailes, exceso en la bebida, y espectáculos poco ó nada religiosos, honestos y decentes: por tanto, los curas, al acercarse los días de fiesta principales, exhorten á los fieles á atraerse la protección de los Santos, con la verdadera piedad, la frecuencia de los Sacramentos y la devota asistencia á los divinos oficios.

389. Por cuanto la potestad de conceder indulgencias ha sido conferida á la Iglesia por Jesucristo, y ella ha usado siempre, desde los

[1] Leo XIII. Encycl. *Quamquam pluries*, 15 Aug. 1889.

etiam temporibus, illa usa fuerit, et anathemate damnati fuerunt a Concilio Tridentino [1], qui indulgentias aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant; hortamur omnes fideles, ut sacras indulgentias maximi facere et totis viribus lucrari contendant, tam pro se, quam pro defunctis, servatis conditionibus praescriptis.

390. In concedendis Indulgentiis suis dioecesanis, moderationem, iuxta veterem et probatam in Ecclesia consuetudinem, adhibere curent Episcopi, ne, nimia facilitate, ecclesiastica disciplina enervetur [2].

391. Ordinarii, non modo sollicite invigilent ut indulgentiae falsae et apocryphae, quantum fieri potest, minime circumferantur, easque e fidelium manibus removeant, verum etiam satagant ut decreta a S. C. Indulgentiarum et SS. Reliquiarum edita, praesertim super earumdem Indulgentiarum publicatione et impressione, accurate observentur [3].

302. Quando Summus Pontifex Indulgentiam quamlibet concedit Urbi et Orbi, ut fideles eam in variis dioecesibus lucrari possint, non requiritur, ut ab Ordinariis locorum promulgetur. Possunt tamen Episcopi indulgentias in suis dioecesi-

tiempos más remotos, de esta potestad que le confiara el Señor, y el Concilio Tridentino [1] ha pronunciado su anatema contra los que afirman que las indulgencias son inútiles, ó niegan que la Iglesia tiene potestad de concederlas; exhortamos á todos los fieles á que las tengan en grande estima y procuren con ahinco ganarlas, tanto para sí como para los difuntos, observando las condiciones prescritas.

390. Al conceder indulgencias á sus diocesanos, procuren los Obispos usar de gran moderación, conforme á la antigua y aprobada costumbre de la Iglesia, no sea que por la excesiva facilidad se enerve la disciplina eclesiástica [2].

391. Los Ordinarios no sólo deberán hacer todo lo posible, para que no circulen indulgencias falsas y apócrifas y retirarlas de las manos de los fieles, sino que procurarán que los decretos de la Sagrada Congregación de Indulgencias y Reliquias, sobre todo los que tratan de la publicación é impresión de las mismas indulgencias, se observen al pie de la letra [3].

392. Cuando el Sumo Pontífice concede alguna indulgencia *Urbi et Orbi*, para que la ganen los fieles en las diversas diócesis, no se requiere que los Ordinarios la promulguen en sus respectivos territorios. Pueden, sí, los Obispos pro-

1 Sess. 25. decr. de indulgent. — 2 Conc. Trid. ibid. — 3 S. C. Indulg. 14 April. 1856 (Decr. Auth. n. 370, 371, 372, 373, 376).

bus promulgare, modo certi sint de earumdem genuinitate, ut si eas reperiant relatas apud auctores fide dignos [1].

393. Non potest Episcopus eidem actui pietatis, vel eidem pio Sodalitio, cui a Romano Pontifice iam indulgentiae, sive plenariae, sive partiales, concessae sunt alias indulgentias adiungere; neque potest crucibus, coronis, sacris imaginibus a Papa, vel a sacerdote legitima facultate munito, benedictis, novas adnectere indulgentias. Neque potest eidem rei vel eidem actui pietatis, cui iam Antecessor indulgentias annexuit, novas indulgentias applicare. Insuper nequit episcopus fidelibus dioecesis non suae indulgentias concedere, etiamsi Ordinarius loci consentiat: ideoque invalida est hac in re *cumulatio* indulgentiarum pro uno eodemque actu a plurimis Episcopis concessarum. Item nequit Episcopus, ad augendas indulgentias, eumdem actum pietatis in partes dividere [2].

394. Omnes quaestum facientes ex indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus, excommunicationis censura plectuntur [3] latae sententiae, Romano Pontifici simpliciter reservatae [4]. Et omnes meminerint indulgentias crucibus, coronis etc. adnexas amitti, si aliquid, quocumque

mulgar las indulgencias en sus diócesis, siempre que estén ciertos de su autenticidad, como sucede cuando las encuentran en autores fidedignos [1].

393. No puede el Obispo añadir nuevas indulgencias al mismo acto de piedad, ó á la misma cofradi a que ya tiene indulgencias plenarias ó parciales concedidas por el Romano Pontífice; ni tampoco á las cruces, rosarios ó imágenes benditas por el Papa ó por un sacerdote que tenga la facultad de hacerlo; ni tampoco al mismo objeto ó al mismo acto de piedad á que ya concedió indulgencias su Predecesor. Tampoco puede el Obispo conceder indulgencias á los fieles de ajena diócesi, aunque lo consienta el Ordinario del lugar; es inválida, por tanto, la *acumulación* de indulgencias concedidas por varios Obispos al mismo acto de piedad. Tampoco puede el Obispo, para aumentar las indulgencias, dividir en varias partes el mismo acto de piedad [2].

394. Todos los que comercian con las indulgencias, y otras gracias espirituales, incurren en excomunión *latae sententiae* [3], sencillamente reservada al Romano Pontífice [4]. Recuerden todos que las indulgencias concedidas á las cruces, rosarios etc. se pierden si algo se

[1] S. C. Indulg. 1 Iul. 1839, 31 Aug. 1844 (Decr. Auth. n. 373, et Moccheggiani, Coll. Indulg. n. 95). — [2] S. C. Indulg. 12 Ian. 1878 (Decr. Auth. n. 433); 26 Maii 1898 (Mon. Eccl. X. p. 2. pag. 106). — [3] S. Pius V. Const. *Quam plenum*, 2 Ian. 1569 — [4] Pius IX. Const. *Apostolicae Sedis*.

titulo, sive pretii, sive permutationis, sive muneris, sive eleemosynae, requiratur vel accipiatur [1].

395. Per profanationem Ecclesiae, non amittuntur indulgentiae iam antea eidem concessae: imo non cessant, si, eadem Ecclesia diruta, nova, dummodo in eodem loco et sub eodem titulo, aedificetur [2].

396. Sacerdos, qui Missam celebrat ex. gr. pro defuncto, eidemque applicat Indulgentiam plenariam Altaris privilegiati, potest eodem die, vi S. Communionis in Missae sacrificio peractae, lucrari aliam indulgentiam plenariam, vel sibi vel defunctis applicabilem, ad quam lucrandam praescribitur S. Communio [3]. Quoad infirmos et surdos mutos, standum est decretis S. C. Indulgentiarum 18 Sept. 1862 et 15 Martii 1852 [4].

397. Nisi habeatur speciale indultum Sanctae Sedis, ecclesia iam Ordinis Minorum, postea, ob publicas perturbationes, devoluta Ordinario, et in qua Sacra faciunt Sacerdotes saeculares, indulgentiis generaliter vel specialiter omnibus fidelibus ecclesias Ordinis Minorum visitantibus concessis, ideoque Indulgentia Portiunculae, non amplius gaudet, etiamsi Regulares suis iuribus nullo

pide ó acepta, por vía de compra, permuta, regalo ó limosna [1].

395. Por la profanación de una Iglesia no se pierden las indulgencias que le hayan sido concedidas anteriormente; como tampoco cesan, si derribándose la Iglesia se edifica una nueva, con tal que sea en el mismo lugar y con el mismo título [2].

396. El sacerdote que celebra la Misa, *verbigracia* por un difunto, y le aplica la indulgencia plenaria del altar privilegiado, puede el mismo día, en virtud de la Comunión que ha recibido en la misa, ganar otra indulgencia plenaria aplicable á sí mismo ó á los difuntos, para la cual serequiera la Comunión. [3] En cuanto á los enfermos y sordo-mudos hay que atenerse á los decretos de la Sagrada Congregación de Indulgencias de 18 de Septiembre de 1862 y 15 de Marzo de 1852 [4].

397. Sin especial indulto de la Santa Sede, una Iglesia que haya sido de Franciscanos y por causa de las revoluciones haya pasado al Ordinario, y esté servida por clérigos seculares, ya no goza de las indulgencias concedidas general ó especialmente á los fieles que visiten las Iglesias Franciscanas, y por consiguiente de la Porciúncula; y esto aun cuando los Regulares no

[1] S. C. Indulg. 16 Iul. 1887; 9 Iulii 1896 (Mocchegiani, pag. 1076). — [2] S. C. Indulg. 9 Aug. 1843; 18 Sept. 1862 (Decr. Auth. n. 323, 396). — [3] S. C. Indulg. 10 Maii 1844 (Decr. Auth. n. 327). — [4] V. Raccolta, pag. XIII, et Appen. n. XVIII.

modo renuntiaverint [1]. Quod et de aliis ecclesiis Regularium civiliter suppressorum intelligendum est.

398. Moneantur fideles materiam scapularium esse texturam laneam proprie talem, vulgo *tejido*, non autem laneam texturam reticulatam, vulgo *de punto*, neque merum opus laneum acu pictum, vulgo *bordado*; item scapularia non esse necessario immediate super corpus deferenda, sed super vestes retineri posse: ad lucrandas autem indulgentias sacris scapularibus adnexas, necesse esse, ut una pars ab humeris, altera a pectore descendant [2].

hayan renunciado sus derechos [1]. Esto se entiende igualmente de las demás Iglesias de Regulares suprimidos civilmente.

398. Adviértase á los fieles que la materia de los escapularios, debe ser un *tejido* de lana, y no lo que se llama *punto*, ni han de estar *bordados;* además no es necesario que se lleven dichos escapularios á raiz del cuerpo, pues basta portarlos sobre el vestido. Para ganar las indulgencias anexas á los santos escapularios, es preciso que una parte cuelgue sobre el pecho y otra sobre la espalda [2].

Caput V.

De sacris Imaginibus et Reliquiis.

399. Diligenter doceantur fideles per historias mysteriorum nostrae redemptionis, picturis, vel aliis similitudinibus expressas, erudiri, et confirmari populum in articulis fidei commemorandis et assidue recolendis; tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum et munerum, quae a Christo sibi collata sunt; sed etiam quia Dei per Sanctos miracula et salutaria exempla oculis fidelium subiiciuntur, ut pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imi-

Capítulo V.

De las Imágenes y Sagradas Reliquias.

399. Es preciso inculcar con mucho cuidado á los fieles, que la historia de los misterios de nuestra Redención, manifestada en cuadros y otros objetos semejantes, sirve para enseñar al pueblo los artículos de la fe, y grabarlos en su memoria, y hacer que los tenga presentes; que se saca gran provecho de las imágenes, no sólo porque recuerdan al pueblo los beneficios y dones que le ha conferido Cristo; sino porque se ponen ante los ojos de los fieles los milagros de Dios por medio de sus Santos y los

[1] S. C. Indulg. 10 Febr. 1818; 29 Maii 1841 (Decr. Auth. n. 243, 290). — [2] S. C. Indulg. 12 Febr. 1840; 12 Martii 1855; 18 Aug. 1868 (Decr. Auth. n. 277, 279, 367, 423).

tationem, vitam moresque suos componant, atque excitentur ad adorandum ac diligendum Deum, et ad pietatem colendam [1].

400. Si aliquando historias et narrationes sacrae Scripturae, cum id indoctae plebi expediet, exprimi et figurari contigerit; doceatur populus, non propterea divinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus aut figuris exprimi possit. Omnis porro superstitio in Sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, et imaginum sacro usu tollatur; omnis turpis quaestus eliminetur; omnis denique lascivia vitetur, ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur. Tanta, circa haec, diligentia et cura ab Episcopis adhibeatur, ut nihil inordinatum, aut praepostere et tumultuarie accommodatum, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat; cum domum Dei deceat sanctitudo. Haec ut fidelius observentur, statuit sancta Tridentina Synodus, nemini licere ullo in loco, vel ecclesia, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, nisi ab episcopo approbata fuerit [2].

401. Non exponantur in ecclesiis quibuslibet et quomodolibet quali-

admirables ejemplos de éstos, para que dén gracias á Dios, imiten á los Santos en su vida y costumbres, y se muevan á adorar y amar á Dios, y á cultivar la piedad [1].

400. Si alguna vez, como conviene á la indocta plebe, se representan con figuras las historias y narraciones de la Sagrada Escritura, explíquesele bien al pueblo, que no se representa en ellas la divinidad, como si pudiera verse con los ojos del cuerpo ó retratarse con colores ó imágenes. En la invocación de los Santos, en la veneración de las reliquias y en el uso de las imágenes, hay que desterrar toda superstición; elímínese todo torpe comercio; evítese, por último, toda ocasión de lascivia, no pintando ni adornando las imágenes tan hermosas, que sirvan de tentación. Grande ha de ser la vigilancia de los Obispos en esta materia, para que nada se presente que sea desordenado, ó ridículo, ó deshonesto, ó profano, pues á la casa de Dios conviene la santidad. Para que esto se observe con más fidelidad, decretó el Concilio Tridentino qui en ningún lugar, ni Iglesia, aun cuando sea exenta, sea lícito á nadie poner ni mandar poner alguna imagen fuera de lo acustumbrado, si no ha sido aprobada por el Obispo [2].

401. No se expongan en las Iglesias, sean cuales fueren sus circuns-

1 Conc. Trid. sess. 25 de invoc. vener. et reliq. Sanctorum, et sacr. imag. — Conc. Trid. ibid.

ficatis, nec eorum frontispiciis et atriis, imagines profanae, vel alias indecentiam et inhonestatem prae se ferentes [1].

402. Votorum tabulae, donaria, imagines et eiusmodi alia, quae ad memoriam vel recuperatae valetudinis, vel periculi depulsi, vel beneficii divinitus mirabiliterque accepti, in ecclesiis ex antiquo more institutoque suspendi solent, nihil falso, indecore, turpiter superstitioseque prae se ferant; secus, omnino tollantur [2]. Similiter tollantur tabellae votivae partem corporis minus honestam referentes.

403. Prohibendum est sacrosanctae Crucis effigiem, aliasque imagines ac Sanctorum historias, sacrorumque mysteriorum figuras et significationes, in ullo quovis humi strato, pavimento, aut loco sordido, etiam extra ecclesiam insculpi, pingi effingive [3].

404. In sacris autem imaginibus, sicut Sancti, cuius imago exprimenda est, similitudo, quoad eius fieri potest, referenda est; ita cautum sit, ut ne alterius hominis viventis vel mortui effigies de industria repraesentetur [4].

405. Cultus Cordis S. Iosephi iam a Gregorio XVI reprobatus fuit, et idcirco prohibita numismata, quae una cum SS. Cordibus Iesu et Mariae, illud S. Iosephi exhibebant.

tancias, ni en sus fachadas ó atríos, imágenes profanas, ni otras que aparezcan deshonestas ó indecentes [1].

402. Los retablos votivos, presentallas, imágenes ó cosas semejantes, que conforme á antiquísimas leyes y costumbres, suelen colgarse en las Iglesias en memoria de haber recobrado la salud ó salvádose de algún peligro, nada deben representar que sea falso, indecoroso ó supersticioso; de otra suerte quítense de enmedio [2]. Quítense igualmento los exvotos que representan alguna parte del cuerpo poco decente.

403. Debe prohibirse que la efigie de la Santa Cruz, y otras imágenes ó historias de los Santos, y figuras ó emblemas de los sagrados misterios, se esculpan, pinten ó graben en el suelo, ó en el pavimento, ó en algún lugar inmundo, aun cuando sea fuera de la Iglesia [3].

404. Como en las sagradas imágenes se debe retratar, en lo posible, al Santo que se quiere representar, debe evitarse el hacerlos aparecer de propósito bajo el aspecto de otras personas conocidas, vivas ó muertas [4].

405. El culto al Corazón de S. José fué ya reprobado por Gregorio XVI, y por consiguiente quedaron prohibidas las medallas, que juntamente con los SS. Corazones

[1] Urbani VIII Const. *Sacrosancta Tridentina*, 15 Mar. 1642. — [2] Acta Eccles. Mediolan. I pag. 479. — [3] Ibid. pag. 94. — [4] Ibid. pag. 478.

Hinc parochi curent, ne talis cultus introducatur: et si forte introductus fuerit, removeatur [1].

406. Imagines devotae, in aliqua ecclesia speciali fidelium venerationi expositae, non possunt in aliam ecclesiam transferri sine beneplacito Apostolico; et si absque tali beneplacito sit iam facta translatio, non sustinetur, nec est approbanda. Episcopus tamen potest, ex iusta causa decentioris cultus, pias imagines transferre, invitis etiam patronis [2]: id tamen prudentissime peragendum, et raro absque gravissimis incommodis fiet.

407. Quum in aliquibus altaribus, Deo, Beatae Mariae Virgini, aut alicui Sancto dicatis, apponi soleant, vel stabiliter vel occasione festorum imagines alterius Sancti; visitantes huiusmodi Altaria lucrari nequeunt indulgentias concessas visitantibus Altaria postremi huius Sancti, si altaria sint consecrata; si autem altaria de quibus agitur, seu quibus apponitur imago Sancti non proprii, consecrata non sunt, indulgentiae lucrari possunt, dummodo talis appositio fiat de licentia Ordinarii.

408. Permitti non potest, ut, ante imagines, in medio altaris positas, apponantur lumina ex oleo, quae

de Jesús y de María representaban el de S. José. Cuidarán los párrocos de que no se introduzca tal culto, y donde se hubiere por acaso introducido, se abolirá [1].

406. Las imágenes devotas, expuestas en alguna Iglesia á la especial veneración de los fieles, no pueden, sin beneplácito Apostólico, trasladarse á otra Iglesia; y si ya se hizo la traslación sin aquel requisito, no se sostendrá ni aprobará. Puede, no obstante, el Obispo, por el justo motivo de que se les dé mayor culto, trasladar las piadosas imágenes, aun contra la voluntad de los patronos [2]: pero esto ha de hacerse con mucha prudencia, y rara vez se verifica sin graves inconvenientes.

407. Como en algunos altares dedicados á Dios, á la Santísima Virgen Maria ó á algún Santo, ó establemente, ó con ocasión de su fiesta, suele ponerse la imagen de otro Santo, los que visitan estos altares no pueden ganar las indulgencias concedidas á los que visitan el altar de este último Santo, si los altares están consagrados: si no lo están, sí podrán ganarse las indulgencias, con tal que el Ordinario haya dado la licencia para poner la imagen del otro Santo.

408. No puede permitirse que delante de las imágenes colocadas en medio del altar, se pongan lám-

[1] S. R. C. 14 Iunii 1873 (n. 3304). S. C. Indulg. 19 Febr. 1879. Bucceroni, Appen. Ferraris, tom IX, pag. 535. — [2] S. C. C. 31 Iul. 1706, ap. Ferraris, v. *Imagines*, n. 37.

immineant mensae, et ardeant etiam tempore Missae.

409. Cultus sacrarum Reliquiarum, per quas multa beneficia a Deo hominibus praestantur, una est ex pastoralibus curis, quas Sancta Tridentina Synodus Episcoporum solertiae commendavit [1].

410. Novae Reliquiae recipiendae non sunt, nisi recognoscente et approbante Episcopo . Litterae authenticae Reliquiarum subscribi non possunt a Vicariis Generalibus [3]. De earum identitate, per probationes firmas et saltem morali evidentia certas, constare debet [4]. Tamen si desint authenticae litterae, possessio ab immemorabili et non interrupta, et etiam publicus cultus, id est certitudo moralis, sufficiunt, ut, in veneratione alicuius Reliquiae, fideles non sint inquietandi [5]. Episcopi vero est definire, an permittenda sit sanctarum Reliquiarum publica expositio, de quibus nullum authenticum documentum ostenditur [6]. Qua in re, prae oculis habendum est decretum S. C. Indulgentiarum et SS. Reliquiarum diei 20 Ianuarii 1896 [7], videlicet: « Reliquias antiquas conservandas esse in ea veneratione in qua hactenus fuerunt, nisi, in casu particulari,

paras de aceite encima de la mesa y estén ardiendo aun á la hora de la Misa.

409. El culto de las sagradas reliquias, por medio de las cuales dispensa Dios muchos beneficios á los hombres, es una de las incumbencias pastorales que el Santo Concilio de Trento encomendó á la discreción de los Obispos [1].

410. No se recibirán nuevas reliquias sin que las haya reconocido y aprobado el Obispo [2]. No pueden los Vicarios Generales firmar auténticas de reliquias [3]. Debe constar su identidad por pruebas sólidas y al menos moralmente ciertas [4]. A falta de auténticas, la posesión de tiempo inmemorial y no interrumpida, y también el culto público, es decir, la certeza moral, basta para no inquietar á los fieles en la veneración de alguna reliquia [5]. Toca al Obispo definir si ha de permitirse la exposición pública de sagradas reliquias, sobre las cuales no existe documento auténtico [6]. Sobre esto, téngase presente el Decreto de la Congregación de Indulgencias y sagradas Reliquias, de 20 de Enero de 1896 [7], á saber: « Las reliquias antiguas han de conservarse en la misma veneración en que han estado hasta aquí, salvo que, en algún caso particular, haya argumentos

[1] Bened. XIV. Const. *Soror Imelda*, 20 Maii 1755. — [2] Conc. Trid. sess. 25 de invoc. etc. Sanctorum. — [3] S. C. Indulg. 23 Sept. 1780 (Decr. Auth. n. 240). — [4] S. C. Indulg. 19 Maii 1841 (Decr. Auth. n. 289). — [5] S. C. Indulg. 29 Febr. 1864 (Decr. Auth. n. 400). — [6] S. R. C. 21 Iul 1696, ad 4 (n. 1946). — [7] Mon. Eccl. IX. p. 2. pag. 50.

certa adsint argumenta eas falsas vel supposititias esse ».

411. Reliquiae Sanctorum non asserventur in Monasteriis Monialium, sed in exteriori ecclesia [1]. Neque asserventur in privatis aedibus, neque apud laicos homines, sed in ecclesia, loco conspicuo, bene septo atque undique ornato, collocentur et asserventur. Liceat tamen aliquando, quibus Episcopus rationabili et pia causa id concedendum censuerit, eas asservare in privato Oratorio ac decenti, eiusdem Episcopi iudicio [2]. Haec de insignibus Reliquiis dicta sint. Parva enim reliquiaria cum particulis ex insignibus Reliquiis, ex communi Ecclesiae usu, devote retineri possunt etiam a personis privatis, dummodo Reliquiae authenticae sint, absit profanationis periculum et decenter serventur [3].

412. Reliquia, quae, ob temporum vicissitudines deposita fuit in altera ecclesia, restituenda est ecclesiae, quae eam possidebat [4].

413. Reliquia SS. Crucis retinenda est separatim a Reliquiis Sanctorum [5].

ciertos de que son falsas ó supuestas ».

411. Las reliquias de los Santos no se conservarán en los conventos de monjas, sino en la Iglesia exterior [1]. Tampoco se conservarán en casas particulares ni en poder de seglares, sino en la Iglesia, en lugar visible, bien cerrado y adornado. Sin embargo, aquellos á quienes lo concediere el Obispo por algún motivo racional y piadoso, podrán alcuna vez lícitamente guardarlas en el Oratorio privado, siempre que esté decente, á juicio del mismo Obispo [2]. Esto ha de entenderse de las reliquias insignes, pues los relicarios pequeños con partículas de insignes reliquias, según costumbre general de la Iglesia, pueden devotamente conservarse en poder de particulares, siempre que sean auténticas, no haya peligro de profanación, y se guarden con decencia [3].

412. La reliquia que, por las vicisitudes de los tiempos, fué depositada en otra Iglesia, ha de restituirse á aquella á que pertenecia [4].

413. Las reliquias de la Santa Cruz, han de guardarse separadas de las reliquias de los Santos [5].

[1] S. C. EE. et RR. 7 Martii 1617, ap. Ferraris, v. *Cultus Sanctorum*, n. 82. — [2] Acta Eccl. Mediolan. I. pag. 92. — [3] Cfr. Bened. XIV. *De Beat. et Canon. SS.* l. 2. c. 13. — [4] S. R. C. 11 Martii 1837 (n. 2760). — [5] Cfr. S. R. C. 27 Maii 1826 (n. 2647).

CAPUT VI.

De Festis de praecepto.

414. « *Memento ut diem sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua. Septimo autem die, sabbatum Domini Dei tui est* » (Exod. xx. 8 seq.). Placuit autem Ecclesiae Dei, ut diei Sabbati cultus et celebritas in Dominicum diem transferrentur, quoniam, eo die, et Christus Dominus, a mortuis resurgens, ad vitam aeternam nobis aditum patefecit, et Spiritus Sanctus Apostolis datus est. Porro, cum hoc praeceptum de festorum sanctificatione eiusmodi sit, ut fructum utilitatemque admirabilem afferat, maxime interesse debet parochi, concionatoris et catechistae, summam in eo explicando diligentiam adhibere. Quantum vero fidelium referat hoc praeceptum colere, ex eo perspicitur, quod, illud diligenter colendo, ad reliqua legis iussa servanda facilius adducentur. Quum enim inter caetera, quae diebus festis praestare debent, necesse habeant, verbi Dei audiendi causa, ad ecclesiam convenire; quum edocti fuerint divinas iustificationes, illud etiam consequentur, ut ex toto corde custodiant legem Domini [1].

415. Et quoniam in praecepto sanctificationis festorum, speciali ratione, continetur praeceptum religiosi cultus publici, monendi et hor-

CAPÍTULO VI.

De las Fiestas de guardar.

414. « *Acuérdate de santificar el día de Sábado. Seis días trabajarás y harás todas tus faenas. El séptimo día es el Sábado del Señor tu Dios* » (Exod. xx. 8 seq.). Plugo á la Iglesia de Dios que la guarda y observancia del día de Sábado se transfiriese al día Domingo, porque en ese día Cristo Nuestro Señor, resucitando de entre los muertos, nos abrió las puertas de la vida eterna, y el Espíritu Santo bajó sobre los Apóstoles. Siendo el precepto de la santificación de las fiestas de maravillosa utilidad y provecho, interesa en extremo á los párrocos, predicadores y catequistas, desplegar suma diligencia en explicarlo. Cuánto importe á los fieles observar este precepto, se deja ver claramente del hecho, que el hacerlo con empeño los lleva fácilmente á la observancia de los demás mandamientos. Como entre las demás obligaciones que tienen que llenar los días de fiesta, está la de concurrir á la Iglesia para oir la palabra de Dios, al de conocer la santidad divina seguirá indudablemente el empeño de guardar de todo corazón la ley del Señor [1].

415. Por cuanto en el precepto de la santificación de las fiestas, se contiene de un modo especial el precepto del culto público religioso,

1 Cfr. Cat. Rom. de III Praecept. n. 2.

tandi sunt supremi civilis societatis moderatores et magistratus, ut, in iis maxime, quae ad hunc Dei cultum retinendum atque augendum pertinent, Ecclesiae praesides auctoritate sua iuvent, iubeantque populum sacerdotum praeceptis obtemperare [1]. Sciant praeterea omnes fideles sub utroque sanctificationis praecepto remanere dies Ecclesiae lege sancitos, etsi a potestate civili haud recognitos.

416 Praeter diem Dominicum, alios dies festos, ab Ecclesiae initio et consequentibus deinde temporibus, Apostoli et sancti patres nostri instituerunt, ut pie et sancte Dei beneficiorum memoriam coleremus. Inter eos autem celeberrimi habentur illi dies, qui ob redemptionis nostrae mysteria religioni consecrati sunt; deinde, qui sanctissimae Virgini Mariae, et Sanctis cum Christo regnantibus dicantur; in quorum victoria, Dei bonitas et potentia laudatur, ipsis debiti honores tribuuntur, atque ad eorum imitationem fidelis populus incitatur [2].

417. Diebus festis, opera servilia ideo potissimum prohibentur, quia mentem nostram a divino cultu, qui finis praecipuus praecepti est, abstrahunt. Igitur multo magis peccata a fidelibus vitanda sunt, quae non solum animum a divinarum rerum

hay que advertir y exhortar á los gobernadores y magistrados civiles, á que en todo lo que contribuye á la conservación y aumento del culto divino, ayuden con su autoridad á los Prelados de la Iglesia, y manden al pueblo que obedezca á los sacerdotes [1]. Sepan asimismo los fieles, que el doble precepto de santificación comprende los días festivos establecidos por la Iglesia, aun cuando no sean reconocidos por el poder civil.

416. Además del Domingo, los Apóstoles y nuestros piadosos antepasados, desde el principio de la Iglesia y en los tiempos que siguieron, establecieron otros días de fiesta, para que en ellos recordáramos devotamente los beneficios del Señor. Entre ellos los más célebres son aquellos en que se conmemoran los misterios de nuestra Redención; luego vienen los consagrados á la Santísima Virgen María y á los Santos que reinan con Cristo; en cuya victoria se ensalzan la bondad y el poder de Dios, mientras que á ellos se les tributan los honores debidos, y se excita al pueblo fiel á imitarlos [2].

417. En los días de fiesta se prohiben los trabajos serviles, porque nos distraen del culto divino, que es el fin principal del precepto. Con mucha más razón deberán evitarse los pecados, que no sólo apartan el entendimento del afecto á las

[1] Cfr. Cat. Rom. de III Praecept. n. 3. — [2] Ibid. n. 6.

studio avocant, sed nos a Dei amore prorsus seiungunt [1]. Quapropter, desidiam eorum reprobamus, qui ad otium et delicias dies dominicos et festivos sibi praesto esse reputant; ac proinde non spiritualibus lucris conquirendis, sed profanis tantum spectaculis, ludis aleatoriis, tauromachiis, tripudiis, crapulis, ebrietatibus vacare solent, quae omnia dum a christianis officiis retrahunt, animam inquinant et iram Dei provocant [2].

418. Frequenter igitur excitentur fideles, ut, diebus festis, ad Dei templum accedant, eoque loco, pia sinceraque animi attentione, sacrosancto Missae sacrificio intersint; divina Ecclesiae sacramenta, quae ad salutem nostram instituta sunt, ad animae vulnerum curationem crebro adhibeant. Attente praeterea diligenterque sacra concio a fidelibus audienda est. Nihil enim minus ferendum est, neque tam profecto indignum, quam Christi verba contemnere, aut negligenter audire. Exercitatio item atque studium fidelium in precibus divinisque laudibus frequens esse debet, ac praecipua eorumdem cura, ut, quae ad christianae vitae institutionem pertinent, ea diligenter addiscant, seduloque se exerceant in iis officiis, quae pietatem continent, pauperibus et egenis eleemosynam tribuendo, ae-

cosas divinas, sino que nos separan por completo del amor de Dios [1]. Por tanto, reprobamos la desidia de aquellos que reputan que los domingos y días festivos les están reservados para el ocio y los placeres; y en consecuencia, en vez de prácticas espirituales, se entregan sólo á espectáculos profanos, al juego, á las corridas de toros, á las danzas, á la crápula y á la embriaguez, que al paso que retraen de los deberes propios del cristiano, manchan el alma y provocan la ira divina [2].

418. Excítese, pues, con frecuencia á los fieles, á que en los diás de fiesta acudan al templo de Dios, y atenta y devotamente asistan al santo Sacrificio de la Misa, y á que empleen á menudo como remedio seguro para las heridas del alma, los sacramentos de la Iglesia, establecidos para nuestra salvación. Igualmente deben los fieles con atención y diligencia escuchar el sermón. Nada hay tan intolerable ni tan indigno como despreciar, ú oir sin atención, las palabras de Jesucristo. Constante debe ser en los fieles el espíritu de oración y el afán en entonar las alabanzas del Señor, y su principal empeño el aprender perfectamente cuanto atañe á la formación de la vida cristiana, y el ejercitarse en aquellos oficios que respiran piedad, dando limosna á los pobres y necesitados, visitando

[1] Cat. Rom. de III Praecept. n. 7. — [2] Cfr. Conc. Neogran. an. 1868. t. 5. cap. 7.

gros homines visitando, moerentes, quique dolore afflicti iacent, pie consolando [1]. Igitur parochi moneant fideles, ne, festis diebus, omnis eorum pietas in hoc tantum sistat, ut Missam audiant et a servili quocumque labore cessent; sed, divini praecepti finem prae oculis habentes, piis operibus vacent [2].

419. Qui vero hanc legem omnino negligunt, ii, quum Deo et Ecclesiae non obediant, neque eius praeceptum audiant, et Dei, et sanctarum legum hostes sunt. Quod animadverti potest ex eo, quod praeceptum hoc eiusmodi est, ut nullo labore servari queat. Quum enim Deus non labores nobis imponat, quos vel difficillimos eius causa suscipere deberemus, sed quietos, illis diebus festis, a terrenis curis liberos esse iubeat; magnae temeritatis indicium est, huius praecepti legem recusare. Exemplo nobis esse debent supplicia, quae de illis Deus sumpsit, qui illud violarunt, ut ex libro Numerorum licet intelligere [3].

420. Quamvis uniformitas perfecta, in festis sub utroque praecepto observandis, difficillime haberi possit in omnibus regionibus latino-americanis: tamen curandum est pro viribus, ut, saltem pro unaquaque regione, auctoritate Sanctae Sedis, constituatur uniformis descriptio festorum de praecepto.

á los enfermos, consolando piadosamente á los tristes, y á los que yacen abrumados por el dolor [1]. Adviertan, pues, los párrocos á los fieles, que en los días de fiesta no ha de limitarse su piedad á oir Misa y abstenerse de trabajos serviles, sino que, teniendo presente el fin del precepto, se han de consagrar á obras de piedad [2].

419. Los que por completo desprecian esta ley, no obedeciendo á Dios ni á la Iglesia, ni escuchando sus preceptos, son enemigos de Dios y de sus santas leyes, tanto más cuanto que la observancia de este precepto no cuesta trabajo alguno. No imponiéndonos Dios trabajos dificilísimos de cumplir, sino únicamente mandando que esos días reposemos, libres de preocupaciones terrenas, gran temeridad sería violar tan fácil mandamiento. Deben servirnos de ejemplo los suplicios con que castigó Dios á los que lo violaron, como vemos en el libro de los Números [3].

420. Aunque es muy difícil tener uniformidad perfecta en las fiestas de guardar en todas la Repúblicas Latino-Americanas, se procurará por lo menos que en cada una, con autorización de la Santa Sede, se trace una lista uniforme de la fiestas de precepto.

[1] Cat. Rom. de III Praec. n. 15. — [2] Conc. Urbin. an. 1859, art. 184. — [3] Cat. Rom. de III Praec. n. 10.

421. Omnibus diebus Dominicis, parochi, in Missa parochiali, fidelibus annuntient festa recolenda, dies ieiunii de praecepto, vigilias et rogationum dies, quae in sequentem hebdomadam inciderint; illosque moneant de indulgentiis, quas lucrari possunt.

422. Ubi, ex defectu Sacerdotum, impossibilis sit auditio Sacri diebus festis, curandum est pro viribus, ut omnes christiani, in ecclesia, sacello, vel aliquo honesto loco, singulis diebus festis, semel saltem et hora magis convenienti, convocentur, ut simul formulas rudimentorum fidei, Rosarium B. M. V., vel alias preces devote recitent: et peroptamus, ut, ubicumque iudicio Ordinariorum prudenter fieri potest, per aliquem fidelem catechistam, vel alium virum pietate et morum integritate, quantum fieri poterit, commendabiliorem, fiat brevis aliqua lectio ad communem instructionem et aedificationem. Qua in re, singuli Episcopi, auditis aliquibus parochis et Missionariis experientia et zelo animarum praestantioribus, opportunam instructionem conficiant. Ne autem christiani ex erronea conscientia peccent, sciant omnes sacerdotes et catechistae « monendos esse fideles, qui in proposito casu Missam audire non possunt, non ideo solutos esse obligatione sanctificandi festum per precationes aliave pia opera; ideoque magnopere hortandos, nec tamen sub reatu peccati (tamquam praecepto Eccle-

421. Todos los Domingos anunciarán los curas en la Misa parroquial, los días de fiesta, y de ayuno, las vigilias y rogaciones que caigan en la semana siguiente; y adviertan á los fieles las indulgencias que pueden ganar.

422. Donde, por falta de sacerdotes, es imposible oir misa los días de fiesta, se procurará con ahinco que todos los cristianos se reunan los días festivos, por lo menos una vez y á la hora más cómoda, en una Iglesia, capilla ú otro lugar decente, para rezar juntos devotamente les fórmulas de los rudimentos de la fe, el Rosario de Nuestra Señora ú otras oraciones; y deseamos que donde, á juicio de los Ordinarios, pueda hacerse prudentemente, algún catequista ú otro varón recomendable por su piedad y pureza de costumbres, haga alguna breve lectura para la instrucción y edificación de todos. En esta materia cada Obispo, escuchando los pareceres de los curas y misioneros más celosos y experimentados, expedirá el oportuno reglamento. Para que los cristianos no pequen por conciencia errónea, sepan todos los sacerdotes y catequistas que « es preciso advertir á los fieles que en estas circunstancias no pueden oir Misa, que no por eso quedan libres de la obligación de santificar la fiesta con oraciones y otras obras piadosas; y por tanto, hay que exhortarlos con vehemencia (pero no declarándolos reos de pecado mortal,

siae inobedientes) obligandos, ut satagant piis illis conventibus interesse, in quibus pabulo verbi Dei, aliisque religiosis exercitationibus, instrui et enutriri valeant, et, coniunctis precibus in spiritu caritatis, divinam opem efficacius implorare valeant » [1].

como desobedientes á los preceptos de la Iglesia) á asistir á otros ejercicios piadosos, en que puedan instruirse y robustecerse con la palabra de Dios y otras prácticas piadosas, y con la oración en común, en espíritu de caridad, implorar más eficazmente el auxilio divino » [1].

Caput VII.

De Abstinentia et Ieiunio.

423. Lex abstinentiae, in regionibus nostris, ex benignitate Sanctae Matris Ecclesiae, pervalde mitigata, sedulo ab animarum pastoribus, una cum lege ieiunii, opportunis temporibus, ad omnium fidelium memoriam revocetur. « In omni enim tempore, ait S. Leo Magnus, omnibusque vitae istius saeculi diebus, ieiunia nos contra peccata faciunt fortiores, ieiunia concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, et omnes bonae voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutriunt » [2].

424. « Quadragesimale praesertim ieiunium, quod inter praecipua orthodoxae disciplinae capita, semper et ubique, ab ipso Ecclesiae exordio, numeratum esse nemo ex catholicis inficiatur » [3], vindicare debent parochi et confessarii, et in observantiam pro viribus perfectam revocare.

Capítulo VII.

De la Abstinencia y el Ayuno.

423. Los curas de almas, juntamente con la ley del ayuno, deberán llamar á la memoria de los fieles en las épocas oportunas, la ley de la abstinencia, que en nuestras Repúblicas se ha mitigado hasta el extremo. « En todos tiempos, dice San León Magno, y en todos los días de esta vida, los ayunos nos dan más fuerza contra el pecado, vencen la concupiscencia, alejan las tentaciones, quebrantan la soberbia, mitigan la ira, y alimentan todos los afectos de nuestra buena voluntad, hasta lograr la madurez en la virtud » [2].

424. « El ayuno cuaresmal, que siempre y en todas partes, desde el nacimiento de la Iglesia, se ha contado como uno de los puntos principales de la disciplina ortodoxa, como ningún católico niega [3], es preciso que sea defendido por los párrocos y confesores, y puesto en pleno vigor y observancia.

1 S. C. de Prop. Fide 4 Ian. 1798 (Coll. P. F. n. 2199). — 2 S. Leo Magn. Serm. 15. De ieiun. decimi mensis IV. — 3 Bened. XIV. Const. *In suprema*, 22 Augusti 1741.

425. Moneantur fideles, infirmitatem, de utriusque medici consilio, aut aliud grave et rationabile impedimentum, non vero gulam, avaritiam, sive generatim expensarum compendium, eximere posse a praecepto abstinentiae, diebus esurialibus [1].

426 Quoad fideles, qui, ratione famulatus, vivunt in domibus dominorum haereticorum vel pravorum catholicorum, et hac de causa exponuntur periculo violandi legem abstinentiae, applicari poterit haec norma, data a S. Congregatione S. Officii: « Si domini seu heri cibos illos parant servis catholicis, eosque adigunt ad illos comedendos, in contemptum catholicismi, neque cum protestatione est licitum de illis comedere. Si vero non in contemptum catholicismi, sed ratione oeconomiae domini id faciant, et alii cibi non suppetant, in ea necessitate possunt servi de vetitis cum protestatione comedere; et hoc, dummodo non inveniant alios dominos, qui sinant illos servare Ecclesiae praecepta » [2].

427. Lex de non permiscendis licitis et interdictis epulis eos etiam respicit, qui ad unicam comestionem non tenentur, uti iuvenes, antequam tertium expleverint septennium, aliique rationabiliter ab eadem excu-

425. Adviértase á los fieles que una enfermedad, previo el consejo del médico y del confesor, ú otro impedimento grave y racional, pero no la gula, la ruindad, ó en general la economía, es lo que puede excusar del precepto de la abstinencia, los días en que está mandada [1].

426. En cuanto á los fieles que, en calidad de domésticos, viven en casas de amos que son herejes ó malos católicos, y por este motivo están expuestos al peligro de violar la ley de la abstinencia, puede aplicárseles esta norma dada por la S. Congregación del Santo Oficio: « Si los amos ó patrones suministran á sus criados católicos manjares vedados, y los obligan á comerlos por desprecio al catolicismo, ni siquiera bajo protesta es lícito comerlos. Si no es por desprecio al catolicismo, sino por economía, y no hay otra clase de alimentos, pueden los criados en tal apuro comerlos protestando; y esto mientras no encuentran colocación en otra casa cuyos amos les permitan guardar los mandamientos de la Iglesia » [2].

427. La ley de no promiscuar manjares lícitos y vedados, comprende también á aquellos que no están obligados á una sola comida, como son los jóvenes que aun no tienen veintiún años cumplidos, y

[1] S. Poenit. 10 Ian. 1834 (Coll. P. F. n. 2067). — [2] S. Off. 27 Maii 1671 Coll. P. F. n. 2049).

sati ob impotentiam vel laborem [1]. Verum tuta conscientia sequi potest sententia auctorum excusantium a prohibitione permiscendi carnes cum piscibus eos qui edunt carnes non vi indulti, sed ob male affectam valetudinem [2]. Insuper fideles, qui, ratione affectae valetudinis, a lege ieiunii seu unicae comestionis eximuntur, licite possunt in Quadragesimae diebus, quibus esus carnium per indultum permissus est, toties carnibus vesci quoties per diem edunt [3]. Idem dicendum est de fidelibus, qui ratione aetatis vel laboris ieiunare non tenentur: qui scilicet praefatis diebus, toties quoties per diem edunt, carnibus vesci possunt [4]: nisi contrarium ex indulto pateat [5].

428. Quoniam uniformitas in abstinentiis et ieiuniis pro tota America Latina utilissima est, summopere convenit, ut, ad minus in singulis regionibus latino-americanis, aut saltem in singulis ecclesiasticis Provinciis, aequalis omnino sit norma ieiunii et abstinentiae, servatis de iure servandis quoad indulta apostolica iam obtenta vel opportune postulanda [6].

429. Ad vitandas autem difficultates in observantia abstinentiae et ieiunii, et ad praecavenda peccata ex erronea conscientia, parochi et

otros que están dispensados por imposibilidad ó trabajo [1]. Puede, empero, seguirse con seguridad la opinión de los autores que excusan de la prohibición de promiscuar carne y pescado, á los que comen carne, no por algún indulto sino por enfermedad [2]. Además, los fieles que por mala salud están exentos de la ley del ayuno, ó sea de una sola comida, pueden lícitamente los días de Cuaresma, en que se permite comer carne en fuerza de algún indulto, tomarla en todas las comidas [3]. Otro tanto debe decirse de los fieles que no están obligados á ayunar por edad ó necesidad de trabajar: es decir, pueden en esos días tomar carne en todas las comidas [4], salvo que el indulto expresamente diga lo contrario [5].

428. Siendo utilísima la uniformidad en la abstinencia y el ayuno en toda la América Latina, sería muy conveniente que al menos en cada República, ó siquiera en cada Provincia eclesiastica, fuese igual la norma para los ayunos y abstinencia, guardándose como es debido los Indultos Apostólicos ya obtenidos, ó que después se pidieren [6].

429. Para evitar dificultades en la observancia de la abstinencia y el ayuno, y para evitar los pecados que resultan de una conciencia

[1] S. Off. 24 Martii 1841 et 23 Iunii 1875 (Coll. P. F. n. 2076). — [2] S. Poenit. 9 Ian. 1899 (Anal. Eccl. VII. pag. 500). — [3] S. Poenit. 16 Martii 1882 (Coll. P. F. n. 2078). — [4] S. Poenit. 24 Febr. 1819 (Coll. P. F. n. 2063). — [5] S. Poenit. 27 Maii 1863, ap. Gury, edit. XIII, Palmieri, I, n. 514. — [6] V. Appen. n. CXXI.

confessarii, prae oculis habitis normis a probatis auctoribus traditis, fidelibus accurate doctrinam Ecclesiae exponant, circa liceitatem, qualitatem et quantitatem ciborum diebus ieiunii, praesertim in collatione serotina, quaenam praecipue sint et magis obviae causae excusantes; eisque insuper suadeant, ut, in casibus dubiis circa legem ieiunii, stent iudicio Confessarii.

errónea, los párrocos y confesores, teniendo presentes las normas sentadas por autores aprobados, expondrán minuciosamente á los fieles la doctrina de la Iglesia, acerca de la calidad y cantidad de los manjares en los días de ayuno, sobre todo en la colación de la noche, y de las causas principales y más obvias que excusen del precepto; y les persuadirán á que, en caso de duda, se atengan al juicio del Confesor.

Caput VIII.

De sacris Ritibus et de Rituali.

430. Cum cultus Deo debitus, non in interna solum animi adoratione repositus sit, sed, natura ipsa impellente, exterius etiam et publice manifestari debeat, propterea pia mater Ecclesia curam maximam semper adhibuit in sacris determinandis moderandisque ritibus, quibus sanctae nostrae religionis cultus continetur. Itaque, quaecumque ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri aequum est. Episcopi igitur caveant, ne Sacerdotes ritus alios aut alias caeremonias et preces adhibeant, praeter eas, quae ab Ecclesia probatae, ac frequenti et laudabili usu receptae fuerint [1].

Capítulo VIII.

De los Sagrados Ritos y del Ritual.

430. Por cuanto el culto debido á Dios, no consiste en la sola adoración interior del alma, sino que, por impulso de la misma naturaleza debe también manifestarse exterior y públicamente, nuestra piadosa Madre la Iglesia siempre ha tenido gran cuidado en determinar y dirigir los sagrados ritos, que abrazan el culto de nuestra santa religión. Es justo, por tanto, que el Ordinario sea muy diligente en cuidar de todo lo que se refiere al culto, y de tomar á este respecto las providencias necesarias. Miren, pues, los Obispos, que los sacerdotes no empleen otras ceremonias y preces fuera de las aprobadas por la Iglesia y aceptadas por el uso constante y laudable [1].

431. Missali et Caeremoniali nihil addi, minui vel immutari potest; sed omnia, in eodem Missali et

431. Nada puede añadirse, quitarse ni cambiarse al Misal y Ceremonial; y debe observarse cuanto

1 Conc. Trid. sess. 22. c. 5; sess. 22 de obs. et evit. in celebr. Miss.

Caeremoniali praescripta, servanda sunt [1]. Idem dicendum de Pontificali Romano. Partem aliquam demere ex aliquo ritu, salvis reliquis eiusdem ritus partibus, non est privati viri; sed auctoritas intercedat necesse est Romani Pontificis [2]. Neque fas est privata auctoritate, vel ex verae etiam devotionis zelique affectu, novum ritum inducere [3]: nec sunt alterandae rubricae ob devotionem populi.

432. Decreta a S. Rituum Congregatione emanata, et responsiones quaecumque ab ipsa propositis dubiis scripto formaliter editae, eamdem habent auctoritatem, ac si immediate ab ipso Summo Pontifice promanaverint, quamvis nulla facta fuerit de eisdem relatio Sanctitati Suae [4]: et derogant cuicumque contrariae invectae consuetudini, etiam immemorabili, et obligant quoad conscientiam; tamen, quoties ex prohibitione alicuius inveteratae consuetudinis in aliqua ecclesia vigentis, timetur grave aliquod incommodum, seu admiratio populi et scandalum, Episcopi prudentissime agant, et, si opus sit, recurrant ad Sanctam Sedem [5].

433. Ordinarius stricte tenetur opportunis remediis providere, ut rubricae et S. Rituum Congregationis decreta rite serventur. Si autem aliquod dubium occurrat, re-

uno y otro prescriben [1]. Otro tanto debe decirse del Pontifical Romano. El suprimir una parte de algún rito, dejando lo demás, no toca á ningún particular; sino que es fuerza que intervenga la autoridad del Romano Pontifice [2]. Tampoco es lícito por sí y ante sí, ni aun por espíritu de verdadera devoción y celo, introducir nuevos ritos [3]; ni se pueden alterar las rúbricas por satisfacer la devoción del pueblo.

432. Los decretos de la Sagrada Congregación de Ritos, y las respuestas que ella da formalmente y por escrito á las dudas que se le proponen, tienen la misma autoridad que si emanaran directamente del Sumo Pontífice, aunque no se haya dado cuenta de ellos á Su Santidad [4]; y derogan cualquiera costumbre en contrario, aunque sea inmemorial, y obligan en conciencia: sin embargo, siempre que de la prohibición de alguna costumbre inveterada, vigente en alguna Iglesia, se temiere algún grave inconveniente, ó la extrañeza ó escándalo del pueblo, obren los Obispos con prudencia, y, si es preciso, recurran á la Santa Sede [5].

433. El Ordinario está obligado estrictamente á tomar las debidas y oportunas providencias, para que se observen con fidelidad las rúbricas y los decretos de la Sagrada

[1] Clem. VIII. Const. *Cum novissime*, 14 Iun. 1600. — [2] Bened. XIV. Const. *Allatae*, 26 Iul. 1755. — [3] Bened. XIV. Const. *Cum ut recte*, 27 1755. — [4] S. R. C. 23 Maii 1846 (n. 2916). — [5] S. R. C. 3 Aug. 1839, ad 1 (n. 2792); 11 Sept. 1847, ad 13 (n. 2951).

currat ad eamdem S. R. Congregationem pro declaratione; nequit enim Episcopus tamquam iudex definire dubia liturgica aut ritus immutare [1].

434. Magistri caeremoniarum, aliique, qui vident in ecclesiis functiones non peragi iuxta rubricas, nec observari decreta et resolutiones S. Rituum Congregationis, adeant loci Ordinarium, qui opportunis remediis providebit [2].

435. Parochi, concionatores et catechistae, opportune sacrorum rituum et caeremoniarum significationem populo exponere curent, ut fideles, maiori cum reverentia et animi devotione, sacris intersint.

436. *Memoriale Rituum*, a Benedicto XIII pro parvis ecclesiis editum, servetur in omnibus ecclesiis parochialibus ruralibus [3], et praevia licentia S. Sedis [4] etiam a rectoribus aliarum ecclesiarum, in quibus verificentur conditiones *parvarum ecclesiarum*. Igitur, circa usum huius *Memorialis Rituum*, parochi et capellani hanc normam a Sancta Sede praescriptam sequantur: *Si Ecclesiae sufficiens Clerus suppetat, peragant functiones iuxta Missale Romanum: si tres aut qua-*

Congregación de Ritos. Si ocurriere alguna duda, acuda á la misma Congregación para que lo declare; pues no puede el Obispo, como juez, definir los dubios litúrgicos ó cambiar los ritos [1].

434. Los Maestros de ceremonias, y cuantos vean que las funciones no se celebran en las Iglesias conforme á las rúbricas, ni se observan los decretos y resoluciones de la Sagrada Congregación de Ritos, acudan al Ordinario, quien tomará las debidas providencias [2].

435. Los párrocos, predicadores y catequistas, procuren exponer oportunamente al pueblo el significado de los sagrados ritos y ceremonias, para que los fieles asistan á los divinos oficios con mayor reverencia y devoción.

436. El *Memorial de Ritos*, dado á luz por Benedicto XIII para las Iglesias menores, se observará en las parroquias rurales [3], y previa licencia de la Santa Sede [6], también por los rectores de otras Iglesias que reunan las circumstancias de *Iglesias pequeñas*. Por tanto, para el uso de este *Memorial*, los párrocos y capellanes seguirán esta norma prescrita por la Santa Sede: *Si hay suficiente clero, celébrense las funciones conforme al Misal Romano; si sólo hay tres ó cuatro*

[1] S. R. C. 17 Sept. 1822, ad 1 (n. 2621); 11 Iun. 1605, ad 1 (n. 179); 21 Martii 1671, ad 2 (n. 1420). — [2] S. R. C. 17 Sept. 1822, ad 1 (n. 2621). — [3] S. R. C. 23 Maii 1846, ad 1 (n. 2915); 22 Iul. 1848, ad 5 (n. 2970). — [4] S. R. C. 23 Martii 1876 (n. 3390).

tuor Clericos tantum habeant, utantur Memoriali Rituum Benedicti XIII [1].

437. In obeundis functionibus parochialibus, servari debent caeremoniae Ritualis Romani: cuius observatio, si alicubi non sit introducta, debet introduci [2]. Et quoniam prodierunt nonnullae formulae benedictionum a Sancta Sede haud approbatae, monemus omnes sacerdotes, illis tantum benedictionibus uti licere, quae Rituali Romano sunt conformes [3].

438. Ut necessaria uniformitas in rebus liturgicis facilius observetur, decernimus, ut fiat, pro nostris ecclesiis, specialis Appendix ad Rituale Romanum, in qua habeantur ea, quae ad aedificationem fidelium, nec non ad sacerdotum instructionem conducere visa fuerint: eaque Appendix, priusquam publicetur, Sanctae Sedis approbationi subiiciatur [4].

clérigos, puede usarse el Memorial de Ritos de Benedicto XIII [1].

437. En las funciones parroquiales deben observarse las ceremonias del Ritual Romano; cuya observancia debe introducirse donde quiera que no lo haya sido [2]. Y por cuanto han salido á luz muchas fórmulas de bendiciones no aprobadas por la Santa Sede, advertimos á todos los sacerdotes que sólo es lícito hacer uso de aquellas que estén conformes con el Ritual Romano [3].

438. Para que más fácilmente se observe la uniformidad necesaria en asuntos litúrgicos, decretamos que se haga para nuestras Iglesias un Apéndice especial al Ritual Romano, que contenga cuanto pueda servir á la edificación de los fieles y á la instrucción de los sacerdotes; y antes que se publique dicho Apéndice, se someterá á la aprobación de la Santa Sede [4].

Caput IX.
De Musica sacra.

439. Hymnorum et psalmorum cantus ad Christi Crucifixi gloriam spectat et honorem, ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Unde, qui cantum ecclesiasticum de medio tollunt, Christi magnificam gloriam obscurant, dulce curarum levamen evertunt, ordinis ecclesia-

Capítulo IX.
De la Música Sagrada.

439. El canto de himnos y salmos tiene por objeto la gloria y el honor de Cristo Crucificado, para que toda lengua confiese que Nuestro Señor Jesucristo está en la gloria de Dios Padre. De aquí es que los que eliminan el canto eclesiástico, empañan la espléndida gloria de Cristo, desvanecen un consuelo

[1] S. R. C. 7 Dec. 1888, ad 17 (n. 3697). — [2] S. R C. 24 Febr. 1680, ad 7 (n. 1643). — [3] S. R. C. 7 April. 1832, ad 4 (n. 2689). — [4] Cfr. Conc. Prov. Quebecen. I an. 1851, art. 6.

stici hierarchiam confundunt, pulchritudinem ornatumque admirabilem Christi Sponsae foedant [1].

440. Cantus et soni graves sint, pii ac distincti, et domui Dei ac divinis laudibus accommodati, ut simul et verba intelligantur, et ad pietatem auditores excitentur [2]. Cantilenae omnes, quae risum vel scandalum pariunt, quin potius devotionem foveant, utpote repugnantes rubricis, tolli omnino debent [3].

441. Cantores, ubi fieri potest, clerici sint: omnino autem in choro clericalibus vestibus et superpelliceo utantur [4]. In processionibus autem cantores sive musici nequeant incedere commixti cum Clero, in habitu laicali. Laici cantores religiosi sint et integritate morum commendabiles: irreligiosi autem et scandalosi minime admittantur.

442. Symphoniae tolerari poterunt, ubi earum usus iam receptus est, dummodo graves sint, et earum prolixitudine aut diuturnitate taedium et fastidium non afferant iis, qui adsunt in choro, vel altari, in Vesperis aut in Missa, inserviunt [5].

443. Damnamus abusum, quo in musica mutatur notabiliter textus Sacrarum Scripturarum, mutilando,

dulcísimo en nuestras penas, confunden la jerarquia del orden eclesiástico, afean la belleza y los ricos atavíos de la Esposa de Jesucristo [1].

440. El canto y las notas serán graves, piadosas, distintas, adaptadas á la casa de Dios y á las divinas alabanzas, de modo que se puedan entender las palabras y se muevan los oyentes á la piedad [2]. Todas aquellas modulaciones que, en vez de fomentar la devoción producen risa ó escándalo, deben eliminarse como contrarias á las rúbricas [3].

441. Donde sea posible, sean clérigos los cantores; de todas maneras, usen en el coro sotana y sobrepelliz [4]. En las procesiones, no pueden ir los cantores y músicos entre el clero, con traje seglar. Los cantores seculares sean religiosos, y recomendables por su pureza de costumbres: no se admitan los irreligiosos y escandalosos.

442. Pueden tolerarse las orquestas donde ya existen, con tal que sean serias, y que con lo largo ó prolongado de sus sinfonías no causen tedio ó fastidio, á los que en el coro o en el altar asisten á vísperas ó á Misa [5].

443. Condenamos el abuso de cambiar en la música de un modo notable el texto de la Sagrada Es-

[1] Cfr. S. August. in Ps. 148. S. Ioan. Chrysost. in Ps. 41. n. 1. Conc. Baltim. III. an. 1884, art 114. — [2] Acta Eccl. Mediolan. I. pag. 28. — [3] S. R. C. 16 Ian. 1677, ad 7 (n. 1588). — [4] Acta Eccl. Mediolan. I. pag. 28. — [5] Bened. XIV. Const. *Annus qui hunc*, 19 Febr. 1749.

anteponendo, postponendo et alterando verba et sensum illarum, et adaptando eas modulationi, ita ut non musica Scripturae, sed haec illi inservire videatur [1].

444. Musica instrumenta adhiberi possunt, dummodo tamen cantantium vocem corroborent et sustineant, minime vero ut opprimant et sepeliant, et solummodo ad vim verborum cantui adiiciendam, ut magis magisque audientium mentibus eorum sensus infigatur, commoveanturque fidelium animi ad spiritualium rerum contemplationem, et erga Deum divinarumque rerum amorem incitentur [2]. Qua in re, prae oculis habeatur Instructio S. Rituum Congregationis diei 7 iulii 1894, de musica sacra, et accurate serventur similia decreta eiusdem Congregationis [3].

445. Non attendere in Missae celebratione ad cantum in Missali impressum, sed quamdam cantilenam traditionalem sequi, nullibi adnotatam, ideoque ad arbitrium variabilem, non est uti consuetudo legitima retinenda, sed uti corruptela extirpanda. Adhiberi autem debent in cantu gregoriano editiones a S. Rituum Congregatione adprobatae, vel exemplaria, quae authentico testimonio Ordinariorum cum illis cohaerent [4].

critura, mutilando, anteponiendo, posponiendo y alterando las palabras y su sentido, y acomodándolas á la modulación, de suerte que no la música á la Escritura, sino la Escritura se ajusta á la música [1].

444. Pueden usarse los instrumentos músicos, siempre que corroboren y sostengan la voz de los cantantes, y no la sepulten ó ahoguen, y sólo para añadir fuerza al canto de las palabras, para que su sentido se fije más y más en los oyentes, y se muevan los fieles á la contemplación de las cosas espirituales, y se atraigan hacia Dios y al amor de las cosas divinas [2]. En todo esto téngase presente la Instrucción de de la S. Congregación de Ritos de 7 de Julio de 1894 sobre la música sagrada, y obsérvense escrupulosamente los decretos análogos de la misma Congregación [3].

445. No atender en el canto de la Misa á las notas impresas en el Misal, sino seguir cierta tonada tradicional, en ninguna parte anotada y por consiguiente variable, no es costumbre legítima que deba conservarse, sino corruptela que se tiene que extirpar. Para el canto Gregoriano deben emplearse las ediciones aprobadas por la S. Congregación de Ritos, ó los ejemplares que, por auténtico testimonio de los Ordinarios, concuerdan con ellos [4].

[1] S. R. C. 21 Febr. 1643, ad 1 (n. 823). — [2] Bened. XIV. Const. *Annus qui hunc*, 19 Febr. 1749. — [3] V. Appen. n. LXXXII. — [4] S. R. C. 14 Martii 1896, ad dubium: « Utrum intonationes Hymni angelici ac Symboli, nec non singulae modulationes a Celebrante in Missa cantata exequendae, videlicet Orationum, Prae-

446. Editio Gradualis a S. Rituum Congregatione accuratissime revisa, approbata atque authentica declarata, magnopere locorum Ordinariis, iisque omnibus, quibus musices sacrae cura est, commendatur, ut, cum in caeteris, quae ad sacram liturgiam pertinent, tum etiam in cantu, una cunctis in locis ac Dioecesibus eademque ratio servetur, qua Romana utitur Ecclesia.

447. In omnibus Seminariis instituatur et foveatur schola cantus liturgici et religiosi.

448. Cantica religiosa popularia nulla permittantur, nisi de licentia Ordinarii, qui omnino curet, ut diligenter examinentur, tum ex parte doctrinali et litteraria, tum ex capite artis musicae; et nihil permittant a gravitate et sanctitate divini cultus quomodolibet alienum.

449. In missa solemni, cantiones omnes in lingua vulgari prohibitae sunt: et nihil intra Missarum solemnia cani debet, nisi ex Missali et ex Missa propria diei desumptum. Cantus *Tantum ergo* vel alicuius antiphonae de SS. Sacramento, in Missis solemnibus post elevationem et *Benedictus*, permittitur [1]

446. La edición del Gradual, revisada minuciosamente por la Sagra Congregación de Ritos, aprobada y declarada auténtica, se recomienda encarecidamente á los Ordinarios y á todos aquellos que tienen que ver con la música sagrada, para que, del mismo modo que en lo que respecta á la liturgia, así también en el canto, haya en todas partes y en todas las diócesis, uniformidad con la Iglesia Romana.

447. En todos los seminarios fúndese y foméntese una cátedra de canto religioso y litúrgico.

448. No se permitan cánticos religiosos populares, sino es con licencia del Ordinario, quien procurará absolutamente que se examinen con minuciosidad, tanto en la parte doctrinal como en la literaria, como también bajo el aspecto del arte músico; y no se permita nada que desdiga de la gravedad y santidad del culto divino.

449. En la Misa solemne están prohibidas todas las canciones en lengua vulgar: y nada debe cantarse dentro de la Misa, si no está tomado del Misal y de la Misa propia. El canto del *Tantum ergo* ó de otra antífona del Sño. Sacramento, se permite en las Misas solemnes después de la elevación y el *Benedictus* [1].

fationis, Orationis Dominicae etc. cum relativis responsionibus ad chorum pertinentibus, ex praecepto servari debeant prout iacent in Missali; an mutari potius valeant, iuxta consuetudinem quarumdam Ecclesiarum? » respondit: « Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam; et quamcumque contrariam consuetudinem esse eliminandam, iuxta decretum in una de Guadalaxara diei 21 Apr. 1873 (n. 3891) ». — [1] S R. C. 14 Apr. 1753, ad 6 (n. 2424); 22 Maii 1894 (n. 3827).

450. Mulieres in canentium choro, nisi habeatur legitima licentia, non admittantur. Monialibus tamen, et aliis piis feminis in communitate viventibus, licitum est sacras functiones cantu liturgico prosequi.

450 No se admitan mujeres en el coro de los cantores, sin legítima licentia. A las monjas y demás señoras que viven en comunidad, es lícito acompañar las funciones sagradas con canto litúrgico.

CAPUT X.

De praecipuis devotionis exercitiis.

451. Inter saluberrima devotionis exercitia, summopere commendamus frequentem sacramentorum Poenitentiae et Eucaristiae receptionem, quotidianam pro viribus Sacrosancti Missae Sacrificii auditionem, SS. Rosarii recitationem, et propriae conscientiae discussionem, cum actu contritionis.

452. Exercitium Viae Crucis, ut quam frequentius, praesertim in ecclesiis parochialibus, fiat, enixe commendamus. Et quoniam, ex defectu observantiae conditionum in erectione Viae Crucis, fideles non raro privantur indulgentiis huic piae exercitationi concessis, parochi et rectores ecclesiarum prae oculis habeant decreta Sanctae Sedis, illaque diligenter observent.

453. Religiosa consuetudo B. Mariam Virginem ter in die salutandi, ad certum campanae signum, vulgo *Angelus Domini*, antiqua est, salutaris et indulgentiis cumulata: ideoque curandum est, ut ab omnibus fidelibus diligenter servetur.

CAPÍTULO X.

De los principales ejercicios devotos.

451. Entre los mas útiles ejercicios de devoción, recomendamos encarecidamente la frecuencia de los sacramentos de la Penitencia y Eucaristia, la asistencia diaria al santo Sacrificio de la Misa, el rezo del santo Rosario y el examen de conciencia acompañado del acto de contrición.

452. Recomendamos encarecidamente, que el ejercicio del *Via Crucis* se practique con toda la frecuencia posible, sobre todo en las Iglesias parroquiales. Como, por no llenar las condiciones requeridas en la erección del *Via Crucis*, no rara vez se ven privados los fieles de las indulgencias concedidas á este piadoso ejercicio, los curas y rectores de las Iglesias tendrán presentes los decretos de la Santa Sede y los observarán fielmente.

453. La religiosa costumbre de saludar tres veces al dia á la Sma. Virgen María al toque de la campana, devoción canocida con el nombre del *Angelus*, es antigua, útil y está enriquecida con muchas indulgencia; por tanto, hay que procurar que los fieles la practiquen universalmente y con constancia.

454. Consociationi familiae christianae, sub protectione Sacrae Familiae, Iesu, Mariae, Ioseph, cuius cultus magno semper in honore habitus fuit piorum virorum studio excitatae, a Pio IX olim recognitae et suprema nuper auctoritate ad novam formam redactae, illud est salutare propositum, nimirum familias christianas arctiori pietatis vinculo S. Familiae devincire; quare consociationem hanc omni sollicitudine constituere ac promovere debent omnes parochi, ut Iesus, Maria, Ioseph, familias sibi deditas, tamquam rem propriam, apprime tueantur et foveant, iuxta Apostolicas Litteras Leonis XIII *Neminem fugit*, diei 14 Iunii 1892, et *Quum nuper*, diei 20 Iunii 1892 [1].

455. Orationes ante et post prandium, apud familias vere christianas fieri solitas, omnino laudamus et commendamus; et volumus, ut parochi et alii sacerdotes hanc christianam praxim verbo et exemplo instaurare curent.

456. Parochi sedulo adlaborent, ut publica devotionis exercitia, christianis moribus et religiosis ac probatis traditionibus regionis magis adaptata, ad antiquum pietatis et verae religiositatis splendorem et vigorem instaurentur: et frequenter commoneant fideles sibi commissos, ut, in spiritu et veritate, non autem

454. La asociación de la familia cristiana, bajo la protección de la Sagrada Familia de Jesús, María y José, cuyo culto siempre se tuvo en alta estima, suscitada por el empeño de varones piadosos, reconocida por Pío IX, y últimamente refundida por la autoridad suprema, tiene por objeto utilísimo unir las familias cristianas á la Sagrada Familia, con vínculos más estrechos de piedad; por lo cual deben los párrocos establecer y fomentar con todo empeño esta asociación, para que Jesús, María y José protejan y defiendan señaladamente las familias á ellos consagradas, como cosa propia, conforme á las Letras Apostólicas de León XIII *Neminem fugit*, de 14 de Junio de 1892 y *Quum nuper* de 20 de Junio de 1892 [1].

455. Alabamos y recomendamos las oraciones antes y después de la comida, que se acostumbran en las familias de veras cristianas; y queremos que los curas y demás sacerdotes, con la palabra y el ejemplo, procuren restablecer esta práctica tan cristiana.

456. Trabajen con empeño los párrocos para que los ejercicios públicos de devoción, más acomodados á las costumbres cristianas y religiosas, y á las tradiciones aprobadas de cada República, se restablezcan y vuelvan al antiguo esplendor de piedad y religiosidad verdadera; y con frecuencia exhorten

[1] V. Appen. n. LXXIV.

in sola externa ostentatione, Deum ac Sanctos eius colere studeant.

457. Devotae peregrinationes ad sanctuaria in regione celebriora, et processiones extraordinariae summa religione fiant. Idcirco, volumus ut, praevia licentia Ordinarii, per opportunas et pias hortationes, tempestive a parochis ita praeparentur, ut occasiones evadant spiritualis populorum renovationis in fide et pietate, praesertim per accessum ad sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae.

458. Et quoniam, in exercitiis devotionis, quaelibet immutatio haud necessaria, et quilibet praesertim novitatis pruritus persaepe causa efficitur languoris spiritus christiani in parochia, ubi stabilitas publicae devotionis et pietatis quasi traditionalis relaxatur; prohibemus omnibus parochis et sacerdotibus, ne sive insolita pietatis exercitia, sive novas sodalitates introducant, absque expressa Ordinarii licentia [1].

á los fieles á su cuidado cometidos, á que se empeñen en adorar á Dios y á sus Santos en espíritu y en verdad, y no por sola ostentación exterior.

457. Háganse con gran religiosidad devotas peregrinaciones á los Santuarios más célebres de cada comarca, y procesiones extraordinarias. Queremos, por tanto, que previa licencia del Ordinario, las preparen á tiempo los curas, con oportunas y piadosas pláticas, de modo que resulten otras tantas ocasiones de renovación espiritual en la fe y la piedad para los pueblos, sobre todo con acercarse á la Penitencia y á la Eucaristía.

458. Y por cuanto, en los ejercicios devotos, cualquier cambio no necesario, y cierto prurito de novedad, se vuelven á menudo motivo de que se entibie el espíritu cristiano en aquella parroquia, en que se relaja la estabilidad de la devoción pública y de la piedad, por decirlo así, tradicional, prohibimos á todos los párrocos y sacerdotes que introduzcan ejercicios de piedad insólitos, ó nuevas cofradías, sin licencia expresa del Ordinario [1].

Caput XI.
De devotionis exercitiis non approbatis.

459. Ne in ecclesiis, praesertim occasione Quadraginta Horarum, libelli adhibeantur, in quibus, vel in

Capítulo XI.
De los ejercicios devotos no aprobados.

459. Para que no se usen en las Iglesias, sobre todo con ocasión de las Cuarenta Horas, esos cuadernos

[1] Cfr. Conc. Prov. Colocen. an. 1863, tit. 6. cap. 12.

Sanctorum Litaniis peculiarium Sanctorum nomina addita conspiciuntur, vel unus aut alter versiculus in precibus desideratur, prohibemus ne adhibeantur libelli nisi editionibus authenticis sint plene conformes.

460. Praeter Litanias SS. Nominis et SS. Cordis Iesu, B. Mariae Virginis *Lauretanas* nuncupatas, et Sanctorum, quae in libris liturgicis habentur, nullae aliae a Sancta Sede approbatae censeantur, nisi omnino constet de speciali aliquo indulto apostolico. Prohibetur etiam quaevis additio vel immutatio in Litaniis approbatis [1]. Hinc Ordinarii non sinant alias litanias publice recitari, nisi praedictas, vel alias, si quae a Sancta Sede approbentur: possunt tamen, immo tenentur, alias seu novas litanias examinare, et, quatenus expedire putent, approbare; at nonnisi pro mere privata extraliturgica recitatione [2]

461. Orationes et exercitia devotionis, quae aliquid insolitum continent, vel quae spiritum novitatis fovere videntur, etiamsi habeant *imprimatur* alicuius Curiae Dioecesanae (quod *imprimatur* non raro suspectum seu opus falsarii esse potest), nullo pacto adhibeantur in ecclesiis vel oratoriis, absque expressa licentia Ordinarii loci; qui, praevia

en que, ó bien se añaden en las Letanías de los Santos nombres de Santos exóticos, ó bien se suprime uno que otro versículo en las oraciones, prohibimos que se usen otros cuadernos fuera de los que están plenamente conformes á las ediciones auténticas.

460. Fuera de las Letanías del Santo Nombre y Sagrado Corazón de Jesús, de las de la Santísima Virgen llamadas *Lauretanas,* y de las de los Santos, ninguna otra se considerará aprobada por la Santa Sede, si no consta absolutamente que haya para ello especial indulto Apostólico. Prohíbese igualmente cualquiera adición ó cambio en las letanías aprobadas [1]. Por tanto, no permitirán los Ordinarios que se recen públicamente otras letanías fuera de las citadas, ú otras que aprobare la Santa Sede: pueden, sin embargo, y aun están obligados á examinar las demás letanías ú otras nuevas, y aprobarlas si lo juzgan conveniente; pero sólo para el rezo meramente privado y extralitúrgico [2].

461. Las oraciones y ejercicios devotos que contienen algo insólito, ó que parecen fomentar el espíritu de novedad, aunque tengan el *imprimatur* de alguna Curia Diocesana (cuyo *imprimatur* es á menudo sospechoso, y puede ser obra de un falsario) por ningún motivo se usarán en las Iglesias ú Oratorios, sin licencia expresa del Ordi-

[1] S. R. C. 14 Aug. 1858. ad 3 (n. 3074). — [2] S. R. C. 20 Iun. 1896 (n. 3916).

accurata revisione per seipsum vel per censores scientia et maturitate commendabiles, quid in Domino expedire iudicaverit, respondebit, exquisito etiam, si opus fuerit, voto Metropolitani. Quod si casus difficilis et gravis videatur, ab omni definitivo iudicio abstineat, et rem totam Sanctae Sedi subiiciat. In re tanti momenti, non faciles sint Ordinarii et censores dioecesani librorum, et prae oculis habeant gravissimum monitum Supremae Congregationis S. Officii, diei 13 Ianuarii 1875 [1].

462. Quoad cultum Vultus SSmi Redemptoris, vulgo *la Santa Faz*, aut *el Santo Rostro*, omnino servetur decretum eiusdem Supremae Congregationis diei 4 Maii 1892; ideoque sciendum est, quod Sancta Sedes « favere minime intellexit, multoque minus sive directe sive indirecte, approbationem dare speciali distinctoque cultui, adorabili Vultui Redemptoris tribuendo »: sed « unice venerationi favere intellexit, iam ab antiquis temporibus, erga imaginem Vultus Divini Redemptoris, aut eiusdem imaginis exemplaria, habitae, ut in fidelium mentibus ex veneratione contemplationeque praedictae imaginis, passionum Christi magis in dies memoria succrescat, eorumque in cordibus dolor culparum, ardensque de-

nario, quien, previa la revisión escrupulosa que hará por sí mismo ó por medio de censores recomendables por su ciencia y madurez, responderá lo que en conciencia juzgue que conviene, pidiendo también, si es necesario, el voto del Metropolitano. Si el caso pareciese difícil y grave, se abstendrá de todo juicio definitivo, y someterá todo el negocio á la Santa Sede. En materia tan importante, no sean sobrado fáciles los Ordinarios ni los censores diocesanos de libros, y tengan presente la gravísima admonición del Santo Oficio de 13 de Enero de 1875 [1].

462. Por lo que toca al culto de la *Santa Faz* ó *Santo Rostro*, obsérvese absolutamente el decreto de la misma Suprema Congregación de 4 de Mayo de 1892. Sépase, por tanto, que la Santa Sede « jamás tuvo intención de fomentar, ni mucho menos de aprobar directa ó indirectamente el culto especial y distinto al Rostro adorable del Redentor, sino únicamente favorecer la veneración que desde tiempos remotos se ha dado á la imagen del Rostro del Divino Redentor, ó á las copias de la misma imagen, para que en el ánimo de los fieles, con la veneración y contemplación de dicha imagen, se aumente cada día la memoria de la pasión de Cristo, y se acreciente en sus corazones el dolor de los pecados, y el ardiente

[1] Vide supra, art. 157.

siderium iniuriis Divinae Maiestati illatis reparandi, augeatur » [1].

463. Parochi totis viribus fideles sibi commissos avertant a profanationibus sincerae devotionis, quae non raro, cum gravissima irreverentia erga Deum et Sanctos eius, fiunt in nonnullis sanctuariis suburbanis, quibusdam anni diebus. Compertum igitur habentes, in praefatis sacellis, quae maiorum pietas, vel in suburbiis vel in campis, Deo dicaverat, festa concelebrari, ubi evidenti scandalo ac animarum detrimento flagitia a perditis hominibus et multae patrantur actiones peccaminosae, mandamus, ne, absque Curiae episcopalis venia et sub poenis arbitrio Ordinarii infligendis, sacris officiis inserviendi causa, sacerdotes illuc se conferant [2].

deseo de reparar las injurias hechas á Su Divina Majestad » [1].

463. Alejen los párrocos con todas sus fuerzas, á los fieles á su cuidado cometidos, de las profanaciones de la sincera devoción que no rara vez tienen lugar en algunos Santuarios de los suburbios, en ciertos días del año, con gravísima irreverencia á Dios y á sus Santos. Cuando sepan, por tanto, que en esas capillas que la piedad de nuestros mayores consagró á Dios en los suburbios ó en los campos, se celebran fiestas donde con evidente escándalo y detrimento de las almas se cometen delitos y otras muchas acciones pecaminosas, mandamos que, sin permiso de la Curia episcopal, y bajo las penas que á su arbitrio impondrá el Ordinario, ningún sacerdote se preste á servir allí en los divinos Oficios [2].

Caput XII.
De Exequiis et Suffragiis pro Defunctis.

464. Sanctum est et salubre catholicae Ecclesiae institutum, ut mortuorum funera et exequiae piis precibus et officiis celebrentur, tum ad publice testandam fidem, qua credimus illorum corpora *resurrectura et in aeternitate mansura* [3], tum ad eorum animas, si forte purgatorii poenis detineantur, sublevandas et expiandas.

Capítulo XII.
De las exequias y sufragios por los difuntos.

464. Santa y saludable es la costumbre de la Iglesia Católica de celebrar los funerales y exequias de los difuntos, con piadosas preces y oficios, tanto para dar público testimonio de la fe que nos enseña que sus cuerpos han de *resucitar y vivir en la eternidad* [3], como para aliviar y purificar sus almas, si por acaso aún están detenidas en el purgatorio.

[1] Coll. P. F. n. 2205. — [2] Conc. Prov. Neogranat. an. 1868, tit. 5. cap. 7. — [3] S. Aug. de cura pro mort. c. 18.

465. In exequiis et suffragiis, accurate serventur praescriptiones Ritualis Romani et decreta Sanctae Sedis: atque omnino devitetur quidquid superstitionem et mundanam vanitatem aut levitatem sapiat.

466. Igitur, in exequiis solemnioribus, eliminetur omnis vana pompa et apparatus, qui templi Dei sanctitati et maiestati cognoscatur non congruere; potissimum autem arceantur inscriptiones, figurae sive effigies defuncti, emblemata et symbola, quae aliquid indecorum innuant vel christiano homini non conveniens.

467. Ecclesiae ritus iubet fidelium cadavera, utcumque, sive ad ecclesiam, sive ad coemeterium deferantur, semper a sacerdote esse associanda. Si autem, iniuria legum civilium, alicubi prohibetur quominus cadavera ad ecclesiam deferantur, Parochus saltem in domo ipsius defuncti officium defunctorum persolvere curet. Abusus igitur sepeliendi defunctos privatim, sine lumine, Cruce et parocho, tolerari non debet [1]. Tolerari tamen potest usus currus, super quo imponatur feretrum, equis vehendum ad ecclesiam vel coemeterium: quo casu parochus et clerus funus ducere possunt, sacris vestibus induti, erectaque Cruce [2].

465. En las exequias y sufragios, obsérvense al pie de la letra las prescripciones del Ritual Romano y los decretos de la Santa Sede; y evítese por completo cuanto tenga resabios de superstición, ligereza ó vanidad mundanal.

466. Por tanto, en las solemnes exequias elimínese toda pompa y vano aparato, que se vea que desdice de la majestad y santidad del Templo; sobre todo, no se pongan inscripciones, retratos ó bustos del difunto, ni emblemas ó símbolos que indiquen algo indecoroso ó poco conveniente á un cristiano.

467. El rito eclesiástico manda que los cadáveres de los fieles, ya se lleven á la Iglesia, ya al cementerio, vayan siempre acompañados de un sacerdote. Si por injuria de las leyes civiles, se prohibe en alguna parte que se lleven los cadáveres á la Iglesia, procure el párroco rezar el oficio de los difuntos siquiera en el domicilio del muerto. No debe tolerarse el abuso de sepultar á los difuntos privadamente sin luz, sin cruz y sin cura [1]. Puede, sí, tolerarse el uso de un carro en que se ponga el féretro, y tirado por caballos vaya á la Iglesia y al cementerio, en cuyo caso el párroco y el clero podrán asistir al cortejo, revestidos y con la cruz alta [2].

[1] S. C. EE. et RR. 28 Ian. Ian. 1650, ap. Adone, Syn. Can. III, n. 2135. — [2] S. R. C. 5 Martii 1870 (n. 5212).

468. Sepulturam pauperum, quibus nihil superest vel ita parum, ut propriis impensis humari non possint, sedulo commendamus caritati parochorum, qui de eorum ecclesiastico funere curam habeant, ita ut, iuxta normas canonicas, gratis omnino sepeliantur; item, debita lumina, suis impensis, si opus fuerit, adhibeant sacerdotes, ad quos defuncti cura pertinet, vel aliqua pia Confraternitas, si adsit, iuxta loci consuetudinem: denique curet parochus, per se vel per alium, Missam, praesente cadavere, pro singulis defunctis pauperibus celebrare [1], ad normam decreti S. R. C. 12 iun. 1899 [2].

468. Recomendamos encarecidamente á la caridad de los párrocos el sepelio de los pobres, que ó nada dejan, ó tan poco que no basta á sufragar los gastos de su propio entierro. Encárguense ellos de sus exequias eclesiásticas, de modo que, conforme á las reglas canónicas, se entierren gratis absolutamente; y que los sacerdotes á cuya feligresía perteneció el difunto suministren las luces debidas, á sus propias expensas si fuere necesario, ó á costa de alguna piadosa cofradía, si existiere, conforme á las costumbres locales. Procure, por último, el párroco celebrar por sí ó por otro una misa de cuerpo presente por cada difunto pobre [2], conforme al decreto de la S. Congregación de Ritos de 12 de Junio de 1899 [3].

469. Oratio funebris, si quae habenda sit, non domi aut alio eiusmodi loco, sed in ecclesia, a sacerdotibus tantum et nullo pacto a laicis, habeatur [3]. « *Nemini quemquam in funere laudare liceat, nisi et eum, quem laudare velit Episcopus dignum censuerit, et laudationem scriptam ante probaverit. Liceat tamen in funere concionem habere quae tota referatur ad humanam miseriam fidelium oculis proponendam, omnesque ad vigilandum cohortandos, ne, cum venerit Dominus, hora qua non*

469. Si hay oración fúnebre, no se pronunciará en la casa, ni en otro lugar que no sea la Iglesia, y nunca por seglares sino por sacerdotes [3]. « *A nadie se permita hacer el elogio fúnebre de quienquiera, si no es que el Obispo haya juzgado digno de tal honor á aquél á quien se quiere elogiar, y haya dado previamente su aprobación al elogio escrito. Se podrá, sí, en los funerales, predicar un sermón, que se refiera todo á la miseria humana, exponiéndola á los ojos de los fieles, y exhortando á la vigilancia, para*

[1] Rit. Rom. de exeq. Cfr. Mach. Tes. del Sac. n. 389. — [2] Decr. Auth. n. 4024. — [3] Cfr. Syn. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 3. art. 2.

putarint, inveniat eos dormientes » [1].

470. Curent Episcopi, ut Missae, orationes, aliaque pietatis opera, quae pro fidelibus defunctis persolvi debent, non perfunctorie, sed diligenter a sacerdotibus peragantur. Parochi vero et concionatores non omittant hortari populum, ut frequenter in precibus suis defunctorum meminerint, et pro animabus ipsorum divinam implorent misericordiam, eumque edoceant quaenam sit catholica doctrina de vita futura, de suffragiis pro defunctis, et de iure Ecclesiae quoad funera filiorum suorum.

471. Laudamus quidem devotionem fidelium nostrarum regionum, quoad responsoria, quae pro suis defunctis recitanda vel cantanda curant, mense praesertim Novembris; sed volumus, ut Episcopi hac in re sedulo invigilent, et, si quos abusus deprehenderint, tum circa modum seu ritum huiusmodi responsoriorum, tum circa eleemosynas pro unoquoque responsorio accipiendas, tum circa personas pro quibus suffragia postulantur, illos prudenter ac efficaciter e medio tollere satagant, collatis, si natura abusus id expostulet, omnium Episcoporum provinciae consiliis [2].

472. Feretrum, in quo reconditur corpus puellae aut pueri innu-

que cuando venga el Señor á la hora menos pensada, no los encuentre dormidos » [1].

470. Procuren los Obispos que las Misas, oraciones y demás obras de piedad que se hagan en favor de los fieles difuntos, no se lleven á cabo nada más por cumplir, sino con diligencia y gravedad. No dejen los párrocos y predicadores de exhortar al pueblo, á que en sus oraciones se acuerde con frecuencia de los difuntos, é implore para sus almas la divina misericordia; y enséñenle la doctrina católica sobre la vida futura, y los sufragios por los difuntos, y los derechos que tiene la Iglesia sobre los funerales de sus hijos.

471. Alabamos la devoción de los fieles de nuestras Repúblicas, con respecto á los responsos que por sus difuntos mandan rezar ó cantar, especialmente el mes de Noviembre; pero queremos que los Obispos estén muy alerta, y si llegan á descubrir algunos abusos, ya sea tocante al rito, ya sea acerca de la limosna que se da por cada responso, como también con respecto á las personas por quienes se aplica, con prudencia y eficacia los eliminen, consultando, si la naturaleza del abuso lo exigiere, a todos los Obispos de la Provincia [2].

472. El féretro que guarda el cadáver de una doncella ó de un

[1] Acta Eccl. Mediolan. I. pag. 32. — [2] Cfr. decr. S. R. C. 16 Iunii 1893, ad 6 (n. 3804); 22 Maii 1896 (n. 3909).

ptorum, panno ex lana vel ex serico albo, in signum virginitatis, cooperiendum non est. Ubi autem huiusmodi consuetudo invaluerit, ita ut facile nequeat immutari, tolerari potest, ut fascia nigri coloris, non tamen in modum crucis, superponatur panno albo; ita tamen, ut in quatuor lateribus appareat, quo fideles agnoscant defunctum egere suffragiis, et Ecclesiae precibus etiam proprias adiungant [1].

473. Quoad ecclesiasticam sepulturam, accurate serventur canonicae praescriptiones, et decreta huius Concilii Plenarii, tit. XIV, cap. III.

niño, no se ha de cubrir con paño de lana ó de seda blanca en señal de virginidad. Donde esta costumbre sea tan general que no se pueda cambiar fácilmente, podrá tolerarse que sobre el paño blanco se ponga una banda negra, mas no en forma de cruz; pero de tal suerte, que se vea por los cuatro costados, de modo que los fieles conozcan que el difunto necesita sufragios, y añadan sus propias oraciones á las de la Iglesia [1].

473. Por lo que toca á la sepultura eclesiástica, obsérvense al pie de la letra las prescripciones canónicas, y los decretos de este Concilio Plenario, titulo XIV, cap. III.

[1] S. R. C. 31 Aug. 1872 (n. 3263). Cfr. Mach. Tes. del Sac. n. 590.

TITULUS V.

DE SACRAMENTIS

CAPUT I.

De Sacramentis in genere.

474. Sacramenta novae Legis, per quae omnis vera iustitia incipit, vel coepta augetur, vel amissa reparatur, et sine quibus ad vitam, quae vere vita est, non intratur, eo maiore animi pietate et veneratione tractanda et percipienda sunt, quo illorum dignitas est maior et fructus uberior. Scimus autem septem esse Sacramenta a Christo Domino instituta, nec plura nec pauciora, videlicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, quae multum a Sacramentis differunt antiquae Legis. Illa enim non causabant gratiam, sed eam solum per Passionem Christi dandam esse significabant: haec vero nostra et continent gratiam et ipsam digne suscipientibus conferunt; ideoque merito dicuntur « res « sensibus subiectae, quae, ex Dei « institutione, sanctitatis et iustitiae « tum significandae tum efficiendae « vim habent ». Horum quinque prima ad spiritualem uniuscuiusque hominis in se ipso perfectionem, duo ultima ad totius Ecclesiae regimen, multiplicationemque ordinata sunt.

TITULO V.

DE LOS SACRAMENTOS

CAPÍTULO I.

De los Sacramentos en general.

474. Los Sacramentos de la nueva Ley, por los cuales empieza toda justificación verdadera, ó se aumenta la que ya empezó, ó se repara la perdida, y sin los cuales no se puede entrar á la vida que es verdadera vida, han de tratarse y recibirse con tanta mayor piedad y veneración, cuanto mayor es su dignidad y más copiosos son sus frutos. Sabemos que hay siete Sacramentos, ni más ni menos, instituidos por Cristo Nuestro Señor, á saber: Bautismo, Confirmación, Eucaristía, Penitencia, Extrema Unción, Orden y Matrimonio, muy diferentes de los Sacramentos de la antigua Ley. Aquellos no causaban gracia, y sólo significaban que se había de conferir por la Pasión de Cristo: los nuestros contienen la gracia, y la confieren á los que dignamente los reciben; y por tanto, rectamente se definen: « cosas sujetas á los sentidos, que por institución de Dios tienen la virtud de significar y de causar la santidad y la justicia ». Los cinco primeros están ordenados para la perfección espiritual de cada hombre en sí mismo, los dos

Per Baptismum enim spiritualiter renascimur; per Confirmationem, augemur in gratia et roboramur in fide; renati autem et roborati, nutrimur divina Eucharistiae alimonia; quod si per peccatum aegritudinem incurrimus animae, per Poenitentiam spiritualiter sanamur; et per Sacramentum Extremae Unctionis a peccati reliquiis extersi, parati reddimur ad ingressum in aeternam gloriam. Duo autem Sacramenta Ordinis et Matrimonii, unum ad regendam sanctificandamque societatem fidelium, alterum ad ipsam humanae familiae propagationem sanctificandam referuntur [1].

475. Haec omnia sacramenta tribus perficiuntur, videlicet: rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, et persona ministri conferentis Sacramentum, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia; quorum si aliquod desit, non perficitur Sacramentum. Inter haec Sacramenta tria sunt: Baptismus, Confirmatio et Ordo, quae characterem, id est signum quoddam spirituale et indelebile, in anima imprimunt. Unde in eadem persona non reiterantur. Quamvis autem omnia Sacramenta divinam et admirabilem virtutem in se contineant, tamen non omnia aut aequalem necessitatem aut parem dignitatem habent [2].

últimos para el gobierno y multiplicación de toda la Iglesia. Por el Bautismo renacemos espiritualmente, por la Confirmación crecemos en gracia y nos robustecemos en la fe; renacidos y robustecidos, nos nutrimos con el divino alimento de la Eucaristía; si el pecado enferma nuestra alma, sanamos con la Penitencia; y purificados por el Sacramento de la Extrema Unción de los restos del pecado, quedamos preparados para entrar en la eterna gloria. Los dos Sacramentos del Orden y del Matrimonio, se refieren el primero al gobierno y santificación de la sociedad de los fieles, el segundo á santificar la propagación misma de la humana familia [1].

475. Todos estos Sacramentos se componen de tres elementos; de cosas que son la materia, de palabras que son la forma, y de la persona del ministro que confiere el Sacramento, con intención de hacer lo que hace la Iglesia: si uno solo faltare, ya no hay sacramento. Tres de ellos, el Bautismo, la Confirmación y el Orden imprimen carácter, es decir, un sello espiritual é indeleble en el alma: de donde se sigue que no se pueden reiterar en la misma persona. Aunque todos los sacramentos contienen en sí una virtud divina y admirable, no todos son igualmente necesarios ni poseen igual dignidad [2].

1 Cfr. Conc. Trid. sess. 7 de Sacr.; Const. Eugenii IV *Exultate Deo*, de concord. Armen. in Conc. Florent. 22 Nov. 1439; Cat. Rom. de Sacr. in genere. — 3 Cfr. Eugen. IV. ibid.; Cat. Rom. ibid.

476. Quoniam ministri Sacramentorum in sacro ritu peragendo non suam sed Christi personam gerunt, sive ipsi boni fuerint, sive mali, modo omnia essentialia, quae ad Sacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, servaverint, vere Sacramenta conficiunt et conferunt. Et licet bonitas et fides ministri ad Sacramentorum valorem minime requiratur, graviter tamen delinquunt, qui ratione muneris sibi commissi Sacramenta administrant in statu peccati [1].

477. Parochi praesertim et alii sacerdotes, ad quos Sacramentorum administratio pertinet, lubenti promptoque semper animo, hoc saluberrimo fungantur munere; et, si necessitas urgeat, quacumque diei ac noctis hora ad illa administranda vocentur, nullam officio suo praestrando moram interponant.

478. Sacerdos, dum Sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quae ad illius formam et ministerium pertinent, attente, distincte, et pie, atque clara voce pronuntiabit. Similiter et alias orationes et preces devote ac religiose dicet; nec memoriae, quae plerumque labitur, facile confidet, sed omnia recitabit ex libro, ubi commode legi poterit. Reliquas praeterea caeremonias ac ritus ita decenter gravique actione

476. Por cuanto los ministros de los Sacramentos, al desempeñar sus sagradas funciones, no representan su propia persona, sino la de Cristo; fueren ellos buenos ó malos, con tal que observen todo lo esencial para la perfección ó colación del Sacramento, real y verdaderamente lo consuman y confieren. Pero aunque la bondad y fe del ministro no se requieren para el valor del Sacramento, no obstante, pecan gravemente los que, en razón del cargo que se les ha confiado, administran los Sacramentos en estado de pecado [1].

477. Los párrocos y demás sacerdotes á quienes toca la administración de los Sacramentos, desempeñen siempre este deber tan consolador, con buena voluntad y prontitud; y en caso de necesidad, á cualquiera hora del día y de la noche que se les llame á administrarlos, acudan sin dilación á prestar sus servicios.

478. Al administrar algún Sacramento, pronunciará el Sacerdote todas y cada una de las palabras pertenecientes á su forma y administración, atenta, distinta, y devotamente y con voz clara. Con igual devoción y piedad rezará las demás oraciones y preces; y no se fiará con tanta facilidad de la memoría, que á veces es frágil, sino que se servirá del libro, siempre que pueda hacerlo cómodamente.

[1] Cat. Rom. de Sacr. in genere, nn 25, 26.

peraget, ut adstantes ad coelestium rerum cogitationem erigat et attentos reddat. Antequam vero ad huiusmodi administrationem accedat, paululum, si opportunitas dabitur, orationi, et sacrae rei, quam acturus est, meditationi vacabit: si vero tempus urgeat, mentem ad Deum elevet et gratiae divinae auxilia reposcat [1].

Ejecute las demás ceremonias y ritos con tal decencia y gravedad, que cautive la atención de los circunstantes, y eleve sus almas á la contemplación de las cosas celestes. Antes de proceder á la administración de un Sacramento, prepárese, si hay tiempo para ello, con una breve oración, y medite en la sagrada función que va á desempeñar: si el tiempo urgiere, eleve el alma á Dios y pida los auxilios de la gracia divina [1].

479. Omnes qui Sacramenta suscipiunt, loco et tempore opportuno moneantur, per parochos praesertim aliosque sacerdotes, ut, remoto inani colloquio, et habitu actuque indecenti, pie ac devote Sacramentis intersint et ea, qua par est, reverentia suscipiant [2].

479. Los párrocos y sacerdotes amonestarán en el lugar y tiempo oportunos á los que van á recibir los Sacramentos, para que, evitando vanas conversaciones y todo acto ó postura inconveniente, se acerquen á ellos con la debida reverencia y piedad [2].

480. In administratione Sacramentorum, praescriptiones Ritualis Romani et recepti et approbati catholicae Ecclesiae ritus, qui ne in minimis quidem omitti vel mutari possunt, peculiari studio ac diligentia serventur. Quoniam autem, ad augendam Sacramentorum suscipiendorum reverentiam, súmmopere confert nosse eorum institutionem, fructus et praecipuas rituum significationes, parochi, concionatores et catechistae ea populo opportune explanare curent.

480. En la administración de los Sacramentos, se observarán con particular diligencia y empeño las prescripciones del Ritual Romano y los ritos recibidos y aprobados de la Iglesia Católica, que no pueden omitirse ó cambiarse, ni aun en los más insignificantes pormenores. Como, para aumentar la reverencia en quien recibe los Sacramentos, sirve mucho el conocer su institución, sus frutos, y el significado principal de sus ritos, los párrocos, predicadores y catequistas tendrán cuidado de explicarlos al pueblo oportunamente.

481. Sacramenta, quorum administratio de iure competit parochis,

481. Los Sacramentos cuya administración compete de derecho á

[1] Cfr. Rit. Rom. *de iis quae in admin. Sacr. general. serv. sunt;* Conc. Prov. Neogranat. an. 1868, t. 4. c. 1. — [2] Cfr. Rit. Rom. ibid.

absque ipsorum parochorum licentia expressa, aut vere et rationabiliter praesumpta, vel absque gravis necessitatis causa, administrari nequeunt ab aliis sacerdotibus; praesumptio tamen non valet ad valide assistendum Sacramento Matrimonii, sed expressa Episcopi, Vicarii Generalis, vel parochi venia requiritur [1].

482. Cum gratis dona Christi gratuita dispensatione donentur (can. 105, causa I, q. I), cumque nullum, in sacris praesertim ministeriis, tetrius vitium esse possit, quam avaritia; parochi aliique sacerdotes nihil propria auctoritate, praeter taxam ab Episcopo statutam, pro Sacramentorum administratione, directe vel indirecte exigant. Igitur in Baptismi et Matrimonii celebratione, illae tantum oblationes ipsis debentur, quae ab ipso Episcopo in tabella taxarum [2] rite designantur; servato tamen decreto S. Congregationis Concilii, diei 10 Iunii 1896 [3], et dummodo non agatur de pauperibus, seu de iis, qui vel nullatenus, vel nonnisi cum notabili incommodo oblationes praebere possunt.

483. Circa Sacramenta indignis deneganda, prudentissime agatur, prae oculis habitis canonicis praescriptionibus ac normis a probatis auctoribus propositis; et in casibus difficilioribus et publicis, exquiratur

los curas, no pueden sin licencia de estos, expresa. ó verdadera y racionalmente presunta, administrarse por otros sacerdotes salvo en caso de grave necesidad; pero para asistir al Sacramento del Matrimonio no vale la presunta, sino que se requiere la licencia expresa del Obispo, del Vicario General ó del párroco [1].

482. Por cuanto los dones de Cristo se dan gratis para su gratuita dispensación, y como, en el sagrado ministerio especialmente, no hay vicio más negro que la avaricia, nada exigirán los párrocos y demás sacerdotes, directa ó indirectamente, por la administración de los Sacramentos, fuera de los derechos señalados por el Obispo. Así, pues, en la celebración del Bautismo y del Matrimonio, sólo se les deben aquellas obvenciones determinadas por el mismo Obispo en el Arancel [2], observando siempre el decreto de la S. Congregación del Concilio del 10 de junio de 1896 [3], y siempre que no se trate de pobres, ó de aquellos que, sin grave perjuicio, no pueden pagar los derechos.

483. Para la denegación de los Sacramentos á los indignos, procédase con suma prudencia, teniendo presentes las prescripciones canónicas y las normas dadas por autores aprobados; y en los casos más

[1] Cfr. Conc. Prov. Vallisolet. an. 1887, p. 3. tit. 1, et Neogranat. an. 1868, ibid., tit. 4. cap. 11. — [2] Vulgo hispanice *Arancel*, lusitanice *Tabella*. — [3] V. Appen. n. XC.

iudicium proprii Episcopi: urgente vero necessitate, simul cum dubio perdurante, a publica denegatione abstinendum erit. Parochi autem aliique Sacerdotes, ad quos spectat, huiusmodi indigne accedentes ad Sacramenta, in caritate Christi, summaque patientia, hortentur, ut necessarias dispositiones habere curent et impedimenta removere.

484. Canonici Cathedralis Ecclesiae, in administratione Sacramentorum, tam intra quam extra Cathedralem Ecclesiam, tenentur deponere cappam, atque uti superpelliceo seu cotta et stola, iuxta Rituale Romanum; potest tamen superpelliceum superimponi rocheto.

difíciles y públicos, pídase la decisión del propio Obispo. Cuando la necesidad sea urgente, y la duda continuare, habrá que abstenerse de la pública denegación. Los párrocos y demás sacerdotes á quienes compete, exhorten con cristiana caridad y suma paciencia á los que se acercan indignamente á los Sacramentos, á que procuren tener las disposiciones necesarias y remover los impedimentos.

484. Los Canónigos de la Iglesia Catedral, en la administración de los Sacramentos, dentro y fuera de la misma Catedral, tienen que dejar la capa coral, y revestirse de sobrepelliz y estola, según el Ritual Romano; pero podrán también usar *cota* sobre el roquete.

Caput II.
De Baptismo.

485. Baptisma est Sacramentum a Christo Domino institutum ad spiritualem hominis regenerationem, per exteriorem corporis ablutionem, factam aqua, sub praescripta verborum forma, videlicet: *Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Hoc Sacramentum omnium Sacramentorum ianua est, per ipsum enim membra Christi ac de corpore efficimur Ecclesiae; omnibusque hominibus necessarium est ad salutem, necessitate medii; in casu tamen necessitatis baptismi votum et martyrium pro Christo perpessum vices baptismi supplere potest. Legitimus baptismi minister est

Capítulo II.
Del Bautismo.

485. El Bautismo es un Sacramento instituido por Cristo Nuestro Señor para la regeneración espiritual del hombre, por medio de una ablución exterior del cuerpo, hecha con agua, y con determinada forma de palabras, á saber: *Yo te bautizo en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo.* Este Sacramento es la puerta de todos los Sacramentos, pues hace que seamos miembros de Cristo y que pertenezcamos al cuerpo de la Iglesia. Es necesario á todos los hombres, con necesidad de medio, para su salvación; pero en caso de necesidad, el deseo del bautismo, y el martirio sufrido

parochus vel alius sacerdos a parocho aut ab Ordinario loci delegatus; necessitate tamen cogente, non modo sacerdos vel quilibet clericus, sed etiam laicus, sive vir sive femina, sive fidelis sive infidelis sit, baptizare potest; dummodo legitima materia et forma utatur et intendat facere quod facit Ecclesia [1].

486. Aqua, quae in solemni baptismi administratione adhibetur, sit eodem anno benedicta in Sabbato Sancto Paschatis, vel Sabbato Pentecostes, quae in fonte mundo nitida et pura diligenter conservetur; et haec, quando nova benedicenda est, in Ecclesiae, vel potius Baptisterii sacrarium effundatur. Si autem aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate. Si vero corrupta fuerit, aut effluxerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in fontem bene mundatum et nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula quae in Rituali Romano praescribitur [2].

487. Sacrum Chrisma, et sanctum Oleum, quod et Catechumenorum dicitur, quorum usus est in Baptismo solemni, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta, feria V in Coena Domini. Veteribus autem

por Cristo, puede suplir al bautismo mismo. El ministro legítimo del Bautismo es el párroco, ó el sacerdote por éste, ó por el Ordinario, delegado. En caso de necesidad, no sólo un sacerdote, sino cualquier clérigo ó seglar, hombre ó mujer, fiel ó infiel, puede bautizar, con tal que emplee la legítima materia y forma, y tenga intención de hacer lo que hace la Iglesia [1].

486. El agua que sirve para la administración solemne del bautismo, tiene que ser la que se ha consagrado ese mismo año el Sábado de Gloria ó el de Pentecostés, y debe conservarse limpia y pura en una fuente igualmente limpia. Cuando se bendice agua nueva, la antigua se arrojará en la piscina de la Iglesia, ó mejor del Bautisterio. Cuando el agua consagrada es ya tan poca, que parezca que no basta, se le podrá mezclar agua natural, pero en menor cantidad. Pero si se ha corrompido, ó salido, ó acabádose de cualquier modo que fuere, el párroco mandará lavar bien la fuente, la llenará de agua nueva, y consagrará ésta según la fórmula prescrita por el Ritual Romano [2].

487. El Santo Crisma y el Oleo de catecúmenos que se emplean en el Bautismo solemne, deben ser de los que ese mismo año ha consagrado el Obispo el Jueves Santo. Salvo en caso de necesidad, no se servirá el

[1] Eugen. IV. Const. *Exultate Deo.* — [2] Rit. Rom., de mater. Bapt.

Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum parochus non utatur; ac si deficere videantur, et Chrisma aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud Oleum de olivis non benedictum adiiciatur, sed in minori quantitate [1].

488. Cum autem in regionibus nostris, ratione magnae distantiae vel ob aliud grave impedimentum, nonnunquam perdifficile sit parochis vel missionariis ad Baptismum conferendum aquam Sabbato Sancto vel Sabbato Pentecostes benedictam ex fontibus baptismalibus desumere et secum circumferre; Ordinarii, ad normam Litterarum Apostolicarum SS. D. N. Leonis XIII *Trans Oceanum* [2], nomine Sanctae Sedis, concedere poterunt parochis et missionariis supra dictis facultatem benedicendi aquam baptismalem, ea breviori formula, qua missionariis Peruanis apud Indos Summus Pontifex Paulus III uti concessit, quaeque in Appendice ad Rituale Romanum habetur. Imo, si adsit gravis necessitas, et si nequeat conservari aqua baptismalis, et si Olei sancti defectus habeatur, potest conferri Baptisma licite, etiam cum sola aqua benedicta: caveant tamen parochi et missionarii, ne id peragant, nisi existente vera et gravi causa, dignoscenda, ut par omnino est, ab Ordinario loci [3].

párroco de Oleos antiguos, de más de un año de consagrados. Si empiezan á faltar, y no se pueden conseguir Oleo y Crisma consagrados, puede mezclarse aceite de olivo sin consagrar, pero siempre en menor cantidad [1].

488. Por cuanto en nuestros países, por causa de las grandes distancias ú otros obstáculos, á veces es muy difícil á los párrocos y misioneros sacar de la fuente bautismal agua consagrada el Sábado Santo ó el de Pentecostés, y andar llevándola consigo para hacer bautismos fuera de la cabecera de la parroquia, podrán los Ordinarios, conforme á las reglas establecidas en las Letras Apostólicas de Nuestro Santísimo Padre León XIII *Trans Oceanum* [2], conceder, á nombre de la Santa Sede, á dichos párrocos y misioneros, la facultad de bendecir el agua bautismal con la forma breve que el Sumo Pontífice Paulo III concedió á los Misioneros de los Indios del Perú, y que se encuentra en el Apéndice al Ritual Romano. No sólo, sino que en caso de grave necesidad, si no se puede conservar el agua bautismal, y faltan los Santos Oleos, se podrá conferir lícitamente el Bautismo con sola agua bendita; pero guárdense de hacerlo los curas y misioneros, salvo que exista causa verdadera y grave, de la cual, como es justo, deberá tener conocimiento el Ordinario [3].

[1] Rit. Rom., de sacris Oleis etc. — [2] V. Appen. n. XCVI. — [3] S. Off. 11 Dec. 1850 (Coll. P. F. n. 511).

489. Quamvis quicumque, vir vel femina, baptizare valide possit, tamen ex praescripto Ecclesiae, etiam in casu necessitatis, procedi sic debet: si adsit Sacerdos Diacono praeferatur, Diaconus Subdiacono, Clericus laico, et vir feminae, nisi pudoris gratia deceat feminam potius quam virum baptizare infantem non omnino editum, vel nisi melius femina sciat formam et modum baptizandi.

490. Pro regionibus illis ubi parochiae vel missiones talem extensionem habent, ut nonnulli loci seu pagi a parochis vel missionariis ne diebus quidem festis visitari possint, et incolae illorum locorum, ratione distantiae, difficillime et raro parochum vel missionarium accedere valeant, conficiatur ab Ordinario specialis Instructio, prae oculis habitis instructionibus Sanctae Sedis, quas in Appendice inserendas iussimus [1]. Et si casus difficiliores occurrant, qui communibus normis solvi non possint, Ordinarius recurrat ad Sanctam Sedem.

491. Curandum est ut infantes quam citius baptizentur; unde improbamus incuriam parentum, qui, absque gravi causa, ultra triduum et praesertim ultra octiduum, filiorum, quamvis minime infirmorum, Baptismum differunt: et volumus,

489. Aunque cualquiera, sea varón o mujer, puede bautizar válidamente, no obstante, la Iglesia manda que se proceda en este orden: El Sacerdote, si lo hubiere, se preferirá al Diácono y éste al Subdiácono, el clérigo al seglar y el varón á la mujer, excepto el caso en que la decencia pida que una mujer, más bien que un hombre, bautice á un niño que aún no ha salido totalmente á luz, ó que la mujer sepa mejor la forma y el modo de bautizar.

490. Para aquellas comarcas donde las parroquias ó misiones tienen tal extensión, que algunos pueblos ó lugares no pueden visitarse por los curas ó los misioneros, ni aun los días festivos, y los habitantes de esos lugares, á causa de la larga distancia, raras veces y con dificultad pueden ir á la cabecera, formará el Ordinario una *Instrucción* especial, teniendo presentes las de la Santa Sede, que insertamos en el Apéndice [1]. Si ocurrieren casos más difíciles, que no puedan resolverse conforme á las normas comunes, recurra el Ordinario á la Santa Sede.

491. Hay que cuidar de que los niños se bauticen cuanto antes; reprobamos, por tanto, la incuria de los padres, que difieren el Bautismo de sus hijos más de tres y aun de ocho días, aunque no estén enfermos, y queremos que los curas y

1 Vid. Appen. n. CXXVIII.

ut de hac re parochi et concionatores frequenter commoneant fideles [1].

492. Adveniente morte mulieris praegnantis, provideatur aeternae saluti prolis in utero clausae, iuxta praescripta Ritualis Romani. Igitur prudenter moneantur medici, obstetrices, aliique ad quos spectat, de lege christianae caritatis et ecclesiasticae sollicitudinis, qua tenentur huiusmodi miserrimis parvulis in tanta necessitate pro viribus subvenire, et praeiudicia, obstacula et repugnantias in contrarium, opportunis rationibus, quantum possint, removere. Ad quod facilius suadendum, simulque ad omnem imprudentem agendi rationem devitandam, parochi et missionarii prae oculis habeant hoc monitum S. Officii, diei 15 Febr. 1780, scilicet: « Neque improbum videri debere... ullis fidelibus secare matrem mortuam, cum et Dominicum latus dissectum sit pro nostra redemptione. Illud potius rationi absonum atque ab omni pietate remotum, pro inani quadam integritate pudoreque servando defunctae genitrici, viventem natum aeternae morti addicere. Certe non modestia, non virtus, unde tantum profluit malum. Haec autem foetus extractio de praegnantis defunctaeque alvo matris, quamvis patefacienda, ut dicimus, ac persuadenda sit, expresse tamen cavet, prohibetque Sanctitas Sua, ne Mis-

predicadores exhorten con frecuencia á los fieles sobre este punto [1].

492. Si muriere una mujer encinta, mírese por la salvación de la prole encerrada en el seno materno, conforme á lo mandado por el Ritual Romano. Por consiguiente, enséñese con prudencia á los médicos, parteras y demás á quienes corresponde, la ley de cristiana caridad y eclesiástica solicitud, que los obliga á socorrer con todo empeño á estos desdichados infantes, puestos en tan grande apretura, y á remover con oportunos argumentos las preocupaciones, obstáculos y repugnancias en contrario. Para lograrlo más fácilmente, y evitar al mismo tiempo toda imprudencia, tengan presente los párrocos y misioneros esta admonición del Santo Oficio de 15 de Febrero de 1780: « No hay razón para que parezca cruel á algunos fieles el abrir el cadáver de la madre, cuanto hasta el costado del Señor fué abierto para redimirnos. Más bien es irracional, y ajeno á todo espíritu de piedad, el condenar á la muerte eterna al hijo vivo, sólo por salvar el pudor y conservar una vana integridad á la madre difunta. En verdad que no puede llamarse modestia ni virtud lo que ocasiona tan grave mal. Por lo demás, aunque, como hemos dicho, hay que enseñar y persuadir la extracción del feto del seno de la

[1] V. Appen. n. CXXVIII.

sionarii, in casibus particularibus, se ingerant in demandanda sectione, multoque minus in ea peragenda. Sat proinde Missionariis fuerit illius notitiam edidisse, curasseque, ut eius perficiendae rationem perdiscant, qui chirurgis intendunt, laici homines, tum vero, cum casus tulerit, eiusdem praxim ipsorum oneri ac muneri reliquisse » [1].

493. Quoniam, in nonnullis regionibus nostris, plurimi adhuc inveniuntur infideles, ne, ex indiscreto sacerdotum zelo, infantes infidelium filii contra praescripta Ecclesiae baptizentur, monemus omnes parochos et missionarios non licere nisi in articulo, seu moraliter certo imminentis mortis periculo, infantes infidelium filios, invitis seu insciis parentibus, baptizare; neque licere extra idem periculum seu articulum, infantes a parentibus infidelibus ultro etiam oblatos baptizare, si post Baptismum in parentum infidelium potestate relinquendi sunt. Cum autem non paucos abusus in hoc genere, huc illuc, etiam a longo tempore introductos esse constet, parochi ac missionarii omnino obtemperent praesenti praescriptioni. Qua in re, prae oculis habeantur decreta et monita, quae leguntur in Instructionibus Benedicti XIV *Postremo mense*, diei 28 Februarii 1747 [2], et S. Congregationis de Propaganda Fide, diei 17 Augusti 1777 [3]. Sciant

madre difunta, expresamente prohibe Su Santidad que los Misioneros, en casos particulares, se ingieran en pedir la operación, y mucho menos en practicarla personamente. Básteles el advertirlo en general, y cuidar de que aprendan á practicarla los cirujanos de profesión, y dejar á estos que la lleven á efecto cuando el caso se presentare » [1].

493. Por cuanto en algunos de nuestros paises todavía se cuentan muchos infieles, para que los niños hijos de estos no se bauticen, por celo indiscreto de los sacerdotes, contra lo que manda la Iglesia, advertimos á todos los párrocos y misioneros que no es lícito, sino en artículo, ó peligro cierto de muerte inminente, bautizar á los niños de los infieles, sin la voluntad ó conocimiento de sus padres; ni tampoco bautizar á los que llevan espontáneamente, si han de dejarse en poder de sus padres infieles. Constándonos que hay no pocos abusos en esta materia, introducidos desde épocas remotas, los párrocos y misioneros obedecerán puntualmente esta disposición. A este propósito, ténganse presentes los decretos y admoniciones que se leen en las Instrucciones de Benedicto XIV *Postremo mense* de 28 de Febrero de 1747 [2], y de la S. Congregación de Propaganda Fide de 17 de Agosto de 1777 [3]. Sepan tam-

[1] Coll. P. F. n. 573. — [2] Coll. P. F. n. 561. — [3] Coll. P. F. n. 571.

tamen illi ad quos spectat, dari posse casus in quibus licet baptizare pueros, qui in potestate parentum infidelium relinquendi sunt, quando scilicet fundata subest spes, fore, ut in religione catholica institui possint; et tunc remittitur prudenti arbitrio et conscientiae missionariorum, audito, si fieri possit, Ordinario, baptizare pueros a parentibus non baptizatis oblatos, dummodo non praevideatur ullum adesse grave perversionis periculum, et dummodo non constet parentes superstitionis causa filios offerre baptizandos [1].

494. Parochi et missionarii, qui, contra praecedentes praescriptiones, imprudenter et inconsiderate baptizaverint infantes infidelium filios, tenentur per se vel per alios, quantum fieri potest, illos instruere, cum ad usum rationis pervenerint, monitis etiam caeteris parochis et missionariis, ad quorum parochiam vel districtum forsan accesserunt, imo et Episcopo, quatenus opus fuerit [2].

495. Ne, ob instructionis defectum, *adulti,* qui sacro Baptismate initiantur, immaculatam Christi legem profanis ac gentilitiis institutis ex ignorantia foedent, aut idololatriam cum orthodoxa fide confundant, caveant ii qui iisdem instruendis incumbunt, ne in posterum ullus ad Baptismum admittatur, qui, ve-

bién aquellos á quienes concierne, que pueden darse casos en que sea lícito bautizar á los niños que se han de dejar bajo el poder de sus padres infieles, á saber: cuando hay fundadas esperanzas de que se eduquen en la religión católica. En este caso, se deja al prudente arbitrio y conciencia de los Misioneros, con consentimiento del Ordinario si se pudiere, el bautizar á los hijos de padres infieles que estos presentan espontáneamente, siempre que no se prevea peligro grave de perversión, y que conste que los padres no los llevan á bautizar por pura superstición [1].

494. Los párrocos y misioneros, que, contraviniendo á las prescripciones que preceden, imprudente é inconsideradamente bautizaren á los hijos de los infieles, están obligados, en cuanto sea posible, á instruirlos por sí ó por medio de otros cuando lleguen al uso de razón, dando parte á los curas y misioneros á cuyo territorio pasaren, y al Obispo, si necesario fuere [2].

495. Para evitar que, por falta de instrucción, los *adultos* que se bautizan afeen por ignorancia la inmaculada ley de Cristo con ritos profanos ó gentílicos, ó confundan la idolatría con la fe ortodoxa, guárdense los encargados de instruirlos de admitir en lo de adelante para el Bautismo, á ninguno que no se

[1] V. Appen. n. CXXVI. — [2] Cfr. decl. S. Ofl. 25 Ian. 1703 ad Episc. Quebecen. (Coll. P. F. n. 548).

terem hominem ac gentilitios mores prorsus exutus, Christum plene non induerit, et in fide non sit sufficienter instructus [1]. Non licet igitur, nisi et principalium Fidei mysteriorum cognitione, et aliis necessariis dispositionibus polleant, infideles rationis usum adeptos baptizare [2].

496. Adulti vero, qui morbo periculoso laborantes baptizari petunt, quique christianae religionis mysteria iuxta proprii captus mensuram intellecta suscipiunt, et actum contritionis vel attritionis eliciunt, serioque promittunt se servaturos mandata eiusdem religionis, baptizari debent. Similiter licet conferre Baptismum adultis in mortis periculo constitutis, qui peccata sua dolentes, et Baptismum suscipere cupientes, nequeunt temporis defectu in Fidei mysteriis instrui, dummodo iisdem Fidei mysteriis, vel simplici oris affirmatione, vel nutibus saltem, ostendant se consensum praebere. Curandum tamen ut, si huiusmodi adulti convaluerint, opportunis instructionibus circa Fidei mysteria, et naturam atque effectus Sacramentorum diligenter edoceantur [3].

497. Caeremoniae Baptismi, tam magni ponderis tantaeque auctoritatis ritus, ad reverentiam Sacramento conciliandam maxime necessariae, accurate serventur; et si, urhubiere despojado completamente del hombre viejo y las costumbres del gentilismo, revestídose plenamente de Cristo, é instruídose suficientemente en la fe [1]. No es lícito, pues, bautízar á los infieles que han llegado al uso de razón, sin que tengan conocimiento de los principales misterios, juntamente con las demás disposiciones necesarias [2].

496. Deben, sí, bautizarse los adultos que, atacados de enfermedad peligrosa piden el Bautismo, y aceptan los misterios de la religión cristiana, comprendidos según su capacidad, hacen un acto de contrición, ó atrición, y prometen seriamente que guardarán los preceptos de la misma religión. De igual manera, deberá conferirse el Bautismo á los adultos en peligro de muerte, que arrepentidos de sus pecados y deseando recibirlo, no pueden por falta de tiempo material instruirse en los misterios, siempre que den señales de creer en ellos, ya sea con los labios, ya sea con algún movimiento. Si recobraren la salud, se cuidará de instruirlos oportunamente en los misterios, y que aprendan bien la naturaleza y efectos de los Sacramentos [3].

497. Practíquense al pie de la letra las ceremonias del Bautismo, de tanta importancia y tamaña autoridad ritual, y altamente necesarias para conciliar la reverencia hacia

[1] Alexand. VII. Const. *Sacrosancti*, 18 Ian. 1658. — [2] S. Off. 12 Maii 1830 (Coll. P. F. n. 579). — [3] S. Off. 10 April. 1861 (Coll. P. F. n. 590).

gente necessitate, legitime omissae fuerint, quam primum suppleantur, ut monet Benedictus XIV in Constitutione *Inter omnigenas* 2 Februarii 1744.

498. Necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet, sed in Ecclesia parochiali seu in Baptisterio [1]. In Baptismo autem domi conferendo in casu necessitatis, omnia sunt omittenda quae Baptismum praecedunt, quaeque postmodum supplenda sunt in ecclesia, ad quam praesentandus est puer cum convalescit [2]; possunt tamen adhiberi illae caeremoniae quae Baptismum subsequuntur [3]. In locis, ubi catholici haud raro incolunt procul ab ecclesiis vel oratoriis publicis, et translatio infantium in tenera aetate per tantam locorum distantiam magnis periculis et incommodis est obnoxia, parochis missionariis, de consensu Ordinarii, licet, Baptismum hisce infantibus vel extra mortis periculum, ministrare in privatis domibus, servato ritu Ecclesiae consueto [4].

499. In Baptismo adultorum ritus servari ex integro debet in Rituali praescriptus, excepto casu urgentis necessitatis. Si tamen, propter defectum temporis improbamque defatigationem, aliisque gravibus de causis, perdifficile sit omnes adhibere

el Sacramento; y si por la urgencia del caso, se hubieren omitido legítimamente, se suplirán cuanto antes, como manda Benedicto XIV en la Constitución *Inter omnigenas* de 2 de Febrero de 1744.

498. Salvo en caso de necesidad, á ninguno se bautizará en las casas particulares, sino en la Iglesia parroquial ó en el Bautisterio [1]. Cuando, en caso de necesidad, se administre el Bautismo en una casa particular, se omitirán todas las ceremonias que preceden al Bautismo, las cuales se suplirán cuando, al recobrar la salud, se presente el niño en la Iglesia [2]: pueden, sí, practicarse las ceremonias que siguen al Bautismo [3]. En aquellos lugares en que los católicos acostumbran vivir muy lejos de las Iglesias y Oratorios públicos, y el llevar á los niños en tan tierna edad y á tan largas distancias, presenta muchos inconvenientes y peligros, podrán los curas y misioneros con licencia del Ordinario, bautizarlos, aun fuera del peligro de muerte, en alguna casa particular, y con el rito acostumbrado [4].

499. En el Bautismo de los adultos debe observarse plenamente el rito prescrito en el Ritual Romano, excepto en caso de urgente necesidad. Si, no obstante, por falta de tiempo ó excesivo cansancio, ó por otras gravísimas causas, resultare

[1] Rit. Rom., de temp. et loc. adm. Bapt. — [2] S. R. C. 23 Sept. 1820 (n. 2607). — [3] S. Off. 10 April. 1861 (Coll P. F. n. 629). — [4] S. R. C. 3 Febr. 1871 ad 3 (n. 3234).

caeremonias pro Baptismo adultorum praescriptas, ad normam Litterarum Apostolicarum Leonis XIII *Trans Oceanum*, parochi et missionarii, de praevio Ordinarii consensu, uti poterunt solis ritibus, qui in Constitutione Pauli III *Altitudo*, diei 1 Iunii 1537, designantur. Insuper, in iisdem rerum adiunctis, ad normam supra dictarum Litterarum Apostolicarum, Ordinarii nomine Sanctae Sedis concedere valent parochis et missionariis usum ordinis Baptismi parvulorum, onerata in usu huiusmodi facultatis eorumdem Ordinariorum conscientia, super existentia gravis necessitatis [1].

500. Non licet interrumpere caeremonias Baptismi solemnis adultorum ad illas explicandas vernacula lingua [2]. Licet tamen interrogationes repetere lingua vernacula, dummodo prius lingua latina fiant [3]. Patrini autem recitare possunt *Pater* et *Credo* lingua vernacula, dum parochus ea recitat latino sermone [4].

501. Obstetrix, quae in casu necessitatis baptizat, curet, quoad fieri potest, ut duae saltem personae, ac mater praesertim, si potest, praesentes adsint, quae verba ab ea in baptizando prolata audiant. Parochus vero, cum perquiret an infans baptimuy difícil el practicar todas las ceremonias prescritas para el Bautismo de los adultos, conforme á las Letras Apostólicas de León XIII *Trans Oceanum*, podrán los párrocos y misioneros, previo el consentimiento del Ordinario, servirse únicamente de aquellos ritos señalados en la Constitución de Paulo III *Altitudo* de 1.° de Junio de 1537. Además, en la mismas circunstancias, y conforme á dichas Letras Apostólicas, pueden los Ordinarios, á nombre de la Santa Sede, conceder á los párrocos y misioneros, el uso del rito para el Bautismo de los párvulos, cargando para esta facultad la conciencia de los Obispos, sobre la existencia de una grave necesidad [1].

500. No es lícito interrumpir las ceremonias del Bautismo solemne de los adultos, para irlas explicando en idioma vulgar [2]. Si es lícito repetir las preguntas en lengua vulgar, con tal que primero se hagan en latín [3]. Los padrinos pueden rezar el *Padrenuestro* y el *Credo* en lengua vulgar, mientras el párroco lo reza en latín [4].

501. Cuide la partera que bautiza en caso de necesidad, de que, si es posible, al menos dos personas se hallen presentes, entre ellas la madre, que oigan las palabras que pronuncia al bautizar. Al preguntar el párroco si ha sido bau-

[1] V. Append. n. XCVI. — [2] S. R. C. 21 Iun. 1879, ad 2 (n. 3496). — [3] S. Offic. 23 Aug. 1886 Coll. P. F. n. 640). — [4] S. R. C. 30 Dec. 1881, ad 10 (n. 3535)

zatus sit, diligenter obstetricem et testes etiam, si adfuerint, de peracta Baptismi collatione interrogabit: et si, omnibus rite perpensis, nullum prudens dubium circa collati Baptismi valorem exsurgere posse cognoscit, omnino abstineat a nova Baptismi administratione, etiam sub conditione. Haec enim conditionata baptismi administratio, iis tantum in casibus fieri potest et debet, in quibus verum et prudens dubium existat de validitate prioris Baptismi.

502. Sub conditione baptizentur infantes expositi, sive habeant schedulam de Baptismo testantem sive non habeant, nisi certo cognoscatur persona, quae utique examinanda est, a qua schedula sit exarata, aut aliunde indubitatum desumatur indicium, quod vere moralem pariat certitudinem Baptismi rite collati [1].

503. Quoad infantes in utero matris in casu necessitatis baptizandos, serventur normae a probatis auctoribus traditae, et prae oculis habeatur declaratio S. Congregationis Concilii, diei 12 Iul. 1794, scilicet: *Foetus in utero supra verticem baptizatus, post ortum denuo sub conditione rebaptizetur* [2]; a fortiori ergo rebaptizandus erit, si non supra verticem sed in alio membro baptizatus fuerit. Omnis vero foetus abortivus

tizado el infante, interrogará diligentemente á la partera, y á los testigos, si los hubiere, sobre el Bautismo que se ha conferido; y si, bien ponderadas todas las circunstancias, conoce que no puede nacer duda prudente acerca del valor de tal Bautismo, se abstendrá por completo de administrarlo nuevamente, aun bajo de condición. Esta administración condicional del Bautismo, sólo puede y debe hacerse en los casos en que existe duda verdadera y prudente sobre la validez del primer Bautismo.

502. Se bautizarán bajo de condición los niños expósitos, tengan ó no tengan certificado escrito del Bautismo, á no ser que se conozca de cierto á la persona que escribió el certificado, la cual deberá ser examinada al efecto, ó que por otro lado se tenga algún indicio seguro que produzca la certidumbre moral de que el Bautismo fué bien administrado [1].

503. Con respecto al bautismo de los niños en el seno materno, en caso de necesidad, se observarán las normas prescritas por autores aprobados, y se tendrá presente la declaración de la S. Congregación del Concilio, de 12 de Julio de 1794, que dice: *El feto bautizado en el seno materno, en la cabeza, después del nacimiento se bautizará otra vez bajo de condición* [2]; con mayor razón se rebautizará, si

[1] Bened. XIV. de Syn. Dioec. lib. 7. c. 6. n. 5. — [2] Coll. P. F. n. 647.

baptizetur, saltem sub conditione, excepto casu quo per certa et indubitata signa omnino constet de eius morte. Foetus vero monstruosus, quaecumque sit eius vel deformitas vel parvitas, toties quoties diligentissime examinandus est, et si dubitetur an sit homo, baptizari omnino debet sub conditione: *Si tu es homo* etc. De quibus rebus prudenter instruantur obstetrices et medici per parochos; et, per obstetrices praesertim et medicos, opportune moneantur matres.

504. In conversione haereticorum, a quocumque loco vel a quacumque secta venerint, inquirendum est de validitate Baptismi in haeresi suscepti. Instituto igitur in singulis casibus examine, si compertum fuerit, aut nullum aut nulliter collatum fuisse, baptizandi erunt absolute. Si autem pro temporum et locorum ratione, investigatione peracta, nihil sive pro validitate sive pro invaliditate detegatur, aut adhuc probabile dubium de Baptismi validitate supersit, tunc sub conditione secreto baptizentur. Demum, si constiterit validum fuisse, recipiendi erunt tantummodo ad abiurationem haeresis et professionem fidei [1]. In reconciliatione vero minorum quatuordecim annorum, necessaria non est abiuratio formalis, sed sola fidei professio: si autem agatur de haeretico

no lo fué en la cabeza sino en otro miembro. Todo feto abortivo se bautizará, por lo menos bajo de condición, á no ser que por ciertas é indudables señales conste su muerte. El feto monstruoso, sea cual fuere su deformidad ó pequeñez, se deberá examinar en cada caso con suma diligencia, y si se duda que sea creatura humana, se debe bautizar bajo esta condición: *Si eres hombre etc.* Con prudencia instruirán los párrocos á los médicos y parteras sobre este asunto; y estos advertirán á su debido tiempo á las madres.

504. En la conversión de los herejes, sea cual fuere el lugar ó secta de donde vinièren, hay que inquirir sobre la validez del bautismo recibido en la herejía. Practicado en cada caso el examen, si resultare qùe, ó no lo hubo, ó fué nulo, se rebautizarán absolutamente. Si, hecha la investigación, conforme lo exijan los tiempos y las circunstancias, nada se descubre ni en favor ni en contra de la validez, y todavía queda alguna duda probable de que haya sido válido, en tal caso se bautizarán en secreto bajo de condición. Por último, si constare que fué válido, se admitirán únicamente á la abjuración de la herejía y á la profesión de fe [1]. En la reconciliación de los que tienen menos de catorce años de edad, no es necesaria la abjuración formal, sino únicamente

[1] S. Off. 20 Nov. 1878 (Coll. P. F. n. 660).

certo invalide vel nullatenus baptizato, nulla requiritur abiuratio nec absolutio, quia omnia abluit sacramentum regenerationis [1].

505. Ad baptizatum e sacro fonte suscipiendum, unus saltem, sive vir sive mulier, licet etiam per procuratorem, in solemni baptismo assumi debet; sed non plusquam duo, qui sint vir et mulier, a parentibus ipsius baptizati vel ab iis ad quos pertinet, et, his deficientibus, a parocho designandi. Ad munus patrini in hoc Sacramento admitti nequeunt, qui in civili tantum, ut dicunt, matrimonio vivunt, ac publice excommunicati aut interdicti, nisi, reparato scandalo, cum Ecclesia reconcilientur. At si reconciliari recusent, et ex eorum exclusione gravia damna timeantur, res ad Episcopi indicium deferatur, ut, inspectis omnibus adiunctis, id declaret quod magis in Domino expedire iudicabit [2]. Nullus Clericus, sine Episcopi licentia [3], et nullus Regularis, sine speciali indulto [4], munus patrini suscipiat. Catholicis insuper absolute non licet, vel per se vel per alios, fungi officio patrini in Baptismis qui haereticorum filiis ab haereticis ministrantur [5]. Haereticus vero non potest fungi officio patrini in Baptismo catholicorum; et quando solus haereticus adest, ad eius tantum professionem fidei attenditur.

la profesión de fe. Si se trata de un hereje que conste que, ó no fué bautizado en modo alguno, ó que lo fué inválidamente, entonces no se requiere ni abjuración ni absolución, porque el Sacramento de regeneración lo lava todo [1].

505. Para sacar al bautizado de la sagrada fuente, se necesita en el Bautismo solemne una persona por lo menos, sea hombre ó mujer, ya asista por sí, ya por apoderado; pero no habrá más que dos: un varón y una mujer, que señalarán los padres de la creatura, ó sus tutores, ó á falta de ellos el párroco. No pueden admitirse á las funciones de padrino en este Sacramento los que están unidos únicamente en matrimonio civil, ó los públicamente excomulgados ó entredichos, á no ser que, reparando el escándalo, se reconcilien con la Iglesia. Pero si lo rehusaren, y de su exclusión se temen grandes perjuicios, se someterá el asunto al fallo del Obispo, quien, ponderadas todas las circunstancias, decidirá lo que más conviniere en el Señor [2]. Ningún clérigo sin licencia del Obispo [3], y ningún Regular sin especial indulto [4], acepte el cargo de padrino. No es lícito á los católicos en modo alguno, ya sea por sí, ya sea por procurador, servir de padrinos en los bautismos de hijos de herejes, administrados por herejes [5]. Tampo-

[1] S. Off. 20 Iul. 1859; 8 Mar. 1882 (Coll. P. F. n. 1680, 1689). — [2] S. Poenit. 20 Martii 1885, ap. Syn. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 2. art. 2. — [3] Ibid. — [4] Rit. Rom. de patrin. — [5] S. Off, 10 Maii 1770 (Coll. P. F. n. 1825).

reticus adesset, qui id praestare posset, conferendum potius est Baptisma sine patrino [1]. Tandem, in supplendis Baptismi caeremoniis, patrini non sunt adhibendi; et si adsint, nullam contrahunt spiritualem cognationem [2].

co el hereje puede servir de padrino en el bautismo de los católicos; y si no hubiese presente más que un hereje, sería mejor conferir el Bautismo sin padrino [1]. Por último, al suplir las ceremonias del Bautismo no tienen que asistir padrinos; y si se presentan, no contraen parentesco espiritual [2].

506. Curent parochi, ne iis qui batipzantur, scandalosa nomina, turpia, ridicula aut fabulosa, vel impiorum cognomina imponantur; et si id impedire nullo modo possint, addant nomen alicuius sancti, cuius patrocinio baptizati protegantur. Quo in casu, utrumque nomen, impium tamen vel scandalosum intra parentheses, in libro baptizatorum notetur [3]

506. Cuiden los párrocos que no se impongan á los bautizados nombres escandalosos, torpes, ridículos ó novelescos ó apellídos de impíos; y si no puede impedirlo en modo alguno, añada el nombre de algún santo cuyo patrocinio ampare al bautizado. En cuyo caso, ambos nombres se asentarán en el libro de Bautismos, poniendo el nombre impío ó escandaloso entre paréntesis [3].

507. Sedulo, absque ulla mora, nomina baptizatorum, mentione facta de patrinis et parentibus, in proprio libro, minime autem in solutis schedulis, quamprimum inscribere debent parochi. Si vero de filiis illegitimis agatur, matris nomen est inserendum, dummodo publice eius maternitas constet, vel ipsa sponte id petat; item de patre mere naturali numquam mentio fiat, nisi ipse sponte sua a parocho, in scriptis vel coram duobus testibus, petat: in ceteris casibus, *filius patris ignoti* vel *parentum incognitorum*, simpliciter inscribatur. Nomen similiter patris illegitimi publice et certo noti

507. Inmediatamente, sin dilación alguna, inscribirán los párrocos los nombres del bautizado, y los de los padres y padrinos, en el libro correspondiente y no en papeletas sueltas. Tratándose de hijos ilegítimos se apuntará el nombre de la madre, siempre que conste públicamente su maternidad, ó ella espontáneamente lo pida: nunca se haga mención del padre puramente natural, á no ser que éste, espontáneamente lo pida al párroco, por escrito ó ante dos testigos: en los demás casos se pondrá simplemente, *hijo de padre no conocido, ó de padres no conocidos*, El nombre del padre ilegítimo se

[1] S. Off. 9 Dec. 1745; S. C. Prop. F. 1 April. 1816 (Coll. P. F. 604, 618). V. art. 173. — [2] S. C. C. 13 Iul. 1624, ap. Syn. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 2. art. 2. — [3] Ibid.

omnino adnotetur in libro separato et secreto, et haec adnotatio transmittatur ad Curiam Dioecesanam.

508. Usus offerendi SSmae Dei Genitrici Mariae parvulos sacris aquis ablutos plurimum commendatur; quare pius animarum curator, opportunis, prout occasio tulerit, hortationibus, illum suis in paroeciis servare vel inducere cum magno pietatis incremento studeat [1]. Similiter hortentur fideles, ut pro tanto regenerationis Sacramento saepe Deo gratias agant, praecipue vero anniversaria suscepti Baptismi die, quam orationibus, eleemosynis, aliisque piis operibus, praesertim vero renovatione promissionum baptismalium et assidua invocatione sanctorum Patronorum, celebrare decet, exclusis comessationibus et ebrietatibus [2].

509. Piam et laudabilem consuetudinem benedicendi mulieres post partum, servandam curent Ordinarii, ad formam Ritualis Romani: et ubi obsoleverit, instauretur. Ad huiusmodi tamen benedictionem ius tantummodo habent mulieres, quae ex legitimo matrimonio pepererunt, etiamsi proles mortua fuerit antequam Baptismum susceperit [3].

asentará en libro separado y secreto, y el asiento se transmitirá á la Curia Diocesana.

508. Recomendamos altamente la costumbre de ofrecer á la Santísima Virgen á los niños apenas bautizados: por tanto, el buen cura, con oportunas advertencias, siempre que el caso se presente, procurará conservarla ó introducirla en su parroquia, para mayor incremento de la piedad [1]. Igualmente se exhortará á los fieles, á dar frecuentes gracias á Dios, por tan gran Sacramento, especialmente en los aniversarios del Bautismo, que celebrarán con oraciones, limosnas y obras pías, y sobre todo con la renovación de las promesas bautismales y la asidua invocación de los Santos de su nombre, y no con desordenados banquetes [2].

509. Cuiden los Ordinarios de conservar la piadosa y laudable costumbre de bendecir á las mujeres después del parto, según el Ritual Romano, y de restablecerla donde hubiere caido en desuso. A ella tienen derecho únicamente las mujeres, cuya prole ha nacido de legítimo matrimonio, aunque ésta haya muerto antes de recibir el Bautismo [3].

[1] Conc. Prov. Urbinat. an. 1859, art. 18. — [2] Cfr. Conc. Prov. Venet. an. 1859, p. 3. cap. 22. — [3] S. C. C. 18 Iun. 1859, ap. Syn Ostien. et Velitern. p. 2. art. 2.

CAPUT III.

De Confirmatione.

510. Secundum Sacramentum est Confirmatio, per quam homo deputatur ad spiritualem militiam, et accipit robur ad intrepide confitendum in mundo fidem Christi crucifixi, qui, ut ait Apostolus, est scandalum Iudaeis, gentibus autem stultitia. Confirmationis, quae per manus impositionem Episcopi confertur, materia est chrisma, quo confirmandi in fronte, facta unctione per modum crucis, consignantur. Forma autem est: *Signo te signo Crucis et confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.* Confirmationis minister ordinarius est solus Episcopus; extraordinarius vero, et ex speciali Summi Pontificis commissione, potest esse simplex presbyter [1].

511. Episcopis igitur peculiaris erit cura, ut fideles omnes tempestive suscipiant hoc Sacramentum, quod, licet non sit de necessitate medii, tamen certum est adulta iam aetate neminem debere hoc maximo salutis adiumento privari, praesertim cum bellum a tyrannis contra fideles infertur, vel cum daemonis fraude de religione anxii sollicitique graviter iactamur, vel tandem cum in ultimum vitae discrimen adducimur [2].

CAPÍTULO III.

De la Confirmación.

510. El segundo sacramento es la Confirmación, por la cual se alista el hombre en la milicia espiritual, y adquiere fuerzas para confesar intrépido en el mundo la fe de Cristo crucificado quien, como dice el Apóstol, es escándalo para los Judíos y para los gentiles locura. La Confirmación se confiere por la imposición de la mano del Obispo, y su materia es el Crisma, con que en forma de cruz se unge la frente del confirmado. Su forma es: *Yo te signo con la señal de la Cruz, y te confirmo con el Crisma de salvación, en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.* El ministro ordinario de la Confirmación es solo el Obispo: el extraordinario y, por especial encargo del Sumo Pontífice, puede ser un simple presbítero [1].

511. Será, por tanto, cuidado particular de los Obispos, el ver que todos los fieles reciban á tiempo este Sacramento, que aunque no sea necesario con necesidad de medio, es un poderoso auxilio para alcanzar la salvación, de que no debe privarse á ningún hombre en edad ya madura, sobre todo en épocas de persecución, ó cuando la malicia del demonio nos agita y llena de ansiedad por la religión, ó cuando llegamos á la hora de la muerte [2].

[1] Cfr. Const. Eug. IV *Exultate Deo.* — [2] Cfr. Encycl. Pii IX *Nostis et Nobiscum*, 8 Dec. 1849; Benedictus XIV. Const. *Etsi pastoralis*, 26 Maii 1742, et Instit. 6. n. 10.

512. Quapropter fideles ita de huius Sacramenti natura, vi, dignitate edocendi erunt, ut intelligant, non solum negligendum non esse, sed summa cum pietate et religione suscipiendum.

512. Por consiguiente, hay que enseñar á los fieles la naturaleza, virtud y dignidad de este Sacramento, para que entiendan que no sólo no se ha de mirar con negligencia, sino que se ha de recibir con suma piedad y reverencia.

513. Ut confirmandi, qui usum rationis habent, digne hoc Sacramentum recipiant, debent esse in gratia, et ideo conveniens valde est, ut illius susceptioni praemittant Sacramentalem Confessionem. Si enim conscii alicuius peccati lethalis, quod absit, ad Confirmationem accederent, non solum huius Sacramenti gratiam non reciperent, sed gravissimo sacrilegio se illigarent [1]. Non conferendum est Sacramentum Confirmationis illis adultis neophytis, moribundis, et in articulo mortis baptizatis, qui Baptismi capaces iudicati sunt, nisi saltem habeant aliquam intentionem recipiendi Confirmationem ad robur animae suae adiiciendum [2]; ideoque requiritur in adultis notitia huius Sacramenti.

513. Para que los que ya tienen uso de razón reciban este Sacramento, se requiere que estén en estado de gracia, y por tanto, es muy conveniente que antes se acerquen al sacramento de la Confesión; pues si, lo que Dios no quiera, llegasen á confirmarse con conciencia de pecado mortal, no sólo no recibirían la gracia del sacramento sino que añadirían un sacrilegio [1]. No ha de conferirse á aquellos adultos neófitos, moribundos, y bautizados en artículo de muerte, aunque hayan sido juzgados capaces del Bautismo á no ser que tengan alguna intención de recibir la Confirmación, para dar mayor robustez á su alma [2], y por tanto, se requiere en los adultos conocimiento de la Confirmación.

514. Caveant confirmandi, ne sordida fronte capillisque impexis ad hoc Sacramentum accedant; vestibus tamen sint induti, quemadmodum et patrini, simplicibus, et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud suscepturae, et quae matrinarum officium exercebunt, non cum vanis ornamentis aut fucata

514. Guárdense los confirmandos de acercarse á este sacramento con la frente sucia y los cabellos enmarañados; pero vayan vestidos sencillamente, lo mismo que los padrinos, y en actitud modesta. Las mujeres que se confirmen, y sus madrinas, no se presentarán con vanos atavíos y el rostro pintado, sino con

[1] V. Appen. n. LIX. — [2] S. Ofi. 10 Apr. 1861. (Coll. P. F. n. 685).

facie, sed cum omni modestia et reverentia Ecclesiam adeant [1]. Oblationes autem occasione Confirmationis permittuntur.

515. Confirmatio solemniter in Ecclesia conferatur, et decora pompa ad pietatem excitandam apta et opportuna [2]: potest tamen conferri etiam minus solemniter, tum praesertim cum in privatis domibus, vel extra Ecclesiam seu Oratorium, pueris aegrotantibus conferenda est, vel etiam adultis, qui ad Ecclesiam, quacumque ex causa, legitima tamen, accedere nequeunt [3]. Et quando hoc Sacramentum privatim confertur, potest administrari sine mitra, adhibita tantum stola [4].

516. Curandum est, ut in solemni huius Sacramenti administratione, confirmandi adsint primae manuum Episcopi impositioni seu extensioni. Confirmandi autem non discedant nisi benedictione accepta, quam Episcopus post omnium confirmationem dabit [5].

517. Quae de patrinis in Baptismo dicta sunt, generatim de patrinis quoque in Confirmatione adhibendis intelligantur [6]. Nullus praeterea non confirmatus potest esse in confirmatione patrinus; et si fuerit, non contrahit cognationem spiritualem [7]. Alius esse debet in Baptismo et alius in Confirmatione patrinus,

toda modestia y reverencia [1]. Se permiten las ofrendas con motivo de la Confirmación.

515. La Confirmación se administrará solemnemente en la Iglesia, con toda la pompa y decoro que sirva para aumentar la piedad [2]; puede, no obstante, conferirse con menos solemnidad, especialmente cuando en casas particulares, ó fuera de las Iglesias ú Oratorios, se ha de dar á los niños enfermos, ó á los adultos que no pueden concurrir á la Iglesia por alguna causa legítima [3]. Cuando se administra privadamente, puede hacerse sin mitra, y únicamente con estola [4].

516. En la administración solemne de este sacramento, se tendrá cuidado que los confirmandos estén presentes á la primera imposición ó extensión de manos del Obispo. Tampoco deberán irse antes de recibir la última bendición [5].

517. Cuanto se ha dicho acerca de los padrinos en el Bautismo, debe aplicarse en general á los padrinos de la Confirmación [6], en la cual, además, no puede ser padrino quien no esté confirmado: y si lo fuere, no contrae parentesco espiritual [7]. Deben ser diferentes el padrino de Bautismo y el de Confirmación, excepto

[1] V. Appen. n. LIX. — [2] Conc. Prov. Vallisol. an. 1887, p. 3. t. 3. — [3] Ibid. — [4] S. C. de Prop. Fide 7 Dec. 1626. Cfr. etiam decreta S. Off. 12 Febr. 1851, et S. C. de Prop. Fide 22 Martii 1669 (Coll. P. F. n. 686, 687, 693). — [5] V. Appen. n. LIX. — [6] Ibid. — [7] S. C. C. 16 Iunii 1654, ap. Syn. Ostien. et Velitern. an. 1892, d. 2. art. 3.

nisi cogat necessitas: non plures sed unus tantum adhibeatur: nec feminis mares, nec maribus feminae patrini officium praestent, sed suo quisque sexui patrinus adhibeatur [1]. Quia ergo contingere potest, ut, in locis missionum vel in aliis a civitate episcopali valde separatis, nullus adsit qui antea confirmatus fuerit, permittitur in hoc casu ut aliqui sine patrino confirmentur, qui postea patrini caeterorum esse poterunt [2]. Sufficit ut patrinus ponat manum suam dexteram super humerum dexterum confirmandi, etiam adulti [3]. Confirmandus, tempore confirmationis, quando Episcopus dicit: *N., signo te signo Crucis*, etc. praeter nomen suum baptismale potest aliud nomen Sancti sibi imponi curare [4]. Immo, si de nominis impositione peccatum fuit in collatione Baptismi, illud Episcopus mutet, et nomen imponat, quod homini christiano congruat [5]. Si Episcopus confirmans patrini officium erga confirmandum aliquo in casu assumere vellet, huiusmodi munus gerere deberet per procuratorem [6].

518. Sacerdotes, quibus, ob speciales necessitates fidelium alicuius regionis, Apostolica Sedes facultatem fecerit hoc Sacramentum conferendi, accurate servent instructionem quae ipsis dari solet ab eadem Sancta Sede, et meminerint nemini pro sus charactere episcopali non

en caso de necesidad; no ha de haber más que uno, y ha de ser del mismo sexo del confirmado, no pudiendo prestar este servicio una mujer á un hombre, ni un hombre á una mujer [1]. Y como puede suceder que en algunos lugares de misión, ó muy remotos de la ciudad episcopal, no se encuentre uno solo que haya sido previamente confirmado, en tal caso se permite confirmar sin padrino á algunos que después lo sean de los demás [2]. Basta que el padrino ponga la mano sobre el hombro derecho del confirmado, aunque sea adulto [3]. El confirmado, en el momento de la Confirmación, cuando el Obispo dice: *Yo te signo etc.*, además de su nombre de pila puede tomar otro nombre de Santo [4]. No sólo, sino que, si en el Bautismo se faltó á lo mandado con respecto al nombre, lo cambiará el Obispo, dándole uno digno de un cristiano [5]. Si el Obispo confirmante quisiere alguna vez servir al mismo tiempo de padrino, deberá hacerlo por apoderado [6].

518. Los sacerdotes, á quienes por especiales necesidades de los fieles de alguna región, concede la Santa Sede facultad de confirmar, observarán al pie de la letra las instrucciones que acostumbra dar en estos casos la misma Santa Sede, y tendrán presente que, á quien no está revestido

[1] V. Appen. n. LIX, — [2] Ibid. — [3] S. R. C. 20 Sept. 1749. ad 6 (n. 2404). — [4] Ibid. ad 7. — [5] Conc. Prov. Urbinat. an. 1859, art. 22. — [6] S. R. C. 14 Iunii 1873, ad 3 (n. 3305).

insignito, vel cui alias usus Pontificalium ex vero legitimoque privilegio non competit, licere in collatione Sacramenti Confirmationis sedere, adhibere Rochetum, Mitram, Baculum pastoralem, Annulum vel Crucem pectoralem [1].

519. Hortamur omnes Episcopos, ut, quoties absque praeiudicio aliorum munerum pastoralium fieri poterit, curent totis viribus ut infantes infirmi, degentes in civitate episcopali, qui Confirmationis Sacramentum nondum receperunt, ex hac vita non discedant absque charactere Confirmationis, ut tanto Sacramento insigniti maiori in coelo gloria perfruantur [2].

520. Quoad aetatem confirmandorum, servari potest consuetudo, vigens in regionibus nostris, confirmandi scilicet quotquot sese praesentant Episcopo, in quacumque aetate constituti; et hac in re prae oculis habeantur SS. D. N. Litterae ad Episcopum Massilien., quae incipiunt: *Abrogata*, diei 22 Iun. 1897 [3].

de carácter episcopal, ó de otra manera no goza del uso de pontificales, por verdadero y legítimo privilegio, no es lícito al administrar el Sacramento de la Confirmación, estar sentado, ni usar roquete, mitra, báculo, anillo ó pectoral [1].

519. Exhortamos á todos los Obispos á que, siempre que puedan hacerlo sin perjuicio de los demás deberes pastorales, cuiden de que los niños enfermos de su ciudad episcopal, que aún no han recibido el Sacramento de la Confirmación, no mueran sin el carácter que ella imprime, y que les dará mayor gloria en el cielo [2].

520. Por lo que toca á la edad de los confirmandos, podrá conservarse la costumbre, vigente en nuestros países, de confirmar á todos los que se presentan al Obispo, sea cual fuere su edad; y sobre esto téngase presente la Carta de Su Santidad al Obispo de Marsella, que empieza *Abrogata*, fecha 22 de Junio de 1897 [3].

Caput IV.
De SS. Eucharistiae Sacramento.

521. Tertium est Eucharistiae Sacramentum, cuius materia est panis triticeus et vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet. Forma huius Sa-

Capítulo IV.
Del Santísimo Sacramento de la Eucaristía.

521. El tercero es el Sacramento de la Eucaristía, cuya materia es pan de trigo y vino de uva, al cual antes de la consagración se ha de mezclar un poquito de agua. Su

[1] S. C. de Prop. Fide 23 Apr. 1774 (Coll. P. F. n. 665). — [2] V. Appen. n. LIX. — [3] V. Appen. n. XCIX.

cramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc confecit Sacramentum. Nam ipsorum verborum virtute fit transubstantiatio, per quam scilicet tota substantia panis in Corpus et tota substantia vini in Sanguinem Christi convertuntur, ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis et totus sub specie vini; sub qualibet quoque parte hostiae consecratae et vini consecrati, separatione facta, totus est Christus. Huius Sacramenti effectus, quem in anima operatur digne sumentis, est spiritualis transformatio hominis ad Christum. Et quia per gratiam homo Christo incorporatur, et membris eius unitur, consequens est, quod, per hoc Sacramentum, in sumentibus digne gratia augeatur, omnemque effectum, quem materialis cibus et potus, quoad vitam agunt corporalem, sustentando, augendo, reparando et delectando, Sacramentum hoc quoad vitam operetur spiritualem; in quo, gratam Salvatoris nostri recensemus memoriam, a malo retrahimur, confortamur in bono, et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementum [1].

forma son las palabras del Salvador con que consumó por primera vez este Sacramento. Porque, por virtud de las mismas palabras, se efectúa la transubstanciación, por la cual toda la substancia del pan se convierte en el Cuerpo y toda la substancia del vino en la Sangre de Nuestro Señor Jesucristo; pero de tal suerte que Jesucristo entero se contiene bajo las especies de pan, y todo entero también bajo las especies de vino; como también está Jesucristo íntegro en cualquiera parte de la hostia consagrada, y del vino consagrado, una vez que se hace la separación. El efecto que produce este Sacramento en el alma de quien lo recibe dignamente, es la espiritual transformación del hombre en Cristo. Y por cuanto el hombre se incorpora á Cristo por la gracia, y se une á sus miembros, de aquí se sigue que este Sacramento aumenta la gracia en los que lo reciben dignamente, y produce tocante á la vida espiritual, todos los efectos que el alimento y la bebida materiales surten tocante á la vida corporal, sustentando, aumentando, reparando y deleitando. En él recordamos la grata memoria de Nuestro Salvador, nos retraemos del mal, nos confortamos en el bien, y adelantamos en gracias y virtudes [1].

522. Igitur, ad sacram Synaxim accessuri, praecelsam tanti Sacramenti dignitatem secum reputantes,

522. Por tanto, los que se acercan á la sagrada Comunión, ponderando la excelsa dignidad de tan

[1] Cfr. Const. Eug. IV *Exultate Deo*

probent se ipsos diligenter, et ea animi puritate et modesta corporis compositione ad illud accedere studeant, ut nedum divinam ultionem indigne sumentibus reservatam vitare, verum etiam uberiora semper gratiarum incrementa percipere valeant.

523. Praeceptum suscipiendi SS. Eucharistiam, saltem semel in anno, fideliter servetur, iuxta Constitutionem Concilii Lateranensis sub Innocentio III, quae ita se habet: *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio sacerdoti, et iniunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter, ad minus in Pascha, Eucharistiae Sacramentum, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus, ab eius perceptione duxerit abstinendum; alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens christiana careat sepultura* [1]: quae tamen poenae sunt ferendae sententiae. Aegrotis quoque parochianis, etiamsi Communionem extra praescriptos Paschales dies sumpserint, in Paschalibus diebus illam deferet ac ministrabit [2].

524. Ne autem fideles nostri, degentes in locis in quibus raro haberi potest copia Sacerdotis, salu-

gran sacramento, pruébense á sí mismos con diligencia, y procuren presentarse con aquella pureza de alma y aquella compostura de cuerpo, que no sólo aparte de ellos la divina venganza reservada para los que participan de él indignamente, sino que les alcance gracias más y más abundantes.

523. Obsérvese fielmente el precepto de recibir la Sagrada Eucaristía por lo menos una vez al año, según la Constitución del Concilio de Letrán bajo Inocencio III, que dice así: *Todo fiel cristiano de uno y otro sexo, después de llegar á los años de la razón, confiese fielmente todos sus pecados, por lo menos una vez al año, al propio sacerdote, y procure con todas sus fuerzas cumplir la penitencia que le fuere impuesta, recibiendo con reverencia, á lo menos en la Pascua, el Sacramento de la Eucaristía, á no ser que por consejo del propio Sacerdote, juzgue que debe abstenerse de recibirlo, temporalmente, por alguna causa racional: de otra suerte, exclúyasele de la Iglesia en vida, y niegúesele en muerte la sepultura eclesiástica* [1]: estas penas son *ferendae sententiae.* A los feligreses enfermos, aunque hayan recibido antes la comunión, se la llevará el párroco en los días pascuales [2].

524. Para que aquellos de nuestros fieles, que viven en lugares donde rara vez se puede conseguir

[1] Rit. Rom. de Com. Pasch — [2] Ibid.

berrimum hoc praeceptum praetermittant, monemus omnes parochos et missionarios, praeceptum annuae Communionis omnes fideles quarumcumque regionum respicere; quo vero ad executionem tempore statuto, hoc est in Paschate, id esse intelligendum, nisi legitimum adsit impedimentum, aut grave periculum immineat. Curandum tamen, ut, infra duos vel tres menses, ante vel post, Paschati proximos, quatenus sine discrimine fieri possit, sin minus alio quovis tempore infra decursum unius anni a Paschate inchoandi, omnino communicent [1]. Ad normam Litterarum Apostolicarum SS. D. N. Leonis XIII *Trans Oceanum*, omnes fideles regionum nostrarum annuae Confessionis et Communionis praecepto satisfacere possunt a dominica Septuagesimae ad octavam Corporis Christi inclusive. Ab hac autem annua Communione, immo a frequentiori Sacrae Eucharistiae sumptione nullus fidelis, etiamsi fuerit infimae omnino conditionis et ingenii rudioris, reiici potest, nisi prorsus eius mysterii sit incapax [2].

525. Paterno autem affectu, ut olim Patres Tridentini (sess. 13, de Euch., cap. 8), rogamus et obsecramus « per viscera misericordiae Dei

un sacerdote, no omitan el cumplimiento de este saludable precepto, advertimos á todos los párrocos y misioneros, que el precepto de la Comunión anual comprende á todos los fieles, sean de donde fueren: en cuanto á cumplir con él en la época establecida, es decir en la Pascua, se entiende cuando no hay legítimo impedimento ni amenaza grave peligro. Hay que cuidar, no obstante, que comulguen, de seguro, dentro de los dos ó tres meses que preceden ó siguen inmediatamente á la Pascua, ó si absolutamente no se puede, en cualquiera época comprendida en el espacio de un año, empezando á contar en la Pascua [1]. Según las Letras Apostólicas de Nuestro Santísimo Padre León XIII *Trans Oceanum*, todos los fieles de nuestros países pueden cumplir con el precepto de la Confesión y Comunión anual, desde el Domingo de Septuagésima hasta la Octava de Corpus inclusive. De esta Comunión anual, y aun de la más frecuente participación de la Sagrada Eucaristía, no puede repelerse á fiel alguno, aunque sea de la ínfima clase y de entendimiento obtuso, salvo que absolutamente sea incapaz de entender, ni aun someramente, el misterio [2].

525. Con paternal afecto, como en otro tiempo los Padres Tridentinos (ses. 13 de Euc. cap. 8) rogamos y suplicamos « por las en-

[1] S. C. de Prop. Fid. 12 Sept. 1645 (Coll. P. F. n. 707). — [2] Cfr. Const. Alexandri VII *Sacrosancti*, 18 Ian. 1658 (Coll. P. F. n. 708).

nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine censentur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiae symbolo, iam tandem aliquando conveniant et concordent; memoresque tantae maiestatis et tam eximii amoris Iesu Christi Domini Nostri, qui dilectam animam suam in nostrae salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad manducandum, haec sacra mysteria Corporis et Sanguinis eius, ea fidei constantia et firmitate, ea animi devotione, ea pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint, et is vere eis sit animae vita et perpetua sanitas mentis: cuius vigore confortati, ex huius miserae peregrinationis itinere ad coelestem patriam pervenire valeant, eumdem panem angelorum, quem modo sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi».

526. Cum sancta Tridentina Synodo (sess. 22, de sacrif. Missae, c. 6), hoc Concilium Plenarium Latino-Americanum optaret quidem, «ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae perceptione, communicarent». Utrum autem singulis mensibus vel hebdomadis vel diebus id magis expediat, certa omnibus regula praescribi non potest [1]: ideoque, attentrañas de Jesucristo, á todos y cada uno de los que llevan el nombre de cristianos, á que algún día por fin se unan y congreguen bajo este estandarte de unidad, bajo este vínculo de caridad, bajo este símbolo de concordia; y teniendo presente la inmensa majestad y eximio amor de Jesucristo Nuestro Señor, que dió su vida por precio de nuestra salvación y nos ha dejado su carne como alimento, crean y veneren estos sagrados misterios de su Cuerpo y Sangre, con tal constancia y firmeza de fe, con tanta devoción, piedad y rendimiento, que puedan recibir con frecuencia ese Pan supersubstancial, y éste sea para ellos, en verdad, vida del alma y perpetua salud del entendimiento; y confortados con su vigor, pueda llegar después de esta triste peregrinación á la patria celestial, y participar sin velo alguno del mismo Pan de los Angeles que ahora comen aquí bajo las sagradas especies».

526. Con el Santo Concilio de Trento (ses. 22. de Sac. Missae, c. 6) desearía este Concilio Plenario Latino-Americano «que los asistentes á cada Misa comulgaran no sólo espiritualmente, sino con la sacramental participación de la Eucaristía». Sobre si conviene más que se practique cada mes, cada semana, ó cada día, no puede establecerse una regla fija [1]: por tanto, atendiendo á las disposiciones de cada uno,

[1] Catech. Rom. de Euch. n. 60.

dentes ad dispositiones singulorum, videant confessarii quid hac in re singulis poenitentibus permittendum sit vel prohibendum, iuxta normas a probatis Doctoribus traditas.

527. Episcopi autem, in quorum dioecesibus viget saluberrima praxis frequentis accessus ad Sacram Synaxim pro illa gratias Deo agant, eamque conservare et prudenter promovere studeant. Parochos autem hortamur, ut totis viribus promovere curent frequentiam S. Communionis inter proprios parochianos, cuiuscumque conditionis sint; et insuper nihil intentatum relinquant, ut multi, etiam rudiores et infimae conditionis ruricolae, pluries per annum ad Mensam Eucharisticam digne et alacriter accedant.

528. Animarum curatores, pueros ac puellas, cum usum rationis fuerint assecuti, saepius per annum invitent ad sacramentalem confessionem sincero corde peragendam, eosque vim et dignitatem SS. Eucharistiae diligentissime edoceant, eo ut, convenienti tempore, divini epuli participes fieri digne mereantur [1]. Qua vero aetate pueris sacra mysteria danda sint, nemo melius constituere poterit, quam pater et sacerdos, cui sua confitentur peccata; ad illum enim pertinet explorare, et a pueris percunctari, an huius admirabilis Sacramenti cognitionem aliquam acceperint et gustum habeant [2]. Scien-

vean los confesores lo que puede permitirse ó prohibirse á cada penitente, según las reglas trazadas por autores aprobados.

527. Los Obispos en cuyas diócesis está vigente la salubérrima costumbre de la Comunión frecuente, den por ello gracias á Dios, y procuren conservarla y prudentemente extenderla. Exhortamos á los párrocos á que procuren con todas sus fuerzas generalizar la Comunión frecuente entre sus propios feligreses, de todas las clases sociales; y á que no omitan esfuerzo para que, aun los campesinos más rudos y de clase más baja, se acerquen dignamente y de buena voluntad, varias veces al año, á la Mesa Eucarística.

528. Inviten los curas á los niños y niñas que han llegado al uso de razón, á hacer varias veces al año una buena confesión sacramental, y enséñenles con empeño la virtud y dignidad de la Santísima Eucaristía, para que, á su debido tiempo, merezcan participar del sagrado Banquete [1]. Con respecto á la edad en que puede admitirse á un niño á la primera comunión, ninguno mejor puede fijarla que el padre, y el sacerdote, á quien confiesa sus pecados; pues á él le toca investigar y preguntar si ya tiene algún conocimiento de este admirable Sacramento y deseos de recibirlo [2].

[1] Cfr. Decr. S. C. de Prop. Fid. 12 Ian. 1869 (Coll. P. F. n. 737). — [2] Cat. Rom. de Euch. n. 63.

dum tamen est, quod pueri, non communicantes, in debita aetate constituti, peccant, si ex proprio defectu instrui aut communicare nolint; at si defectus sit ex parte patris aut matris, alteriusve, qui ad dandam instructionem obligatur, hi peccabunt mortaliter [1]. Ut autem hac in re efficacius evadat parochorum et confessariorum ministerium, prae oculis habeatur *Instructio pro illis qui prima vice accedunt ad Sacram Mensam*, edita a Benedicto XIII in Concilio Romano, una cum *Instructione pro parvulis prima vice ad sacramentalem Confessionem admittendis*, quas in Appendice inserendas iudicamus.

Hay que saber que los niños que ya tienen edad para ello y no comulgan, pecan si por su propia culpa no quieren instruirse ó comulgar: si la culpa es del padre, ó de la madre, ó del que debiera instruirlos, éstos son los que pecan mortalmente [1]. Para que sea más fecundo en esta materia el ministerio de los párrocos y confesores, tengan á la vista la *Instrucción para los que por primera vez se acercan á la Sagrada Mesa*, dada á luz por Benedicto XIII en el Concilio Romano, juntamente con la *Instrucción para los niños que por primera vez se admiten á la confesión sacramental*, que hemos insertado en el Apéndice.

529. Cum vero compertum sit, eos qui primum ad Eucharisticam mensam accedunt, fructus uberrimos referre, si ad eam digne pro humanae infirmitatis conditione percipiendam sacris concionibus et exercitationibus per aliquot dies instruantur ac excitentur, et si auspicatissimi huius diei solemnitas splendidiore cultus maiestate celebretur, eiusdemque memoria salutaribus monitis commendetur perpetuo recolenda, parochi nihil praetermittant, quod hac in re noverint magis expedire. Optamus etiam quam maxime, ut pueros ipsos, praevia innovatione promissionum Baptismalium, SSmae Virgini ab origine Immacu-

529. Siendo evidente que los que llegan por primera vez á la Mesa Eucarística, sacan abundantísimos frutos, si se les prepara á participar de ella tan dignamente como permite la humana flaqueza, con sagradas pláticas y ejercicios, y si la solemnidad de ese día faustísimo se celebra con cultos más espléndidos, y se les exhorta con saludables consejos á recordar perpetuamente su memoria, nada omitirán los párrocos de lo que convenga para este fin. Deseamos también ardientemente que, previa la renovación de las promesas del Bautismo, consagren solemnemente á los mismos niños á la Santísima Virgen conce-

[1] Benedict. XIII. *Instructio pro illis qui prima vice accedunt ad Sacram Mensam* (V. Appen. n. IX).

latae, opportuna prece, solemniter conseerent, et pio sermone excitent ad tantae Matris praesidium quotidie exorandum et virtutibus ei carioribus promerendum [1]. Hac denique capta occasione, parochi enixe hortentur genitores et cognatos puerorum, ut, per Poenitentiam purificati, devotissimi eorum socii fiant in SS. Eucharistia suscipienda, caeterisque tantae solemnitatis caeremoniis peragendis.

530. Quoad pueros in vitae discrimine positos, sciendum, est eamdem non desiderari aetatem, ut iis Eucharistia possit ac debeat ministrari, quae in recte valentibus: tunc enim satis est, ut habeant usum rationis sufficientem ad peccandum, seu capaces sint confessionis, ac sciant discernere Corpus Christi a communi cibo illudque reverenter adorare. Ipsimet igitur prudentes parochi in singulis casibus diiudicent ac definiant, num puer vita periclitans, spectata eius indole, tali discretione praeditus sit, et capax tanti Sacramenti [2].

531. Memores parochi et missionarii divini praecepti, quo fideles tenentur Eucharistiae Sacramentum in mortis periculo sumere, nec non gravis obligationis, qua ipsi adstringuntur, illud administrandis infirmis

bida sin mancha, rezando oraciones acomodadas á las circumstancias, y los muevan con fervoroso discurso á implorar todos los días el patrocinio de su augusta Madre, y á merecerlo con la práctica de las virtudes que le son más caras [1]. Aprovechándose de la ocasión, exhorten los párrocos á los padres y parientes de los niños, á que, purificados por la Penitencia, los acompañen en la participación de la Sagrada Eucaristía y en las demás ceremonias de la fiesta.

530. Con respecto á los niños en peligro de muerte, hay que advertir que no se requiere en ellos la misma edad que en los sanos, para que pueda y deba administrárseles la Eucaristía: basta que tengan el uso de razón suficiente para pecar, ó que sean capaces de la confesión, y sepan distinguir el Cuerpo de Cristo del alimento común y ordinario, y reverenciarlo y adorarlo. El prudente párroco juzgará en cada caso, y decidirá si el niño en peligro de muerte, atendido su carácter, está dotado de tal discreción que sea capaz de tan gran Sacramento [2].

531. Recordando los párrocos y misioneros el divino precepto, que obliga á los fieles á recibir, en peligro de muerte, el Sacramento de la Eucaristía, y el grave deber que á ellos mismos incumbe, de

[1] Cfr. Conc. Prov. Urbinat. an. 1859, art. 28; Ultraiect. an. 1865, tit. 4, cap. 5.
[2] Cfr. Syn. Sutchuen. an. 1803, sess. 1. cap. 4; Ben. XIV de Syn. l. 7, cap. 12.

vita periclitantibus etiam morbo contagioso aut peste correptis, se in hoc officii sui munere facillimos praestent atque diligentissimos, neque incuria sua aut vanis praetextibus ullum sinant ex hac vita decedere tanto bono privatum, sed omnibus praebeant, quod omnibus sumendum praeceptum est, exceptis iis, qui iusta ratione prohibentur, aut nisi adsit periculum indecentiae vel irreventiae tanti Sacramenti [1].

532. Dolemus plurimum, quod in nonnullis regionibus nostris, praesertim in locis ruralibus et suburbanis plus minusve remotis ab Ecclesiis parochialibus, frequentissimi sint casus, in quibus infirmis vita periclitantibus Sacramenta Poenitentiae tantum et Extremae Unctionis ministrantur, omisso SS. Viatico. Quocirca, graviter onerantes conscientiam omnium Rectorum animarum, eis districte praecipimus, ut nulli deinceps infirmo, vita periclitanti, directe vel indirecte, denegare audeant validissimum auxilium SS. Viatici. Immo non renuant parochi SS. Eucharistiam iterum et tertio deferre ad aegrotos, qui, perseverante eodem morbi periculo, illam saepius, etiam per modum Viatici, si quidem naturale ieiu-

administrarlo á los enfermos en tal peligro, aunque estén atacados de la peste ú otra enfermedad contagiosa, muéstrense fáciles y diligentes en extremo en el cumplimiento de este deber, no vaya á ser que por su negligencia, ó con vanos pretextos, dejen morir á alguno sin este consuelo; y suministren á todos, lo que á todos está mandado recibir, con excepción de aquellos á quienes con justa razón se prohibe, ó salvo que haya peligro de indecencia ó de irreverencia à tan augusto Sacramento [1].

532. Duélenos en extremo que en algunos de nuestros países, principalmente en el campo y en los suburbios más ó menos lejanos de la Iglesia parroquial, se dan muchos casos en que á los enfermos en peligro de muerte se administran únicamente los Sacramentos de la Penitencia y Extrema Unción, omitiendo el Sagrado Viático. Por lo cual, gravemente cargando la conciencia de todos los curas de almas, les mandamos expresamente que en lo de adelante á ningún enfermo en peligro de muerte, directa ó indirectamente, le nieguen el poderoso auxilio del Sagrado Viático. No sólo, sino que no han de negarse los párrocos á llevar dos y tres veces la Sagrada Eucaristia, á los enfermos que, persistiendo el pe-

[1] Cfr. Syn. Sutchuen. an. 1803, sess. 1. c. 4; Neo-Granaten. an. 1868, tit. 4. c. 6; Conc. Prov. Ravenn. an. 1855, p. 2. cap. 4. n. 6; Conc. Antequeren. an. 1893, p. 1. sect. 3. tit. 4. n. 9; Bened. XIV de Syn. l. 13. cap. 19.

nium servare nequeant, suscipere cupiant [1].

533. Scientes vero damnabilem huiusmodi praxim inanibus rationibus a plurimis defendi, Ordinarii prae oculis habeant sequentes normas S. Sedis, videlicet: *a*) « Aegrotis morti proximis, cuiuscumque sint conditionis, quamvis in sordido ac vili degant loco aut tugurio, sacrum Eucharistiae Viaticum deferatur, cum apud Deum nulla sit acceptio personarum, ac pro nostra salute nec stabulum nec crucis ignominiam exhorruerit » (Alexand. VII. Const. *Sacrosancti*, 18 Ian. 1658). - *b*) « Quotiescumque SSmum Eucharistiae Sacramentum ad infirmos seu publice seu occulte respective deferri poterit, deferendum esse » (S. Congr. de Prop. Fide, 14 Dec. 1668). - *c*) Viaticum administrandum est infirmis etiam rudioribus et neophytis quamvis ignaris, dummodo « saltem discernant cibum spiritualem a corporali, cognoscendo et credendo in Sacra Hostia praesentiam Christi Domini » (S. Offic., 10 April. 1861) [2]. - *d*) « Quodsi longius aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit vas, in quo Sacramentum defertur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere, et ita ad pectus alligare atque obstringere, ut neque decidere ne-

ligro en la misma enfermedad, desean recibirla más á menudo, aun por vía de Viático, si no pueden guardar el ayuno natural [1].

533. Sabiendo que muchos defienden con vanos argumentos esta costumbre tan vituperable, los Ordinarios tendrán á la vista las siguientes normas dadas por la Santa Sede: *a*) « El sagrado Viático se llevará á los moribundos, sea cual fuere su categoría, aunque vivan en el lugar más pobre y en la choza más miserable, pues no hay acepción de personas en la presencia de Dios, quien no desdeñó por salvarnos, ni el establo de Belén ni la ignominia de la Cruz » (Alej. VII Const. *Sacrosancti* de 18 de Enero de 1658). - *b*) « Siempre que el Santísimo Sacramento pueda llevarse á los enfermos, bien sea pública ú ocultamente, deberá hacerse ». (S. Cong. de Propaganda, 14 de Dic. de 1668). - *c*) Se ha de llevar el Viático á los enfermos, por rudos que sean, y á los neófitos, aunque fueren ignorantes, con tal que « á lo menos distingan el alimento espiritual del corporal, conociendo y creyendo la presencia de Jesucristo en la sagrada Forma » (Santo Oficio 10 de Abril de 1861) [2]. - *d*) « Si el camino es largo y difícil, y hay que recorrerlo á caballo, será necesario que la píxide en que se lleva el Santísimo Sacramento, se guarde en una bolsa decente, colgada al cuello, y

[1] Syn. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 2. art. 4. Cfr. Bened. XIV, de Syn. l. 7. c. 12. — [2] Coll. P. F. n. 708, 709, 734.

que e pyxide excuti Sacramentum queat » (Rit. Rom. de com. infirm.) Quodsi, ratione extraordinariae distantiae, vel aliis gravissimis de causis, quasi insuperabile aliquod impedimentum occurrat, parochi stent normis a proprio Ordinario praescriptis, qui hac in re procedat, prae oculis habitis decretis et instructionibus Sanctae Sedis.

534. Ne autem, ob extensionem parochialis territorii vel ob multitudinem parochianorum, infirmi, praesertim vita periclitantes, SS. Eucharistia priventur, parochi tenentur in conscientia auxilium aliorum sacerdotum, praesertim confessariorum, etiam regularium implorare eisque licentiam concedere, ut non tantum Extremam Unctionem, ut hactenus plurimis in locis solet, sed et SSmum Viaticum ministrent. Regulares autem, quorum zelum et caritatem sacerdotalem erga infirmos regionum nostrarum meritis laudibus commendamus, alacres fiant, in re tanti momenti, parochorum auxiliares et socii.

535. Cum vero in SS. Eucharistia habeatur etiam ratio sacrificii, firmiter credendum est in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium Sacrificium, pro vivis et defunctis [1]; ideoque per ipsum fieri, ut, si cum vero corde et recta fide,

[1] Prof. fidei Pii IV et Pii IX.

atada fuertemente al pecho, de modo que no pueda caerse, ni salirse del relicario la Forma » *(Rit. Rom. de com. infirm.)*. Si por razón de la enormidad de la distancia, ó por otras causas gravísimas, se presentase algún impedimento insuperable, los párrocos se atendrán á las reglas prescritas por el Ordinario, quien á su vez procederá teniendo á la vista los decretos é instrucciones de la Santa Sede.

534. Para que la extensión del territorio de la parroquia ó la multitud de feligreses, no sean causa de que se prive de la S. Eucaristía á los enfermos, sobre todo si están en peligro de muerte, los párrocos están obligados en conciencia á solicitar el auxilio de otros sacerdotes, aunque sean regulares, principalmente para las confesiones, y á darles licencia, como se practica en muchas partes, de administrar no sólo la Extrema Unción, sino también el Sagrado Viático. Por su parte los Regulares, cuyo celo y caridad sacerdotal para con los enfermos de nuestras comarcas alabamos como es debido, se mostrarán activos auxiliares y compañeros de los curas, en ministerio de tan alta importancia.

535. Como en la Sagrada Eucaristía hay que tener también en cuenta el sacrificio, debe creerse firmemente que en la Misa se ofrece á Dios un Sacrificio verdadero, propio y propiciatorio por los vivos y los difuntos [1]; el cual, si nos acer-

cum metu et reverentia, contriti ac poenitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam et donum poenitentiae concedens, crimina et peccata, etiam ingentia, dimittit; una enim eademque est hostia, idem, nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa [1]. Et quamvis in honorem et memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit; non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli qui illos coronavit; unde nec sacerdos dicere solet: offero tibi sacrificium, Petre vel Paule; sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in coelis quorum memoriam facimus in terris [2].

536. Ut autem SS. Eucharistia, sive ut Sacramentum, sive quatenus est sacrificium, digne et religiose tractetur, diligenter serventur praescriptiones Ritualis et Missalis Romani, decreta Sanctae Sedis, et quae iubenda vel ad memoriam revocanda duximus in titulo IV *de Cultu divino.*

camos á Dios contritos y penitentes, con fe recta, temor y reverencia, nos alcanza la misericordia y el socorro oportuno de la gracia. Aplacado el Señor con esta oblación, concediéndonos la gracia y el don de la Penitencia, perdona los crímenes y pecados por grandes que sean, pues la víctima es una y la misma, y el que la ofrece por el ministerio de los sacerdotes es el mismo que se ofreció en le Cruz, y sólo es diferente la manera de ofrecerse [1]. Aunque la Iglesia ha acostumbrado ofrecer misas en honor y memoria de los Santos, no enseña que á ellos se ofrece el Sacrificio, sino sólo á Aquél que los coronó. De aquí es que nunca dice el sacerdote: te ofrezco á tí el sacrificio, Pedro ó Pablo, sino que, dando gracias por las victorias que estos alcanzaron, implora su patrocinio, para que se dignen interceder por nosotros en el cielo, aquellos cuya memoria celebramos en la tierra [2].

536. Para que la Sagrada Eucaristía, sea como sacramento, sea como sacrificio, se trate digna y religiosamente, se observarán cuidadosamente las prescripciones del Ritual y Misal Romano, los decretos de la Santa Sede, y cuanto mandamos ó recordamos en el título IV *de Cultu divino.*

[1] Conc. Trid. sess. 22. cap. 2 de sacrif. Missae. — [2] Conc. Trid. sess. 22. cap. 3 de sacr. Missae.

CAPUT V.
De Poenitentia.

537. Quartum Sacramentum est Poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis seu oris confessio, cordis contritio et operis satisfactio. Forma autem sunt verba absolutionis, quae sacerdos profert, cum dicit: *Ego te absolvo* etc. Minister vero est sacerdos, habens auctoritatem absolvendi, vel ordinariam vel ex commissione Superioris. Effectus huius Sacramenti est absolutio a peccatis post Baptismum commissis: et ideo merito vocatur « secunda tabula post naufragium ». Est enim sacramentum Poenitentiae lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus: unde per illud vera obtinetur reconciliatio cum Deo. Quapropter, parochi et concionatores frequenter doceant fideles de necessitate et de fructibus huius Sacramenti, et distincte doceant quae contritionem, confessionem et satisfactionem respiciunt [1].

538. Contritio a Patribus Concilii Tridentini definitur: *animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de caetero:* ex quibus verbis facile in-

CAPÍTULO V.
De la Penitencia.

537. El cuarto Sacramento es la Penitencia, cuya cuasi materia son los actos del penitente, ó sea la confesión oral, la contrición del corazón, y la satisfacción con obras exteriores. La forma son las palabras de la absolución que profiere el sacerdote cuando dice: *Yo te absuelvo etc.* El ministro es el sacerdote que tiene facultad de absolver, ordinaria ó por encargo del superior. El efecto de este Sacramento es la absolución de los pecados cometidos después del Bautismo; y por esto se llama con justicia la « segunda tabla después del naufragio ». Como el Bautismo es necesario á los que aún no han sido regenerados, así lo es el Sacramento de la Penitencia á los que han caido después del Bautismo, para alcanzar la salvación; pues por él se obtiene la verdadera reconciliación con Dios. Por lo cual los párrocos y confesores instruirán con frecuencia á los fieles sobre la necesidad y frutos de este Sacramento, y les enseñarán distintamente cuanto se refiere á la contrición, confesión y satisfacción [1].

538. Los Padres del Concilio de Trento definen la contrición: *dolor del alma y detestación del pecado cometido, con propósito de no pecar en adelante,* de cuyas palabras

[1] Cfr. Const. Eugen. IV *Exultate Deo.*

telligere possunt fideles, contritionis vim non in eo tantum positam esse, ut quis peccare desinat, aut propositum sit ei novum vitae genus instituere, aut ipsum iam instituat; sed in primis male actae vitae odium et expiationem suscipiendam esse [1].

539. Docet praeterea Sancta Synodus, « etsi contritionem hanc aliquando caritatem perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam ». Contritio autem imperfecta seu attritio cum Sacramento iustificat, ut eadem Tridentina Synodus declaravit [2].

540. Confessionem autem iidem Tridentini Patres definiunt esse peccatorum accusationem, quae ad sacramenti genus pertinet, eo susceptam, ut clavium virtute veniam impetremus. Recte autem accusatio dicitur, quod peccata ita commemoranda non sunt, quasi scelera nostra ostentemus, ut ii faciunt *qui laetantur cum male fecerint*, nec omnino ita enarranda, quasi rem aliquam gestam otiosis auditoribus, delectandi causa, exponamus; verum accusatorio animo ita enumeranda sunt, ut ea etiam in nobis

fácilmente pueden entender los fieles, que la esencia de la contrición no consiste tan sólo en dejar de pecar, ó en el propósito de mudar de vida, ó en mudarla efectivamente, sino ante todo en el odio de la mala vida pasada, y en empezar la debida expiación [1].

539. Enseña además el Santo Concilio que: « aunque puede suceder que la contrición sea alguna vez caridad perfecta, y reconcilie al hombre con Dios antes que el Sacramento se reciba actualmente; no obstante, no debe atribuirse la reconciliación á la misma contrición, sin el propósito de recibir el Sacramento, que en ella se incluye ». La contrición imperfecta, ó sea la atrición junta con el Sacramento, justifica, como declaró el mismo Concilio Tridentino [2].

540. Los mismos Padres Tridentinos definen la Confesión diciendo, que es acusación de los pecados perteneciente á la sustancia del Sacramento, y que se hace á fin de conseguir el perdón en virtud de la potestad de atar y desatar que tiene la Iglesia. Llámase con propiedad *acusación*, porque los pecados no han de referirse cual si hiciéramos gala de nuestras maldades, á guisa de « los que se alegran cuando han obrado mal » (Prov. 2). Ni tampoco se han de decir, como cuando se cuenta algún

[1] Catech. Rom. de Poenit. n. 23. — [2] Conc. Trid. sess. 14 cap. 4 et can. 5 de Poenit.

vindicare cupiamus. Veniae autem impetrandae causa, peccata confitemur [1].

541. Necessaria insuper est satisfactio sacramentalis, quae recte definitur: voluntaria poenae a confessario iniunctae susceptio, tum ad reparandam iniuriam Deo per peccatum illatam, tum ad poenam temporalem redimendam. Quamvis enim in Sacramento Poenitentiae rite suscepto semper condonetur poena aeterna, non tamen semper remittitur poena temporalis, quae redimenda est per Christi merita laboriosis nostris operibus.

542. Ex praemissis facile deduci potest utilitas maxima sacramentalis confessionis, tum pro singulis hominibus, tum ad socialem prosperitatem. Unde, ait Catechismus Romanus: « Quantum vero curae et diligentiae in ea explicanda pastores ponere debeant, ex eo facile intelligent, quod omnibus fere piis persuasum est, quidquid, hoc tempore, sanctitatis, pietatis et religionis in Ecclesia, summo Dei beneficio, conservatum est, id magna ex parte confessioni tribuendum esse, ut nulli mirandum sit, humani generis hostem, cum fidem catholicam funditus evertere cogitat, per minilance para divertir á un corrillo de ociosos, sino que han de manifestarse con ánimo acusatorio y deseo de que se castiguen en nosotros mismos. Confesamos, pues, los pecados á fin de obtener el perdón [1].

541. Es además necesaria la satisfacción sacramental que se define así: aceptación voluntaria de la penitencia impuesta por el confesor, tanto para reparar la injuria hecha á Dios por el pecado, como para redimir la pena temporal; pues aunque en el Sacramento de la Penitencia, recibido con las disposiciones necesarias, se condona siempre la pena eterna, no siempre se remite la pena temporal, que después se ha de redimir con nuestras obras y trabajos, por los méritos de Cristo.

542. De lo que antecede fácilmente se deducirá la grande importancia de la Confesión sacramental, tanto para los individuos en particular, como para el provecho de la sociedad en general. Por esto dice el Catecismo Romano: « Cuán grande haya de ser el cuidado y la diligencia con que deben explicarla los pastores, se infiere sin dificultad teniendo en cuenta la persuasión en que están casi todas las personas piadosas, de que, cuanto, por sumo beneficio de Dios, se ha conservado hasta hoy día en la Iglesia, en materia de santidad, piedad y religión, se debe en gran parte

[1] Catech. Rom. de Poenit. n. 38.

stros impietatis suae et satellites hanc veluti christianae virtutis arcem totis viribus oppugnare conatum esse ». « Constat enim, si sacramentalem confessionem e christiana disciplina exemeris, plena omnia occultis et nefandis sceleribus futura esse: quae postea, et alia etiam multo graviora, homines, peccati consuetudine depravati, palam committere non verebuntur, Etenim confitendi verecundia delinquendi cupiditati et licentiae tamquam fraena iniicit, et improbitatem coercet » [1].

543. Omnes fideles non solum diligenter adimpleant praeceptum confessionis saltem annuae, sed frequentius ad tanti Sacramenti remedium et tutamen confugere curent, praesertim quoties mortali aliquo peccato sese inquinatos, ac proinde gravissimo aeternae damnationis periculo, ob multa quae impendent vitae discrimina, expositos sciunt.

544. Parochi, tempore praesertim Quadragesimae, fidelibus exponentes canonem *Omnis utriusque sexus fidelis*, de annua confessione et eucharistica communione, prout supra art. 523, meminerint Communionem quidem paschalem fieri debere vel

á la confesión. No hay, pues, que admirarse de que el enemigo del género humano, siempre que se empeña en arrancar de cuajo la fe católica, envíe á las inícuas huestes y secuaces de su impiedad, á asaltar con todas sus fuerzas este baluarte de la virtud cristiana ». « Porque no tiene duda que, si se suprime de la disciplina cristiana la Confesión sacramental, luego se llenará el mundo de ocultas abominables maldades, y corrompidos los hombres con la costumbre de pecar, no se avergonzarán después de cometer en público las mismas, y aun otras mucho mayores. Porque la vergüenza de confesar pone freno al ímpetu y licencia de pecar, y reprime la malicia » [1].

543. No sólo cumplan todos los fieles puntualmente con el precepto de confesar por lo menos cada año, sino procuren acudir con más frecuencia al remedio y amparo de tan gran Sacramento, especialmente cuando sepan que están manchados con algún pecado mortal y, por tanto, expuestos á inminente peligro de condenación eterna, por los muchos riesgos que corre nuestra vida.

544. Al exponer los curas á los fieles, particularmente en la Cuaresma, el Canon *Omnis utriusque sexus fidelis*, que trata de la confesión y comunión anual, recuerden que la Comunión pascual debe hacerse en la Iglesia parroquial, ó en

[1] Catech. Rom. de Poenit. n. 36, 37.

in ecclesia parochiali, vel in aliis ecclesiis de licentia Ordinarii vel parochi; sacramentalem tamen Confessionem, etiam tempore paschali, apud quemcumque sacerdotem, ab Ordinario ad confessiones audiendas approbatum, fieri posse.

545. Quia etiam pueri, qui ad annos discretionis pervenerunt, semel saltem in anno, ad Sacramentum Poenitentiae accedere debent, parochi peculiarem curam in illorum confessionibus excipiendis impendant, cum bonum a malo discernere incipiunt et in eorum mentem dolus cadere potest; prudentissima eos manu curent, caveantque ne de iis, quae ignorare praestat, interrogando instruant, magno studio magnaque patientia ad huius Sacramenti fructus percipiendos praeparent, neque eis absolutionis beneficium ad illud tempus differant, quo ad primam Communionem admittentur; sed rite dispositos Sacramenti gratia corroborent.

546. Quoad fideles iter maritimum facientes, prae oculis habeatur declaratio S. Officii, diei 29 Martii 1869, scilicet: « Posse sacerdotes iter arripientes, ab Ordinariis locorum, unde naves solvunt, adprobari, ita ut, itinere perdurante, fidelium secum navigantium Confessiones valide ac licite excipere valeant, usquedum perveniant ad locum, ubi alius Superior ecclesiasticus iurisdictione pollens constitutus sit. Cavendum tamen ab ipsis Ordinariis, ne eiusmodi facultatem tribuant sacerotra con licencia del Ordinario ó del cura; pero que la confesión sacramental, aun en la Pascua, puede hacerse á cualquier sacerdote aprobado por el Ordinario.

545. Como también los niños al llegar al uso de razón deben acercarse una vez al año al Sacramento de la Penitencia, pondrán los curas especial cuidado en oir sus confesiones, cuando empiezan á discernir el bien y el mal, y puede caber dolo en sus corazones. Sosténganlos con mano prudentísima, y guárdense de enseñarles con preguntas imprudentes cosas que debieran ignorar. Prepárenlos con gran paciencia y empeño á percibir los frutos de este Sacramento, y no les difieran el beneficio de la absolución hasta la época de la primera comunión; sino, una vez bien dispuestos, robustézcanlos con la gracia del Sacramento.

546. Por lo que toca á los navegantes, téngase presente la declaración del Santo Oficio de 29 de Marzo de 1869, á saber: « Pueden los sacerdotes que se embarcan ser aprobados por el Ordinario del puerto de donde zarpa la nave, para oir válida y lícitamente, durante el viaje, las confesiones de los fieles que con él navegan, hasta llegar adonde se encuentre otro superior eclesiástico con jurisdicción. Guárdense los Ordinarios de dar licencias á los sacerdotes que no

dotibus, qui idonei non fuerint recogniti ad tramites Concilii Tridentini sess. 23 de ref. cap. 15 » [1].

547. Confessarii tenentur omnino sufficienter callere sermonem, in quo confessiones excipiunt: Superiores autem regulares neminem praesentent ad confessiones excipiendas, nisi calleat linguam vernaculam regionis, seu eorum quorum confessiones excipere debet [2].

548. Unde merito Concilium Mexicanum V art. 606 declaravit: « Sciant Parochi, in quorum districtu Indi alia quam hispana lingua utentes inveniuntur, se magnopere Dei gloriae consulturos et proprio officio ac conscientiae obligationi, non tantum praecipuas interrogationes ad valorem et integritatem sacramentorum, Indorum idiomate versas, sed linguam ipsam ediscere curent ».

549. Circa locum, ubi confessiones audiendae sunt, meminerint Ordinarii praescriptionis Ritualis Romani, scilicet: confessarius « in ecclesia, non autem in privatis aedibus confessiones audiat, nisi ex causa rationabili; quae cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare » ; et ad removendum a confessariis omne suspicionis periculum, in locis praesertim in quibus vel rarus patet accessus sacerdotum,

fueren reconocidos por idóneos, conforme á lo dispuesto por el Tridentino ses. 23 de ref. c. 15 » [1].

547. Los Confesores están obligados á saber el idioma en que se confiesa el penitente. Los superiores regulares no presentarán para el cargo de confesor á ninguno que no sepa el idioma vulgar de la región en que ha de ejercerlo [2].

548. Por esto declaró el Concilio V. Mejicano con sobrada razón lo siguiente: « Sepan los Curas en cuyo territorio hay indios que no hablan castellano, que contribuirán en alto grado á la gloria de Dios, y al cumplimiento de sus propios deberes, si no se contentan con aprender en el idioma indígena las principales preguntas indispensables para la integridad y validez de los Sacramentos, y si se esfuerzan por poseer completamente el idioma ».

549. Sobre el lugar en que han de oirse las confesiones, recuerden los Ordinarios lo mandado por el Ritual Romano, á saber: « Oiga el sacerdote las confesiones en la Iglesia, y no en casas particulares, salvo con causa racional; y cuando la hubiere, hágalo en lugar decente y á la vista ». Para precaver en los confesores todo peligro de sospecha, particularmente en aquellos lugares donde es raro que vaya un sacer-

1 Coll. P. F. n. 933. — 2 S. C. de Prop. Fid. 17 Martii 1760; 2 Augusti 1762 (Coll. P. F. n. 934, 935).

vel nulla ecclesia seu publicum oratorium habetur, prae oculis habeant normam, quae legitur in instructione S. C. de Propaganda Fide, diei 26 Aug. 1780, ad Missionarios regulares, videlicet: « Mulierum confessiones palam in ecclesiis, capellis aut publicis oratoriis, ubi adsunt; ubi vero desiderantur, in alio loco patenti ac pervio, et ianuae hospitii *(seu domus, in qua sacerdos vel missionarius residentiam habet)*, quantum fieri potest, viciniore; a respectivis Ordinariis, et his deficientibus, a localibus Missionum Superioribus designando, interposita crate ferrea vel alio repagulo inter os confessarii ac mulieris poenitentis, audiantur ». Tolerari tamen potest, ut viri, qui aegre ad locum sacrum accederent, ad propria peccata confitenda, alibi, vel etiam in privatis domibus, confessionem peragant. Quando adest causa sufficiens, ad audiendas mulierum confessiones in domibus privatis, Ordinarii « iniungant confessariis, nusquam confessiones feminarum recipere sine cratibus, vel alio quovis opportuno repagulo » (S. C. de Prop. Fide, 12 Febr. 1821): quae norma servanda erit etiamsi agatur de mulieribus surdis, in ecclesia vel in publico sacrario confessionem peragentibus. Si vero mulierum aegrotantium confessio in earum domo audienda est, « cubiculi ianua sit patefacta, ut conspici tam confessarius quam poenitens possint » (eadem S. C., 13 April. 1807), non

dote, y no hay Iglesía ni Oratorio público, téngase á la vista esta regla que se lee en la Instrucción de la S. Congregación de Propaganda, de 28 de Agosto de 1780, á los Misioneros Regulares, y dice así: « Se oirán las confesiones de las mujeres á la vista, en las Iglesias, capillas ú Oratorios públicos, donde los hubiere; donde no, en un lugar abierto y de fácil acceso, y lo más cerca que se pueda de la puerta del hospicio (ó casa en que reside el sacerdote ó misionero), que designará el Ordinario, ó á falta de éste el superior local de la Misión; con una reja de hierro ú otra clase de celosía entre la cara del confesor y la de la penitente ». Puede tolerarse que los hombres, que tengan dificultad para ir á la Iglesia, se confiesen en otras partes, y aun en casas particulares. Cuando hay causa suficiente para escuchar la confesión de una mujer en alguna casa particular « manden los Ordinarios á los confesores que nunca lo hagan sin reja ó celosía » (S. C. de Propag. 12 de Feb. de 1821); cuya regla habrá que observar tratándose de mujeres sordas, ya se confiesen en la Iglesia ó en la sacristía. Cuando haya que confesar en su casa á una mujer enferma « estará abierta la puerta del aposento, de modo que puedan verse, pero no oirse, tanto el confesor como la penitente » (la misma Cong. 13 de April de 1807). Por último los confesonarios estarán en lugares visibles, y no se rele-

tamen audiri. Tandem confessionalia in patentibus locis exposita sint, neque unquam in subobscura loca vel abditos sacellorum recessus coniiciantur [1].

550. Ut muneri suo rite satisfacere possint, confessarii Theologiae Moralis studio per totam vitam incumbere non omittant; negligentes autem audiant Benedictum XIV, qui (Inst. 32), merito de tali negligentia conqueritur, dicens: « Utinam non contingeret, quod tamen frequentissime videmus, aliquos nempe sacerdotes, qui, initio praeclarissime confessarii munus susceperunt, inde, post diuturnum tempus, omni studiorum cura neglecta, pristinam Moralis Theologiae scientiam amittere, ita ut, qui in eiusmodi arte peritissimi fuerant, tandem exigua solum et confusa ipsius artis scientia primisque rudimentis instructi, vix inter tirones adnumerentur ».

551. In approbandis confessariis, hanc Ordinarii habeant rationem, ut non solum ea scientia praediti reperiantur, qua triplici munere iudicis, medici et doctoris rite fungi valeant, sed sint etiam pii, bene morati, prudentes, patientes, deque animarum salute solliciti; et, excepto casu necessitatis ob penuriam sacerdotum, sint provectae etiam aetatis, praesertim illi, a quibus confessiones mulierum erunt audiendae. Quod si qui ex approbatis in garán á los rincones obscuros de las capillas [1].

550. Para poder cumplir con su deber, los confesores se aplicarán al estudio de la Teología moral toda su vida. Escuchen los negligentes á Benedicto XIV, quien, quejándose con justicia de tal negligencia, dice (Inst. 32): « Ojalá que no sucediera lo que vemos todos los días; que algunos sacerdotes, que á los principios fueron confesores de primer orden, después de algún tiempo, por haber abandonado los estudios, pierden su antiguo conocimiento de la Teologia moral, hasta el grado que, los que eran antes peritísimos en la materia, conservan al último sólo una tintura ligera y confusa, y los primeros rudimentos del arte, y apenas pueden considerarse principiantes ».

551. Para dar licencias de confesar, atiendan los Ordinarios no sólo á la ciencia del candidato, en su triple carácter de juez, de médico y de doctor, sino á su piedad, buenas costumbres, prudencia, paciencia y celo por el bien de las almas. Excepto sólo en caso de necesidad, por la penuria de sacerdotes, conviene que sean los confesores de edad provecta, sobre todo los que han de confesar mujeres. Si entre los ya aprobados hay al-

[1] Coll. P. F. n. 960, 962, 963.

sacro munere obeundo non ita sincere integreque et cum aedificatione se gerant, quemadmodum et tanti ministerii illis commissi sanctitas postulat et animarum salus deposcit, a confessionibus audiendis, licet regulares sint, suspendantur aut etiam amoveantur omnino.

552. Confessarius, more periti medici, similiter infundat oleum et vinum vulneribus sauciati, diligenter inquirens et peccatoris circumstantias et peccati, per quas prudenter intelligat quale illi debeat consilium praebere, et eiusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad sanandum aegrotum; habeatque prae oculis normas a probatis auctoribus expositas, circa absolutionem concedendam, negandam vel differendam. Quapropter, ut monet Benedictus XIV in Const. *Apostolica*, 26 Iun. 1749: « criminis se reos faciunt confessarii, qui nulla tacti sollicitudine, poenitentes tantum audiunt, non monent, non interrogant, sed expleta criminum enumeratione, absolutionis formam illico proferunt ».

553. Indispositi illi tantummodo sunt iudicandi, non qui vel gravissima admiserint flagitia, vel qui plurimos etiam annos abfuerint a confessione; misericordiae enim Domini non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus; vel qui rudes conditione, aut tardi ingenio

gunos que en el ejercicio de sus sagradas funciones, se portan con menos edificación, sinceridad ó integridad, de la que exige la santidad del alto ministerio que se les ha confiado, y la salud de las almas requiere, suspendáseles, ó retírenseles por completo las licencias de confesar, aunque sean regulares.

552. El confesor, á fuer de médico experimentado, derramará igualmente aceite y vino en las llagas del herido, inquiriendo diligentemente las circunstancias del pecador y del pecado, que le indiquen qué consejos puede dar, y aplicar el remedio, después de hacer todas las tentativas posibles para sanar al enfermo; tendrá también á la vista las reglas que dan los autores aprobados para conceder, negar ó diferir la absolución. Por lo cual, como enseña Benedicto XIV, en la Constitución *Apostolica* de 26 de Junio de 1749, « cometen un crimen los confesores, que sin celo alguno, se contentan con oir al penitente, y ni lo aconsejan ni le preguntan, sino que apenas ha acabado la enumeración de sus culpas, pronuncian la fórmula de la absolución ».

553. No se han de considerar indispuestos los que hayan confesado gravísimos crímenes, ó se hayan alejado largos años de la confesión; porque no tienen número las misericordias del Señor y es infinito el tesoro de su bondad; ni tampoco los que, de índole ruda y escaso ta-

non satis in seipsos inquisierint, nulla fere industria sua id sine sacerdotis ipsius opera assecuturi; sed qui, adhibita a confessario sufficienti diligentia, sensu tamen doloris ac poenitentiae, quo saltem ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam disponantur, carere prudenter iudicentur [1].

554. Quocumque autem animo sint, qui accedant ad ministrum Poenitentiae, nihil ei magis cavendum est, quam ne sua culpa diffisus quispiam Dei bonitati, aut Sacramento reconciliationis infensus discedat. Quare, si iusta sit causa, cur differenda sit absolutio, verbis, quoad poterit, humanissimis minister poenitentiae persuadeat confessis necesse est, id et munus officiumque suum, et eorum ipsorum salutem omnino postulare, eosque ad redeundum quamprimum blandissime adhortetur, ut, iis fideliter peractis, quae salubriter praescripta fuerint, vinculis soluti peccatorum, gratiae coelestis dulcedine reficiantur [2].

555. Ad satisfactiones vero sacramentales quod attinet, pro qualitate criminum et poenitentium facultate, salutares et convenientes iniungantur; et quidem nec graviores et quae verisimiliter haud adimplebuntur, spectata poenitentis conditione, nec leves, si de gravissi-

lento, no han hecho bien el examen de conciencia, ni logran hacerlo por mucho que trabajen, sin el auxilio del sacerdote; sino únicamente los que, después que el confesor ha hecho cuanto está de su parte, se ve que carecen del sentimiento de dolor y de penitencia, que los disponga siquiera para alcanzar la gracia de Dios en el Sacramento [1].

554. Sea cual fuere la disposición del que se acerca al ministro de la Penitencia, de lo que éste debe guardarse es de que, por su culpa, se retire el penitente desconfiando de la bondad divina, ó con prevenciones contra el Sacramento de reconciliación. Por lo cual, si por justa causa hay que diferir la absolución, es necesario que con las palabras más tiernas y corteses que pudiere, persuada al penitente que es necesario, y que tanto su propio deber como la salvación de aquél, lo exigen absolutamente; y que lo exhorte amorosamente á volver cuanto antes, para que, cumplido fielmente lo que se le ha mandado, y rotos los lazos del pecado, pueda gustar las dulzuras de la gracia celeste [2].

555. La penitencia sacramental se impondrá según la clase de los pecados y las circunstancias del penitente, de modo que resulte provechosa y saludable. Ni será tan grande que las circunstancias del penitente hagan prever que no se cumplirá, ni sobrado leve cuando

[1] Cfr. Const. Leon. XII *Caritate Christi*, 25 Dec. 1825. — [2] Ibid.

mis delictis agatur, sed tales sint, quae ad novae vitae custodiam, atque ad praeteritorum criminum vindictam prudenter referantur.

556. Quoad confessionem infirmorum, serventur praescripta Ritualis Romani, et ea quae parochis praecepimus tit. III. cap. IX, nec non quae de Communione infirmorum iubenda duximus capite IV huius tituli.

557. A casibus et censuris Sanctae Sedi vel Episcopo reservatis nulla est absolutio, extra mortis articulum, absque speciali eiusdem Sanctae Sedis aut Episcopi facultate. Absolvere autem praesumentes sine debita facultate, etiam quovis praetextu, ab excommunicationibus Romano Pontifici speciali modo reservatis, excommunicationis vinculo, ipsi Romano Pontifici reservatae, innodatos se sciant; dummodo non agatur de mortis articulo, in quo tamen firma est, quoad absolutos, obligatio standi mandatis Ecclesiae, si convaluerint. Non sunt inquietandi, qui tenent validam esse absolutionem in articulo mortis concessam a sacerdote non approbato, etiam quando facile advocari seu adesse potuisset sacerdos approbatus; nec qui tenent validam esse absolutionem in eodem articulo mortis concessam a peccatis reservatis, sive simpliciter, sive cum censura, per sacerdotem non habentem iurisdictionem in reservata, etiamsi advocari seu adesse facile potuisset

se trate de grandes pecados, sino de tal suerte que sirva á la par para la expiación de las culpas pasadas y de resguardo para lo porvenir.

556. Para las confesiones de los enfermos obsérvese lo mandado en el Ritual Romano, y lo que ordenamos á los párrocos en el tít. III. cap. IX, y lo que sobre la comunión de dichos enfermos dispusimos en el capítulo IV de este mismo título.

557. La absolución de los casos y censuras reservadas á la Santa Sede ó al Obispo, es nula, fuera del artículo de muerte, sin especial facultad de la misma Santa Sede ó del Obispo. Los que, sin las debidas facultades, presumieren, bajo cualquier pretexto, absolver de las excomuniones reservadas de modo especial al Romano Pontífice, sepan que quedan atados también ellos con el vínculo de excomunión reservada al mismo Romano Pontífice: siempre que no se trate del artículo de muerte, en cuyo caso queda en vigor para el absuelto la obligación de sujetarse á lo que disponga la Iglesia, si recobrare la salud. No hay que inquietar á los que consideran válida la absolución *in articulo mortis* impartida por un sacerdote no aprobado, habiendo á la mano ó siendo fácil llamar á otro aprobado; ni tampoco los que en iguales circunstancias tienen por válida la absolución de pecados reservados, simplemente ó con censura, concedida por un confesor sin facultades

sacerdos habens praedictam iurisdictionem [1].

558. Ex decreto S. Officii, diei 23 Iunii 1886 [2], hodie tuto teneri non posset sententia docens ad Episcopum aut ad quemlibet Sacerdotem approbatum devolvi absolutionem casuum et censurarum etiam speciali modo Papae reservatarum, quando poenitens versatur in impossibilitate personaliter adeundi Sanctam Sedem: ideoque recurrendum est, saltem per litteras ad Sacram Poenitentiariam, pro omnibus casibus Papae reservatis, nisi Episcopus habeat speciale indultum, praeterquam in mortis articulo, ad obtinendam absolvendi facultatem. At, ut dicitur in eodem decreto, in casibus vere urgentibus, in quibus absolutio differri nequeat absque periculo gravis scandali vel infamiae, super quo confessariorum conscientia oneratur, dari potest absolutio, iniunctis de iure iniungendis, a censuris etiam *speciali modo* Summo Pontifici reservatis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi pro huiusmodi poenitentibus absolutis saltem infra mensem per confessarium recursus fiat ad Sacram Poenitentiariam. Et, iuxta ulteriorem eiusmodi S. Officii declarationem et concessionem, sub die 16 Iun. 1897 [3], in casu quo nec infamia, nec scandalum est in absolutionis dilatione, sed durum valde

para ello, aunque hubiera sido fácil llamar á un sacerdote con jurisdicción para absolver de reservados [1].

558. Conforme al decreto del Santo Oficio de 23 de Junio de 1886 [2], hoy día ya no se puede tener como segura la opinión que enseña que sobre el Obispo, ó cualquier sacerdote aprobado, recae la facultad de absolver de pecados y censuras, reservadas al Papa aun de un modo especial, cuando el penitente se encuentra en la imposibilidad de acudir personalmente á la Santa Sede; así, pues, fuera del artículo de muerte, hay que acudir al menos por carta á la Sagrada Penitenciaría en todos los casos reservados al Papa, á no ser que el Obispo tuviere especial indulto, para obtener la facultad de absolverlos. Pero, como se dice en el mismo decreto, en los casos de veras urgentes, en que no puede diferirse la absolución sin peligro de grave escándalo ó infamia, sobre lo cual se grava la conciencia de los confesores, puede darse la absolución, con las condiciones que exige el derecho, de las censuras reservadas de un modo especial al Sumo Pontífice, bajo pena de reincidencia en las mismas censuras, si dentro de un mes no acuden á la S. Penitenciaría los penitentes así absueltos, por medio del confesor. Según ulterior declaración y concesión del mismo S. Oficio, fecha 16 de Junio de 1897 [3], en

[1] S. Off. 29 Iul. 1891 (Coll. P. F. n. 2169). — [2] Coll. P. F. n. 1012. — [3] V. Appen. n. XCVIII.

est pro poenitente in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis, simplici confessario licet a censuris Summo Pontifici reservatis directe absolvere, iniunctis iniungendis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad Sanctam Sedem. Immo eadem Suprema Congregatio Sancti Officii, novissime, sub die 9 Nov. 1898 [1], hanc concessionem et declarationem edidit: « Quando neque Confessarius neque poenitens epistolam ad Sacram Poenitentiariam mittere possint, et durum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu, liceat confessario poenitentem absolvere etiam a casibus Sanctae Sedi reservatis, absque onere mittendi epistolam »: quae tamen benigna concessio haud comprehendit casum absolutionis complicis [2].

559. Acatholici, ad sinum Sanctae Matris Ecclesiae venientes, qui dubie baptizati reperiantur, prius rebaptizandi sunt sub conditione; et, collato Baptismo, praevia sacramentali confessione peccatorum praeteritae vitae, ab iis sub conditione absolvantur: poterunt etiam, ad maiorem functionis ecclesiasticae faci-

caso que no haya infamia ni escándalo en diferir la absolución, pero que sea muy duro para el penitente permanecer en estado de pecado mortal todo el tiempo necesario para pedir y obtener la facultad de absolver de reservados, es lícito á un simple confesor absolver directamente de las censuras reservadas al Papa, con las condiciones que impone el derecho, pero con la pena de recaer en las mismas censuras, si en el espacio de un mes no ocurre el absuelto á la Santa Sede por carta y por medio del confesor. Aun más, la Suprema Congregación del Santo Oficio, últimamente, el 9 de Novembre de 1898 [1] publicó esta concesión y declaración. « Cuando ni el confesor ni el penitente pueden escribir á la S. Penitenciaría, y es demasiado duro para éste acudir á otro confesor, en este caso será lícito al confesor absolver al penitente en los casos reservados á la Santa Sede, sin el gravamen de escribir »; pero esta benigna concesión no comprende el caso de la absolución del cómplice [2].

559. Los no católicos, de cuyo bautismo se dude al acogerse al seno de la Santa Madre Iglesia, ante todo se rebautizarán bajo de condición: conferido el bautismo, previa la confesión sacramental de los pecados de la vida pasada, se les absolverá bajo de condición. Podrán también, para facilitar la fun-

[1] Mon. Eccl. X. p. 2. pag. 218. — [2] S. Off. 7 Iun. 1899. V. Appen. n. CXIX.

litatem, prius peccatorum accusationem apud designatum confessarium peragere; deinde, post collationem Baptismi sub conditione, ab eodem confessario, reassumptis, per summa capita, iis, de quibus iam accusationem fecerint, absolvi sacramentaliter, pariter sub conditione [1].

560. Quoad *sollicitantes* eorumque denuntiationem, serventur quae praescripta sunt tit. XV cap. III in fine. Personae autem, quae innoxium sacerdotem falso accusarunt de crimine sollicitationis, a solo Romano Pontifice vel ab eo tantum, qui Apostolicam facultatem obtinuerit, absolvi possunt; cum onere tamen praeviae et regularis retractationis, et expresso nomine, tam falso denuntiantis quam calumniati, servando in archivio secreto Curiae Dioecesanae et ad S. Congregationem Inquisitionis transmittendo [2].

561. Excommunicationem Romano Pontifici speciali modo reservatam incurrunt « absolventes complicem in peccato turpi, etiam in mortis articulo, si alius sacerdos, licet non approbatus ad confessiones, sine gravi aliqua exoritura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem » [3]. Haec autem poena incurritur etiam per absolutionem fictam, id est, si con-

ción eclesiástica, acusarse primero de los pecados ante un confesor señalado al efecto; luego bautizarse bajo de condición, y por último, haciendo un resumen sucinto de los pecados ya acusados, al mismo confesor, recibir la absolución sacramental, también condicionalmente [1].

560. Por lo que toca á los *solicitantes* y á su denuncia, obsérvese lo mandado en el título XV, cap. III, hacia el fin. Las personas que falsamente hubieren acusado á un sacerdote inocente del crimen de solicitación, pueden ser absueltos únicamente por el Romano Pontífice, ó por quien tuviere para ello facultad Apostólica, con la condición de una retractación previa y en forma, en que se exprese el nombre, tanto del falso denunciante, como del calumniado, para conservarse en el archivo secreto de la Curia Diocesana y transmitirse á la Congregación de la Inquisición [2].

561. Incurren en excomunión reservada en modo especial al Romano Pontífice « los que absuelven al cómplice en pecado torpe, aunque sea en artículo de muerte, si hay otro sacerdote, aunque sin licencias de confesar, que, sin que resulte grave infamia ó escándalo pueda oir la confesión del moribundo » [3]. Se incurre esta pena también por la absolución fingida, es decir,

[1] Prae oculis habita norma decret. S. Offi. 17 Iun. 1715 et 2 Dec. 1874 (Coll. P. F. n. 644, 957). — [2] Cfr Indult. concess. Vic. Ap. 7 Maii 1873 (Coll. P. F. n. 1006). — [3] Pius IX. Const. *Apostolicae Sedis*.

fessarius suum vel suam complicem simulaverit absolvisse [1].

si el confesor simula absolver al que ó á la que ha sido su cómplice [1].

CAPUT VI.

De Extrema Unctione.

562. Quintum Sacramentum est Extrema Unctio; quod, ut ait Concilium Tridentinum (sess. 14, de Extr. Unct.), non modo Poenitentiae, sed et totius christianae vitae quae perpetua poenitentia esse debet, consummativum existimatum est a Patribus ». Eius materia est oleum olivae ab Episcopo benedictum. Hoc Sacramentum soli infirmo, de cuius morte timetur, dari potest, qui, sub praescripta verborum forma, in his locis ungendus est: in oculis propter visum, in auribus propter auditum, in manibus propter odoratum, in ore propter gustum vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem [2].

563. Quoniam, ut monet Benedictus XIV (de Syn. lib. 8. cap. 7. n. 2): « Humani generis hostis hanc plerisque rudibus et ignaris (et hodie, deficiente fide in multis, etiam plurimis aliis hominibus) mentem iniecit, ut credant, actum esse de vita illius, qui Sancto Oleo est inunctus, et solum ei superesse sepulchrum; ex quo fit, ut a Sacra Unctione, perinde ac ab ipsa morte, abhorreant »; doceantur, gratiam

CAPÍTULO VI.

De la Extremaunción.

562. El quinto Sacramento es la Extremaunción, el cual, como dice el Concilio de Trento, ha sido reputado por los Padres consumativo, no sólo de la Penitencia, sino de toda la vida cristiana que debe ser una perpetua penitencia. Su materia es aceite de oliva bendito por el Obispo. Sólo puede administrarse al enfermo de cuya muerte hay temores; y á éste, bajo la forma de palabras prescrita, se le ha de ungir, en los ojos por razón de la vista, en las orejas por el oido, en las narices por el olfato, en la boca por el gusto y el habla, en las manos por el tacto, en los pies por el andar, y en los riñones por el deleite que allí tiene su asiento [2].

563. Por cuanto, como dice Benedicto XIV, « el enemigo de las almas ha introducido en muchos ignorantes y rudos (y hoy día que va faltando la fe, en muchos que no lo son) la preocupación de que el que ha recibido el santo Oleo ya no tiene esperanzas de vida, y sólo le queda el sepulcro, de donde nace que tienen á la santa Unción el mismo horror que á la muerte », enséñeseles que la gracia de este

[1] S. Poenit. 1 Martii 1878, et S. Ofi. 5 Dec. 1883 (Coll. P. F. n. 1008). S. Poenit. 19 Febr. 1896 (Coll. Par. n. 870). — [2] Cfr. Const. Eugen. IV *Exultate Deo.*

huius Sacramenti, delicta, si quae sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergere, et aegroti animam alleviare et confirmare, magnam in eo divinae misericordiae fiduciam excitando; qua infirmus sublevatus, et morbi incommoda ac labores levius fert; et tentationibus daemonis, calcaneo insidiantis, facilius resistit; et sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expedierit, consequitur [1]. Debet autem hoc Sacramentum praeberi non solum infirmis, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur; sed et iis, qui prae senio deficiunt, et in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate [2].

564. Gravissime peccant, qui illud tempus ad aegrotum ungendum expectare solent, cum iam, omni salutis spe amissa, vita et sensibus carere incipit. Ad uberiorem enim Sacramenti gratiam percipiendam, plurimum valet, si aegrotus, cum in eo adhuc integra mens et ratio viget, fidemque et religiosam animi voluntatem afferre potest, sacro Oleo liniatur. Ad obtinendam vero corporis etiam infirmi sanitatem, de qua actum est supra, « expectanda non est, ait Bened. XIV, (de Syn. lib. 8. c. 7. n. 2) ultima eius vitae periodus, qua extremum agat spiritum: hunc enim effectum non ope-

Sacramento borra las culpas, si aún quedan, y las reliquias del pecado, y alivia y conforta el alma del enfermo, excitando en él una gran confianza en la misericordia divina, con la cual se alienta para soportar con paciencia las molestias y trabajos de la enfermedad, y resiste más facilmente á las tentaciones del demonio, que tiende asechanzas á su calcañar; y alcanza á veces, cuando así conviene á la salvación del alma, la salud del cuerpo [1]. Debe este Sacramento administrarse, no sólo á los enfermos que habiendo llegado á tener uso de razón, se ven atacados de tan grave enfermedad, que parece inminente el peligro de muerte; sino también á aquellos que sin ninguna enfermedad van languideciendo á causa de la vejez, y parece que cada día se mueren [2].

564. Pecan gravísimamente los que, para dar al enfermo la Extremaunción, esperan el momento en que, perdida toda esperanza de alivio, empieza á quedarse sin vida y sin sentidos. Para que sea más copiosa la gracia de este Sacramento, vale más que lo reciba el enfermo, cuando todavía está en su pleno juicio y puede contribuir con su fe y voluntad. Además, para alcanzar la salud del enfermo, como se ha dicho, « no hay que aguardar la última hora (dice Benedicto XIV) en que ya está para entregar el alma; porque este Sacramento no produce tal efecto por vía de milagro, lo cual

[1] Conc. Trid. sess. 14 de Extr. Unct. c. 2. — [2] Rit. Rom. de Sacram. Extr. Unct.

ratur Sacramentum per modum miraculi, quod in illis circumstantiis esset necessarium, sed virtute quadam, supernaturali quidem, sed quodammodo ordinaria, quae causas naturales adiuvat ».

565. Parochi morosi in administratione Extremae Unctionis, etiam postquam infirmus Sacramentalem Confessionem perfecerit vel Viaticum susceperit, sciant apud veteres aliquando consuetudinem fuisse infirmis primum Poenitentiae, deinde Extremae Unctionis, et postremo Eucharistiae Sacramenta ministrandi [1], quae consuetudo in Ecclesia Graeca plenum adhuc vigorem habet, ut constat etiam ex canone quinto Concilii Patriarchalis Graeco-Melchitici Catholici, anno 1835 celebrati, et anno 1841 a Sancta Sede approbati et recogniti [2]. Et ut facilius intelligant piam ac benignam mentem Ecclesiae, prae oculis habeant decretum S. C. de Propaganda Fide, diei 20 Februarii 1801 [3], quo Missionariis licere declaratur Viaticum et Extremam Unctionem ministrare senibus valde debilibus, vel aliis infirmis, qui infra annum morituri praevidentur ex debilitate senili, ex ethica febri, vel ex alio morbo, etsi per plures menses duraturo, si, praetermissa occasione accessus vel transitus Missionarii, qui locum illum, vix semel aut iterum in anno, visitare potest, huiusseria indispensable en tales circunstancias, sino por cierta virtud, que aunque sobrenatural, es en cierto modo ordinaria, que ayuda á las causas naturales ».

565. Los párrocos morosos en administrar la Extremaunción, aun después que el enfermo ha terminado su confesión sacramental ó recibido el Viático, sepan que antiguamente prevaleció alguna vez la costumbre de administrar á los enfermos, primero el Sacramento de la Penitencia [1], luego el de la Extremaunción y por último el de la Eucaristía; cuya costumbre está aún en pleno vigor en la Iglesia Griega, como consta del canon V del Concilio Patriarcal Greco-Melquita de 1835, aprobado por la Santa Sede en 1841 [2]. Y para que mejor comprendan la benigna y piadosa mente de la Iglesia, tengan á la vista el Decreto de la S. Congregación de Propaganda, del 20 de Feb. de 1801 [3], en que se declara que es lícito á los misioneros administrar el Viático y la Extremaunción á los ancianos sumamente débiles, ó enfermos, que se preve que morirán durante el año por debilidad senil, de tisis, ó de otra enfermedad, aunque ésta haya de durar varios meses, si dejando pasar la ocasión de la visita ó tránsito del misionero, que apenas puede visitar aquel lugar una ó dos veces

[1] Cfr. Bened. XIV. de Syn. l. 8. c. 8. n. 2. — [2] Idipsum viget apud Cistercienses (S. R. C. 8 Mart. 1879, n. 3486). — [3] P. F. n. 1156. Cfr. decr. S. C. Prop. Fid. 21 Sept. 1843 (Coll.P. F. n. 1150).

modi infirmi privandi essent extremis Sacramentorum auxiliis.

566. Haec omnia ad memoriam revocantes, graviter improbamus negligentiam medicorum, qui, contra iteratas Sanctae Sedis praescriptiones, tempestive monere negligunt infirmos, eorumque propinquos vel cognatos, de morbi gravitate, seu de recipiendis Sacramentis. Porro medici huiusmodi, crudeles in infirmos, graviter peccant; eorumque negligentiam exprobrans, ita exclamat S. Alphonsus Maria de Ligorio (Hom. Apost. tr. ult. n. 34): *Oh! quam miserum est videre tot infirmos, et praesertim eos qui spectatae sunt dignitatis, ad incitas mortis reduci ut rationes vitae Deo mox reddendas parent, tempore quo sunt quasi exanimes, cum vix possint verba tunc modulare, vix alios audire, vix statum concipere propriae conscientiae suorumque peccatorum dolorem. Et totum hoc evenit culpa istorum medicorum, qui ne displiceant infirmis, aut eorum propinquis, illos certiores non faciunt de periculo; imo eis blandiri pergunt, usquedum omnino ipsi de vita desperantur.*

567. Si, curantium negligentia, vel morbi vi, vel repentino aliquo casu, infirmi sensum omnem amiserint, ut nihil plane intelligant, et, dum sana mente et integris sensibus essent, hoc Sacramentum petierint, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis,

al año, se han de ver privados de los últimos Sacramentos.

566. Al llamar todo esto á la memoria, gravemente reprobamos la negligencia de aquellos médicos que, contra las reiteradas órdenes de la Santa Sede, dejan de advertir á tiempo á los enfermos, ó á sus deudos y allegados, la gravedad del mal y la necesidad de recibir los Sacramentos. Esta clase de médicos, crueles en verdad para con sus enfermos, cometen un grave pecado. S. Alfonso Ligorio, al echarles en cara su negligencia, prorrumpe en esta exclamación: « ¡Oh! Cuán triste es ver á tantos enfermos, sobre todo los de alta categoría, llegar al trance de la muerte, y tener que prepararse á rendir á Dios cuenta de su vida en breves momentos, cuando ya están casi exánimes, y apenas pueden balbutir algunas palabras, cuando casi no oyen, y apenas pueden formarse una idea del estado de su conciencia y concebir dolor de sus pecados. Y todo por culpa de esos médicos, que para no desagradar al enfermo ó á sus parientes, lejos de avisarles el peligro, los siguen lisonjeando hasta que ya su caso es desesperado ».

567. Si por descuido de los asistentes, ó por la gravedad del mal, ó por algún ataque repentino perdiere el enfermo los sentidos, al grado de no entender nada, y mientras estuvo en su juicio pidió este Sacramento, ó es probable que lo hubiera pedido, ó dió señales de

etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominus illis praebeatur. Aliis vero, etiam peccatoribus quibuscumque, de quorum dispositione seu capacitate dubitari potest, Extrema Unctio detur sub conditione: *Si es capax* [1].

568. Pueris, qui sunt doli capaces, etiamsi nondum admissi fuerint ad primam Communionem, praebeatur non solum Poenitentiae, sed et Extremae Unctionis Sacramentum. Non tamen conferendum est Sacramentum Extremae Unctionis illis neophytis moribundis, quos Missionarius capaces Baptismi censuit, nisi saltem habeant aliquam intentionem recipiendi Sacram Unctionem in beneficium animae pro mortis tempore ordinatam [2].

569. Sanctum Oleum Infirmorum in ecclesiis asservetur, excepto tamen casu necessitatis, iuxta Decreta a Sacra Rituum Congregatione edita; et tunc omnino servetur, etiam domi, Rubrica quoad honestam et decentem tutamque custodiam [3].

570. Sacro Oleo Infirmorum addi potest pars modica olei non benedicti, sed in casu tantum necessitatis ut in Rituali praescribitur. Hoc autem faciendum est, quando sacrum Oleum deficit; non vero quando post consecrationem distribuitur [4]. Circa usum sacri Olei antiqui, stan-

contrición, adminístresele, aunque después pierda el habla, ó el juicio, ó delire ó deje de sentir. A aquellos de cuyas disposiciones ó capacidad se puede dudar, por pecadores que sean, déseles la Extremaunción bajo la condición: *Si eres capaz* [1].

568. A los niños en edad de pecar, aun cuando no hayan hecho su primera comunión, déseles no sólo el Sacramento de la Penitencia, sino también el de la Extremaunción. Pero no se les dará á aquellos neófitos en punto de muerte, á quienes el misionero juzgó capaces del Bautismo, á no ser que tengan alguna intención de recibir la Unción sagrada que la Iglesia ha ordenado para el momento de la muerte, en provecho del alma del moribundo [2].

569. El Santo Oleo de los enfermos se guardará en las Iglesias, excepto en caso de necesidad, conforme á los Decretos de la S. Congregación de Ritos; y en este caso obsérvese, aun en la casa particular, la rúbrica que manda que se guarde de una manera decente y digna [3].

570. Al Oleo Santo de enfermos puede mezclarse una pequeña cantidad de aceite no bendito; pero sólo en caso de necesidad, como manda el Ritual Romano. Empero esto ha de hacerse cuando falta el Oleo, y no cuando se distribuye después de la consagración [4]. Con

[1] Cfr. Rit. Rom. de Extr. Unct. — [2] S. Off. 10 Maii 1703; 10 April. 1861 (Coll. P. F. n. 1155, 1158). — [3] S. R. C. 16 Dec. 1826, ad 3 (n. 2650). — [4] S. R. C. 7 Dec. 1844, ad 3 (n. 2883).

dum est tenori indulti a SS. D. N. Leone XIII per Litteras Apostolicas *Trans Oceanum* concessi [1]. Parochus, si per errorem aliud Oleum, quam quod Infirmorum est, ad aegrotum ungendum umquam adhibuerit, etiamsi Chrismatis aut Catechumenorum sit, ut erratum emendet, Olei sacri, quod proprium Infirmorum est, unctionem eidem adhibeat, tuncque Sacramenti formam iteret [2] sub conditione. Et neque in casu necessitatis adhiberi potest Oleum a simplici presbytero benedictum [3], nisi habeat licentiam Summi Pontificis [4].

571. Renum unctio in mulieribus, honestatis causa, semper omittitur; atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest. Sed, sive in mulieribus sive in viris, alia corporis pars pro renibus ungi non debet. Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma [5].

572. Excepta necessitatis causa, adhiberi nequit stylus, seu virga argentea, aut penicillus, in administratione Extremae Unctionis, loco pollicis intincti in Oleo sancto, iuxta praescriptum Ritualis Romani [6].

respecto al uso del Oleo antiguo, hay que atenerse al tenor del indulto concedido por Nuestro Santísimo Padre León XIII en las Letras Apostólicas *Trans Oceanum* [1]. Si por algún error se hubiere servido el Párroco, en la Extremaunción, de otro Oleo que no sea el de los enfermos, aunque hubiere sido el de Catecúmenos ó el Crisma, para reparar el error repetirá las unciones con el Oleo propio de los enfermos, repitiendo también la forma del Sacramento [2], bajo de condición. Ni aun en caso de necesidad puede hacerse uso de Oleo bendito por un simple presbítero [3], á no ser que se tenga facultad del Sumo Pontífice [4].

571. La unción de los riñones, en las mujeres, se omite siempre por pudor; y también en los varones, cuando el enfermo no puede cómodamente moverse; pero ni en mujeres, ni en hombres, puede ungirse otra parte en vez de los riñones. A quien esté mutilado de algún miembro, únjasele la parte más próxima, bajo la misma forma [5].

572. Salvo en caso de necesidad, no se puede usar de estilo, puntero de plata ó pincel, en la administración de la Extremaunción, en vez del dedo pulgar mojado con Oleo, como manda el Ritual Romano [6].

[1] V. Appen. n. XCVI. — [2] Cfr. Acta Eccl. Mediolan. I. pag. 181. — [3] S. Off. 13 Ian. 1611; 14 Sept. 1842 (Coll. P. F. n. 1146, 1149). — [4] Cfr. Bened. XIV, de Syn. l. 8. c. 1. n. 4. — [5] Rit. Rom. de Extr. Unct. — [6] S. R. C. 9 Maii 1857, ad 2 (n. 3051); S. C. de Prop. Fide 21 Iun. 1788 (Coll. P. F. n. 1147).

573. In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut si, cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis inciderit. In dubio autem, an morbi status mutatus sit, parochi prae oculis habeant hoc monitum Benedicti XIV (de Syn. lib. 8. c. 8. n. 4): « Ne nimium scrupulose in hoc se gerant (parochi), sed si dubitent, an revera morbi status sit mutatus, seu num idem vel diversum sit vitae periculum... ad Sacramenti iterationem propendant; eo quod haec iteratio conformior sit veteri Ecclesiae consuetudini, et per eam novum spirituale subsidium et levamen infirmo obveniat ».

573. En la misma enfermedad no debe reiterarse este Sacramento, á no ser que sea muy larga y, habiéndose aliviado el enfermo, otra vez haya caido en peligro de muerte. En la duda si se ha cambiado el estado de la enfermedad, los párrocos tendrán á la vista esta advertencia de Benedicto XIV: « No sean en esto muy escrupulosos, y cuando duden si, en realidad, ha habido cambio en el estado del enfermo, ó si el peligro de muerte en que hoy está es el mismo de antes... propendan á la reiteración del Sacramento, porque ésta es más conforme á la antigua costumbre de la Iglesia, y con ella recibe el enfermo nuevo alivio y socorro espiritual ».

574. Solus parochus aut alius sacerdos, ordinariam vel delegatam facultatem habens, licite hoc Sacramentum administrare potest, secluso casu necessitatis. Regulares autem, praesumentes clericis aut laicis, extra casum necessitatis, hoc Sacramentum ministrare absque parochi licentia, excommunicationem incurrunt latae sententiae Summo Pontifici reservatam [1].

574. Sólo el párroco, ú otro sacerdote con facultad ordinaria ó delegada, puede administrar lícitamente este Sacramento, excepto en caso de necesidad. Los Regulares que, sin tal necesidad, presumieren administrarlo á algún clérigo ó seglar, sin licencia del párroco, incurren en excomunión *latae sententiae* reservada al Romano Pontifice [1].

Caput VII.
De Ordine.

575. Sextum Sacramentum est Ordo, seu ritus sacer, quo traditur spiritualis potestas ad munia spiritualia recte obeunda. Sacerdotibus

Capítulo VII.
Del Orden.

575. El sexto Sacramento es el Orden, ó sea, el rito sagrado, por el cual se confiere potestad espiritual para desempeñar debidamente funciones

[1] Pius IX. Const. *Apostolicae Sedis.*

autem rite ordinatis potestas traditur consecrandi, offerendi et ministrandi Corpus et Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, nec non et peccata dimittendi et retinendi; idque Sacrae Litterae ostendunt et Catholicae Ecclesiae traditio semper docuit.

576. Igitur, cum Concilio Tridentino, anathematizamus eum, qui dixerit non esse in Novo Testamento sacerdotium visibile et externum; vel non esse potestatem aliquam consecrandi et offerendi verum Corpus et Sanguinem Domini, et peccata remittendi et retinendi; sed officium tantum et nudum ministerium praedicandi Evangelium; vel eos qui non praedicant prorsus non esse sacerdotes; vel, praeter sacerdotium, non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, et maiores et minores, per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium tendatur; vel Ordinem sive sacram Ordinationem non esse vere et proprie Sacramentum a Christo Domino institutum, sed esse figmentum quoddam humanum; vel in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex Episcopis, presbyteris et ministris, vel Episcopos non esse presbyteris superiores [1].

577. Cum sacrorum ministri probi et vere idonei, Dei donum sint, et sane maximum, hinc, in electione

sagradas. A los sacerdotes ordenados conforme al rito, se confiere la potestad de consagrar, ofrecer y administrar el Cuerpo y la Sangre de Nuestro Señor Jesucristo, y de perdonar ó retener los pecados, como lo prueba la Sagrada Escritura y ha enseñado siempre la tradición de la Iglesia Católica.

576. Por tanto, con el Concilio Tridentino anatematizamos á todo aquél que dijere que no hay en el Nuevo Testamento un sacerdocio visible y externo; ó que no hay potestad alguna de consagrar y ofrecer el verdadero Cuerpo y la Sangre del Señor, y de perdonar ó retener los pecados, sino únicamente el puro cargo de predicar el Evangelio; ó que los que no predican no son sacerdotes; ó que además del Sacerdocio no hay en la Iglesia Católica otras Ordenes, mayores y menores, por las cuales, como por una escala, se sube al sacerdocio; ó que el Orden no es verdadera y propiamente un Sacramento instituido por Cristo Nuestro Señor, ó que es una invención humana; ó que en la Iglesia Católica no existe Jerarquía establecida por disposición divina, que consta de Obispos, presbíteros y ministros; ó que los Obispos no son superiores á los presbíteros [1].

577. Como los ministros del altar verdaderamente probos é idóneos, son un dón de Dios, y por cierto

[1] Conc. Trid. sess. 24. can. 1, 2, 3, 6, 7.

promovendorum ad Ordines, ante omnia enixe rogandus est idem Deus, qui est *Dominus messis, ut* huiusmodi *operarios mittat in messem suam* (Luc. x. 2), rogandusque saepius, sed praesertim adventantibus sacrarum Ordinationum diebus. Et volumus, ut tunc omnes parochi fideles excitent ad supplicationes, aliaque pietatis opera in hunc finem peragenda.

578. Qui prima tonsura initiandi sunt, praeter alias qualitates, tales sint de quibus probabilis coniectura sit eos, ut Deo fidelem cultum praestent, hoc vitae genus elegisse. Per minores vero Ordines, clerici ita de gradu in gradum ascendant, ut in iis cum aetate vitae meritum et doctrina maior accrescat; quod et bonorum morum exemplum, et assiduum in Ecclesia ministerium, atque maior erga presbyteros et superiores Ordines reverentia, et crebrior quam antea Corporis Christi communio maxime comprobabunt. Episcoporum tamen erit de necessitate seu opportunitate dispensationis interstitiorum iudicare [1].

579. De iis praesertim, qui Ordinibus sacris initiari desiderant, inquirere et diu multumque invigilare debent Episcopi, num a Deo legitime vocati, num ea indole, doctrina, gravitate morum et divini

de la mayor importancia, para la elección de los que han de ordenarse, hay ante todo que rogar á Dios mismo, que es Dueño de la *mies, para que envíe á su mies obreros* de estas cualidades (Luc. x. 2) y aunque se le ha de rogar á menudo, se deben redoblar las plegarias al acercarse las ordenaciones. Queremos que, en esas épocas, los párrocos exciten á los fieles á organizar rogativas públicas y á otros actos de piedad con este objeto.

578. En los que han de recibir la primera tonsura, además de las otras cualidades, hay que mirar la probabilidad de que los haya movido á abrazar ese género de vida, el deseo de perseverar en el servicio del Señor. Suban los clérigos por las órdenes menores, como por otros tantos escalones, de suerte que, al crecer en edad, crezcan en méritos y en doctrina; lo cual probarán con su buen ejemplo, el asiduo ministerio en la Iglesia, la mayor reverencia para con los presbíteros y eclesiásticos de más alta categoría, y la comunión más frecuente. Los Obispos juzgarán de la necesidad ú oportunidad de dispensar los intersticios [1].

579. Minuciosas investigaciones deben hacer los Obispos sobre la conducta de los aspirantes á órdenes, sobre todo si se trata de las mayores, y han de vigilarlos mucho y por largo tiempo, para ver si Dios,

1 Cfr. Conc. Trid. sess. 23. cap. 4 et 11 de ref.

cultus studio commendentur, ut certa spes affulgeat, fore ut, tamquam lucernae ardentes in domo Domini, viam salutis gregi fidelium commonstrare eumque ad opera christianae vitae inflammare queant. Proinde, *melius profecto est*, ut docet Benedictus XIV [1], *pauciores habere ministros, sed probos, sed idoneos atque utiles; quam plures, qui in aedificationem corporis Christi, quod est Ecclesia, nequidquam sint valituri.* Hinc, etiamsi agatur de clericis qui antea in Seminario commorari non potuerunt gravissimis de causis ab Episcopo diiudicandis (ut dicitur titulo VII, art. 629) nullus sacris Ordinibus initietur, qui saltem per sex menses continuos in Seminario non degerit: et dispensationes rarissimae sint et a solo Episcopo, urgentibus extraordinariisque de causis, concedi poterunt; quo in casu, per alias cautelas de idoneitate et bonitate promovendi Episcopus ipse certior fieri debet.

en realidad, los llama al santuario, y si se recomiendan por su carácter, doctrina, gravedad y amor al culto divino, y hay esperanzas de que, á guisa de lámparas encedidas en la casa del Señor, puedan enseñar al rebaño de los fieles el camino de la salvación, é inflamarlo para las obras de la vida cristiana. Por tanto, como dice Benedicto XIV [1], *es mejor tener pocos ministros, pero probos, idóneos y útiles, que no muchos, que nada valgan para la edificación del Cuerpo de Cristo, que es la Iglesia.* Así es que, aunque se trate de clérigos que, por causas gravísimas á juicio del Obispo, no han podido vivir en el Seminario, ninguno se ordene si, al menos por seis meses continuos, no permanece en el mismo Seminario; y las dispensas deberán ser rarísimas, y sólo se concederán por el Obispo mismo, y por causas urgentes y extraordinarias; en cuyo caso tomará otras precauciones el Obispo para cerciorarse de su idoneidad y buena conducta.

580. Parochi, moderatores Seminarii aliique, qui de natalibus, aetate, vita et moribus promovendorum ad sacros Ordines vel inquirere vel testimonium ferre debent, hoc gravissimum munus, onerata strictissime eorum conscientia, et servato secreto, summa diligentia exequantur [2]. Si secus fecerint, sciant, se malorum omnium, quae inde chri-

580. Los párrocos, rectores de Seminarios y otros que tengan que hacer averiguaciones, ó dar testimonio acerca del nacimiento, vida y costumbres de los candidatos á órdenes, cumplirán este gravísimo deber con suma diligencia, con absoluto secreto, y en descargo de su conciencia [2]. Si así no lo hicieren, sepan que ante Dios y la Iglesia,

[1] Encycl. *Ubi plurimum*, 3 Dec. 1740. — [2] Cfr. Syn. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 2, art. 9.

stianae reipublicae obvenient, coram Deo et Ecclesia reos habendos esse.

581. Hortamur in Domino parochos, ut, quos possunt, pueros, praesertim pauperes, bona indole praeditos, qui spem afferant, se, sacris initiatos, Ecclesiae ministros utiles fore, ad clericalis vitae normam, pro paterna caritate, accurate erudiant, litteras doceant, et in caeremoniis liturgicis adhibeant. Cum autem expedire videbitur, singulorum mores ac in studiis progressus Episcopo significent, ut suo tempore, pro aetatis ratione proque ingenii captu, studiis gravioribus dare operam queant.

582. Secluso speciali indulto, nemo ad sacros Ordines promoveri potest nisi titulo *ecclesiastico* vel *patrimoniali* de honesta sustentatione provisus sit. In nostris autem regionibus sufficit titulus admnistrationis seu ministerii sive *servitii Ecclesiae*, iuxta Decretum S. Congregationis Concilii, diei 21 Iunii 1879, quod in Appendice inserendum iussimus [1]. Clerici in communis vitae disciplina degentes, nulla nuncupantes vota, vel simplicia tantum, ordinari nequeunt titulo *mensae communis*, nisi eorum Congregationes aut Instituta peculiari ad id privilegio ab Apostolica Sede aucta fuerint: nec possunt promoveri titulo *paupertatis*, siquidem

[1] V. Appen. n. XLIV.

serán responsables de todos los males que de aquí resultaren á la República cristiana

581. Exhortamos en el Señor á los párrocos, á que, con caridad paternal acojan, enseñen las letras, instruyan, inicien en la vida clerical y ocupen en el servicio del altar, á todos los niños que puedan, sobre todo si son pobres, de buen carácter, y dan esperanzas de ser buenos sacerdotes si llegan á ordenarse Cuando lo juzguen conveniente, den cuenta al Obispo de las costumbres de cada uno de ellos, y de sus adelantos en los estudios, para que á su tiempo, según su edad é inteligencia, se apliquen á estudios más serios.

582. Salvo especial indulto, ninguno puede ordenarse, sin que se haya proveido á su decente manutención, con un título *eclesiástico* ó *patrimonial*. En nuestros países basta el título de *administración* ó *ministerio*, ó *servicio de la Iglesia*, según el Decreto de la S. Congregación del Concilio de 21 de Junio de 1879, que insertamos en el Apéndice [1]. Los clérigos que llevan vida común, pero sin votos, ó sólo con votos simples, no pueden ordenarse á título de *mesa común*, si sus Congregaciones ó Institutos no gozan de un privilegio especial al efecto, concedido por la Sede Apostólica: ni tampoco á título de *pobreza*, puesto que este título está

hic titulus ad eos tantum pertinet qui vota *solemnia* in probata religione emiserint. Ut autem in hac re ad normam iuris diligentius et facilius procedatur, prae oculis habeatur Instructio Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, diei 27 April. 1871 [1].

583. Quis sit subditus alienus et quis proprius, ad effectum suscipiendi Ordines, aperte declaravit Innocentius XII in Constitutione *Speculatores*, die 4 Nov. 1694 [2]. Poenae autem latae in ordinantes alienum subditum vel proprium, contra praescripta canonica, habentur in Constitutione Pii IX *Apostolicae Sedis*, diei 12 Oct. 1869. Prae oculis etiam haberi debent normae praescriptae in decreto S. Congregationis Concilii « *A primis Ecclesiae saeculis* »; diei 20 Iul. 1898 [3].

584. Meminerint Episcopi, haereticos ad fidem catholicam conversos, ac filios haereticorum, qui in haeresi persistunt vel mortui sunt, ad primum et secundum gradum per lineam paternam, per maternam vero ad primum dumtaxat, esse irregulares; ideoque dispensatione indigere, ut ad Tonsuram et Ordines promoveantur [4].

585. Meminerint denique omnes quorum interest, ipsam remissionem interstitiorum, etiam quoad Reservado á los que pronuncian votos *solemnes*, en una religión aprobada. Para mejor proceder en este asunto, conforme á derecho, téngase á la vista la Instrucción de la S. Congregación de Propaganda Fide de 27 de Abril de 1871 [1].

583. Quién sea súbdito ajeno y quién propio, para el efecto de recibir órdenes, lo declaró manifiestamente Inocencio XII en la Constitución *Speculatores* de 4 de Noviembre de 1694 [2]. Las penas decretadas contra el que ordena á un súbdito ajeno, ó á uno propio contra los requisitos canónicos, se encuentran en la Constitución de Pío IX *Apostolicae Sedis* de 12 de Octubre de 1869. También hay que tener presentes las reglas contenidas en el decreto de la S. Congregación del Concilio *A primis Ecclesiae saeculis* de 20 de Julio de 1898 [3].

584. Recuerden los Obispos que los herejes convertidos á la fe católica, y los hijos de herejes que persisten ó murieron en la herejía, son irregulares hasta el primero y segundo grado por línea paterna, y sólo en el primero en la materna; necesitan, pues, dispensa para ser promovidos á la tonsura y á las órdenes [4].

626. Ninguno sea admitido en el Seminario mayor sin haber terminado el curso regular de estudios preparatorios. El curso de Filosofía en los Seminarios abrace por lo menos dos años, y el de Teología cuatro. A nadie se confiera el subdiaconado, á menos que haya frecuentado un año entero la cátedra de Sagrada Teología. Para el diaconado se exigirán dos, para el presbiterado, tres; y mandamos que en esta materia no se conceda dispensa alguna, sino en caso de grave necesidad. Tanto en la escuela de Filosofía como en la de Teología, sigan los profesores con todo empeño las doctrinas de Santo Tomás, y en sus cátedras no se estudien más que autores cuya doctrina sea del todo aprobada.

627. Además de la de Teología Dogmática y Moral, haya cátedras de Hermenéutica y Exegesis Bíblica, de Historia Eclesiástica, de Instituciones de Derecho Canónico, de Liturgia y Elocuencia Segrada, y asimismo instrúyanse los alumnos en todo lo concerniente á la Teología Pastoral y á la recta administración del Sacramento de la Penitencia. Perfecciónense en el estudio de las lenguas indígenas empezado en el Seminario menor, para que puedan debidamente administrar los Sacramentos. Todos los alumnos practiquen en el Seminario mayor el Canto ritual, cuyos principios aprendieron en el menor, asistiendo en el coro del mismo Seminario á

sis et caeteris officiis persolvant. Peroptamus ut, ubicumque fieri possit, theologiae positivae, Patrum doctrinis innixae, plenius studium non omittatur; imo in votis est Concilii ut in speciali cathedra de ea tractetur. Item apologetica disciplina, quae christiana dogmata contra hodiernorum praecipue incredulorum sophismata defendit, ampliori ratione exponatur.

628. Quovis anno, semel saltem vel bis, circa materias in scholis traditas, alumni omnes et singuli serio examinentur. Quod quisque specimen ingenii et scientiae dederit in libro consignetur. Qui inter alumnos iam cooptatus, mala de se indicia praebuerit, et, licet admonitus, nullam spem emendationis dederit, quam primum dimittatur. Si quis vero, caeteroquin bonae indolis, diligens et pietate laudabilis, ea laboraverit ingenii tarditate, ut prudenter dubitetur an possit, quantum opus est, in studiis proficere, eius causa reservetur Episcopi iudicio.

629. Vitam in maiori Seminario communem sub una eademque regula perpetuo agant, neque externi ulli, nisi gravissimis de causis ab Episcopo probatis, in discipulorum albo recenseantur. Vestem talarem omnes induant, moresque suos ita componant, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus

las Misas y demás divinos Oficios. Deseamos que, donde sea posible, no se omita un estudio más perfecto de la Teología positiva basada en las doctrinas de los Santos Padres; y aun es la mente del Concilio, que haya una cátedra especial á ella consagrada. Expóngase también de una manera más amplia la ciencia apologética, que defiende los dogmas cristianos, principalmente contra los sofismas de los incrédulos del día.

628. Una ó dos veces cada año, por lo menos, sujétese á cada uno de los alumnos á serio examen sobre las materias que se han cursado. Asiéntense en el libro correspondiente los resultados de estos exámenes. El alumno que, después de admitido, diere pruebas de mal comportamiento, y no obstante serias reprensiones, no diere señales de enmienda, sea expulsado cuanto antes. Si alguno, aunque por otra parte de buena índole, diligente y laudable por su piedad, es tan obtuso de entendimiento, que se dude prudentemente que pueda adelantar en los estudios, resérvese su causa al juicio del Obispo.

629. Obsérvese sin interrupción la vida común en el Seminario mayor, bajo uno y el mismo reglamento, y no se admitan externos sino por gravísimas causas aprobadas por el Obispo. Porten todos el traje talar, y arreglen de tal suerte sus modales, que en el hábito, el gesto, el andar, la conver-

rebus, nil nisi grave moderatum ac religione plenum prae se ferant, levia etiam delicta effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem [1]. Seminarii autem moderatores ac magistros vehementer in Domino obtestamur, ut serio considerent quale onus ipsis incumbat, cum ex recta alumnorum institutione totius dioecesis bonum, Dei cultus et populorum salus vel maxime pendeant. Quamobrem statutas regulas et studiorum rationem plene religioseque ab omnibus servari curent; et quoniam Sacerdotes debent omnia omnibus fieri, ut omnes Christo lucrifaciant, moderatores tradant saepius alumnis verae et Christianae urbanitatis leges, eosque exemplo suo ad illas servandas incitent; quidquid agrestis et inculti viderint, corrigant, et magnopere commendent vestium et corporis munditiam et quandam in conversando comitatem cum modestia et gravitate coniunctam.

sación, y en todas sus acciones, demuestren mucha gravedad, moderación y religiosidad, y eviten hasta las más leves faltas, de suerte que se capten la veneración universal [1]. Rogamos ardientemente en el Señor á los Rectores y profesores del Seminario, que consideren atentamente el grave cargo que pesa sobre sus hombros, pues de la buena formación de los alumnos dependen casi exclusivamente la prosperidad de toda la diócesi, el culto divino y la salvación de los pueblos. Cuiden, por tanto, que todos observen con fidelidad y religiosa exactitud los reglamentos aprobados y el plan de estudios; y como los sacerdotes deben hacerse todo para todos, para ganar á todos para Cristo, con empeño enseñen los superiores á los jóvenes las reglas de la urbanidad verdadera y cristiana, y muévanlos con su propio ejemplo á observarlas; corrijan los modales rústicos é incultos que observaren, y recomienden con eficacia la limpieza en la persona y el traje, y la cortesía en el trato, unida á la modestia y gravedad.

Caput IV.
De examine iuniorum Sacerdotum.

630. Semel absoluto in Seminariis consueto ecclesiasticorum studiorum curriculo, ipsa studia sacra

Capítulo IV.
Del examen de los sacerdotes recién ordenados.

630. Una vez terminado en los Seminarios el acostumbrado curso de estudios, no por eso se han de dar

[1] Conc. Trid. sess. 22. cap. 1 de ref.

clericorum seu iuniorum sacerdotum absoluta minime habeatur; immo, ne unquam a sacris scientiis magis magisque addiscendis isti cessent, omnem operam ac vigilantiam afferre debent Episcopi. Hortamur autem, ut per quinquennium a suscepto sacri presbyteratus ordine, iuniores sacerdotes quotannis a doctis gravibusque viris examinentur, saltem in theologia morali et dogmatica.

por concluidos los estudios sagrados del clero, y en especial de los sacerdotes recién ordenados. Aun más, deben los Obispos trabajar incesantemente, y velar sin interrupción, para que nunca dejen de estudiar y de perfeccionarse más y más en las ciencias sagradas. Deseamos, por tanto, que durante los primeros cinco años después de recibido el presbiterado, se sujeten los sacerdotes, cada año, á un examen de Teología Moral y Dogmática por lo menos, ante un jurado de doctos y graves varones.

TITULUS VIII.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM

CAPUT I.

De Clero dioecesano.

631. « Iure optimo, ait Conc. Tridentinum (sess. 14. cap. 9. de reform.), distinctae fuerunt dioeceses et parochiae; et unicuique gregi proprii attributi pastores et inferiorum ecclesiarum rectores, qui suarum quisque ovium curam habeant », caeterisque omnibus ad sacros ordines evectis assignata sua loca et officia, ita ut ex innumerabilibus Ecclesiae sacris ministris ne unus extra ordinatum cleri coetum « incertis sedibus vagetur » (ibid. sess. 23. cap. 16). Hoc fine statutum est, ut quicumque ad sacra ministeria in dioecesi obeunda ab Episcopo proprio, vel de eius licentia ab alieno, quocumque titulo ordinantur, eo ipso huic dioecesi adscripti sint. Proinde et hoc plenarium Concilium totius Americae Latinae statuit, quod iam docuit Benedictus XIV [1], quemlibet Sacerdotem, qui pro quacumque harum provinciarum dioecesi ordinatus fuerit, teneri, etiam vi promissionis in ordinatione factae, ad permanendum in eadem dioecesi et ad se subii-

TITULO VIII.

DE LA VIDA Y HONESTIDAD DE LOS CLÉRIGOS.

CAPÍTULO I.

Del Clero Diocesano.

631. « Con muchísima razón, dice el Concilio de Trento (sess. 14. cap. 9 de reform.) se han dividido las diócesis y las parroquias; y á cada grey se le ha asignado su propio pastor, y á cada Iglesia inferior su párroco, para que cada cual apaciente sus propias ovejas ». También á todos los demás que son sublimados á las órdenes sagradas, se les han asignado sus funciones y el lugar de su residencia, para que ni uno solo de los innumerables ministros de la Iglesia « ande vagando sin asiento fijo » fuera del cuerpo clerical (ibid. sess. 33 cap. 16). Con este fin se ha decretado que, todo el que en una diócesi se ordena, para desempeñar el ministerio sacerdotal, ya sea por el propio Obispo, ya sea por otro con su licencia, sea cual fuere el título con que recibe las sagradas órdenes, queda por lo mismo adscripto á esa diócesi. Por tanto, también este Concilio Plenario de toda la América Latina decreta, como ya lo enseñó Benedicto XIV [1], que todo sacerdote que fuere orde-

[1] Epist. *Ex quo dilectus*, 14 Ian. 1747.

ciendum Praesuli suo, usque dum canonice dimissus fuerit.

CAPUT II.

De Clericis seu Sacerdotibus alienae dioecesis.

632. Varias ob causas, quandoque fieri solet, ut sacerdos uni dioecesi vi ordinationis adscriptus, ad aliam transire cupiat, vel sacerdos regularis, ab Ordinis sui vinculo solutus, Clero saeculari adscribi petat. Ad omnes abusus in re tanti momenti devitandos, prae oculis habeantur et diligentissime serventur praescriptiones decreti Sacrae Congregationis Concilii: *A primis Ecclesiae saeculis*, editi die 20 Iulii 1898 [1]. Quoad clericos seu sacerdotes italos, ea praeterea serventur, quae ad abusus vitandos a S. Congregatione Concilii, die 11 Iulii anno 1890, circa eorum emigrationem in Americam decreta sunt [2].

633. Quod pertinet ad sacerdotes religiosos, qui vota solemnia nuncuparunt atque ex apostolica indulgentia in saeculo vivere permittuntur, vel qui ediderunt vota simplicia et a suis Congregationibus seu Institutis egressi sunt (nisi qui a votis rite soluti iam in presbyterorum saecularium conditione versantur),

nado para cualquiera diócesi de estas provincias, queda obligado, aun en fuerza de la promesa que hace en su ordenación, á permanecer en la misma diócesi y á estar sujeto á su Prelado, mientras no se le relaje canónicamente el domicilio.

CAPÍTULO II.

De los Clérigos ó Sacerdotes de ajena Diócesi.

632. Por varias causas, suele suceder que un sacerdote, adscrito á una diócesi en virtud de su ordenación, quiera pasar á otra, ó un sacerdote regular separado canónicamente de su orden, pida ser agregado al clero secular. Para evitar toda clase de abusos en materia tan importante, ténganse presentes y obsérvense fielmente las prescripciones del Decreto de la S. Congregación del Concilio: *A primis Ecclesiae saeculis* de 20 de Julio de 1898 [1]. Por lo que toca á los clérigos Italianos, obsérvese además lo que, para evitar abusos, decretó la misma Congregación del Concilio, el 31 de Julio de 1890, sobre su emigración á América [2].

633. Por la que atañe á los sacerdotes religiosos á quienes, después de haber pronunciado los votos solemnes, se permite por indulgencia Apostólica vivir en el siglo, ó que, habiendo hecho sólo votos simples, han salido de sus Congregaciones ó Institutos, si se presentan al Obispo y piden agregarse á

[1] V. Appen. n. CVIII. — [2] V. Appen. n. LXVII.

si ad Episcopum accedant, petantque in eius dioecesim adscribi, Episcopus servet adamussim conditiones quae praescribuntur in rescripto saecularizationis concessae; et prae oculis habeat normas traditas in decreto *Auctis admodum* S. Congregationis Episcoporum et Regularium, diei 4 Novembris anni 1892 [1], nec non declarationes eiusdem S. Congregationis, 20 Novembris 1895, ad dubia Episcopi Abulensis [2].

634. Commendamus, ut omnes harum provinciarum Episcopi iisdem formulis litterarum excardinationis et incardinationis [3], immo et sacrae ordinationis, typis impressis, utantur, quo maior in hac summi momenti disciplina conformitas habeatur.

635. Quae de Sacerdotum excardinatione et in aliam dioecesim adscriptione praescripta sunt, nullatenus obstant consuetudini, iuxta quam Episcopi, Sacerdotes, si qui in sua dioecesi satis abundent, egentioribus dioecesibus, ad auxilium in cura animarum ferendum, ad tempus concedunt. Hunc enim morem, uti zeli apostolici indicium, Sancta Sedes commendavit [4].

la diócesi, debe éste guardar al pie de la letra, las condiciones prescritas en el rescripto de secularización, y tener presentes las reglas contenidas en el decreto *Auctis admodum* de la S. Congregación de Obispos y Regulares de 4 de Noviembre de 1892 [1], y las declaraciones de la misma á los dubios del Obispo de Avila de 20 de Noviembre de 1895 [2]. Adviértase que aquí no se trata de los religiosos que, habiendo obtenido en debida forma la relajación de sus votos, se hallan en las mismas condiciones que los demás presbiteros del clero secular.

634. Recomendamos á todos los Obispos de estas provincias que se sirvan de las mismas fórmulas para la relajación de domicilio y adscripción á una diócesi [3]; y aun sería más conforme á la uniformidad en la disciplina, en asunto tan grave, que fueran idénticos los formularios impresos de los certificados de ordenación.

635. Cuanto se ha dicho sobre la relajación de domicilio y adscripción de los sacerdotes en otra diócesi, no es un obstáculo á la costumbre que permite á los Obispos, en cuyas diócesis hay abundancia de clero, conceder licencia á algunos sacerdotes, para que presten sus servicios temporalmente en otras más necesitadas. La Santa Sede ha encomiado esta costumbre, como indicio de celo Apostólico [4].

[1] V. Appen. n. LXXV. — [2] V. Appen. n. LXXXVI. Cfr. etiam. n. CXI. — [3] Ad rem facit formularium in Appen. n. CXXXI positum, vel aliud simile. — [4] Epist. S. C. C. ad conv. Ep. Prov. Mediol. an. 1849 (Coll. Lac. VI pag. 724).

CAPUT III.

De Sacerdotibus infirmis.

636. « Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina » (1. Tim. v. 17). Apostolica verba de iis quam maxime intelligenda sunt presbyteris, qui diuturno in vinea Domini ministerio vel operoso vocationis sacrae labori incumbunt. Quod multo magis de illis dici potest, qui gravi inter labores morbo correpti, muneribus apostolicis inter populum fidelem obeundis impares redduntur. Singulari, quo infirmos istos confratres prosequimur, amore et veneratione commoti, summopere desideramus, ut, meliori qua fieri possit ratione, ita eorum commodis atque utilitati prospiciatur, ut nec inopiae afflictione urgeantur, neque alia quavis temporali sollicitudine premantur, sed ea cuncta habeant, quibus illorum senectuti solamen afferatur vel morbo citius releventur.

637. Peroptamus igitur, ut, in singulis Nostris dioecesibus, Episcopi, inito prius cum capitulo vel consultoribus consilio, quamprimum constituant modos et media opportuna, quibus subsidia ad decentem illorum Sacerdotum sustentationem elargienda praesto habeatur. Quem in

CAPÍTULO III.

De los Sacerdotes enfermos.

636. « Los presbíteros que cumplen con su oficio, sean remunerados con doble honorario, mayormente los que trabajan en predicar y enseñar » (1 Tim. v. 17). Estas palabras del Apóstol se han de aplicar principalmente á aquellos sacerdotes que, durante largos años, se consagran al cultivo de la Viña del Señor, ó á los arduos trabajos que pide su santa vocación; y con mucha más razón todavía, se han de entender de aquellos que, atacados de grave enfermedad en medio de sus trabajos, quedan inhábiles para desempeñar entre los fieles sus funciones Apostólicas. Movidos del singular amor y veneración que nos inspiran estos hermanos enfermos, ardientemente deseamos que, del mejor modo que se pueda, se provea á su alivio y provecho, de suerte que, ni se vean afligidos por la inopia, ni por otra cualquiera angustia temporal, sino que tengan cuanto necesitan para el amparo de su vejez, y el pronto alivio de sus enfermedades.

637. Deseamos, por tanto, que en cada una de nuestras diócesis, el Obispo, previo el consejo del Cabildo ó sus consultores, determine cuanto antes el modo y los medios oportunos, para tener á la mano socorros con que proveer á la decente sustentación de esos sacerdo-

finem Episcopus, sive ex liberalibus fidelium oblationibus, sive ex eleemosyninis aliunde collectis et eius arbitrio erogandis, aerarium sive gazam institui curet.

638. Optamus, ut, ubicumque fieri possit, instituatur pia Sodalitas clericalis mutuorum Suffragiorum pro Sacerdotibus defunctis, cui etiam competat de temporalibus indigentiis sociorum providere, iuxta normas a singulis Episcopis statuendas seu approbandas.

tes. A cuyo fin, formará el Obispo una caja formada de las generosas oblaciones de los fieles, ó con limosnas de otra manera recogidas, y de que pueda disponer á su arbitrio.

638. Deseamos que, donde se pueda, se funde una piadosa hermandad clerical de sufragios mutuos por los sacerdotes difuntos, que tenga también la atribución de proveer á las necesidades temporales de los socios, conforme á las reglas que el Obispo determinare ó aprobare.

Caput IV.

De delatione habitus et tonsurae.

639. Ea semper fuit mens Ecclesiae et disciplinae ratio, prout ex Pontificali Romano apparet, ut ii, quibus habitus sacrae religionis imponitur, quae saeculi sunt se deposuisse palam profiteantur. Habitus quidem non facit monachum, decentia tamen habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendit [1]. Unde Tridentina Synodus puniendos per Episcopum, et quidem gravissimis poenis, decernit illos qui « honestum habitum clericalem, illorum ordini et dignitati congruentem, et iuxta ipsius Episcopi ordinationes et mandatum non detulerint » [2]. Iam vero fere omnia, quae post Tridentinum celebrata sunt Concilia, Clericos adegerunt ad gerendam vestem talarem nigri colo-

Capítulo IV.

Del hábito y la tonsura.

639. Siempre ha sido la mente de la Iglesia, y lo ha exigido el orden de la disciplina, como se deduce del Pontifical Romano, que aquellos á quienes se ha impuesto el hábito de la sagrada religión, profesen manifiestamente que han renunciado al siglo. Es cierto que el hábito no hace al monje; pero la decencia en el traje exterior, demuestra la honestidad interior [1]. De aquí es que el Concilio de Trento manda que castigue el Obispo, y por cierto con graves penas, « á los que no llevaren el honesto hábito clerical correspondiente á su orden y dignidad, y conforme á las disposiciones y órdenes del mismo Obispo » [2]. Ahora bien, todos los Concilios celebrados después del Triden-

[1] Conc. Trid. sess. 14, cap. 6. — [2] Ibid.

ris, quae quidem unice clericorum propria, eorumque ordini maxime conveniens est.

640. Mandamus igitur, ut omnes Sacerdotes aliique clerici, etiam simpliciter tonsurati, vestem talarem deferant; ideoque prohibemus ne, sive itinerantes, sive domi degentes, habitu laicali induti appareant coram populo vel coram accedentibus ad eorum domos. Et nullus Sacerdos vel clericus audeat, ne quidem sub praetextu itineris, more saecularium indutus incedere; tolerari tamen potest ut in itineribus, quae equitando fieri debent, brevior vestis adhibeatur, quae tamen, quoad formam et quoad colorem, clericali statui conveniat et clericum evidenter designet. Optandum tamen ut etiam equitando deferatur vestis talaris. Denique, in unaquaque provincia ecclesiastica vel dioecesi, uniformis sit vestium clericalium forma, exclusis omnibus quae vanitatem, spiritum mundanum et animi levitatem sapiant, necnon annulis, mantelletis et similibus, quae praelatorum propria sunt. Ad quod efficaciter obtinendum, Episcopi eas normas praescribant, quas in Domino praescribendas iudicaverint, habita ratione locorum, abusuum etc. Attentis specialibus circumstantiis regionum nostrarum, de speciali venia S. Sedis decernimus clericum etiam simpliciter tonsuratum, ultra triennium ab omni officio et beneficio suspensum, elapso suspensionis tino, han obligado á los clérigos á usar traje talar de color negro, de corte especial para ellos, y muy conveniente á su estado.

640. Mandamos, por tanto, que todos los sacerdotes y demás clérigos, aun los simplemente tonsurados, lleven traje talar; y en consecuencia, prohibimos que aun en camino, ó dentro de la casa, se muestren en público, ó delante de las visitas, vestidos con hábito seglar. Ninguno, pues, se atreva ni aun con pretexto de viaje, á andar vestido con modas aseglaradas; puede, sí, tolerarse que, en los viajes á caballo, se use un traje más corto; pero su forma y color han de ser tales, que convengan á la decencia clerical é indiquen que es clérigo quien lo lleva. No obstante, sería mejor que aun á caballo se usase la sotana. Por último, en cada provincia eclesiástica ó diócesi, sea uniforme el traje clerical, excluyendo cuanto tenga resabios de vanidad, espíritu mundano y ligereza, y sin llevar indebidamente anillos, manteletes y otras insignias propias de Prelados. Para alcanzarlo eficazmente, los Obispos dictarán las reglas que juzgaren convenientes en el Señor, y teniendo en consideración la diversidad de lugares, de abusos etc. En atención á las circunstancias peculiares de nuestras comarcas, con especial permiso de la Santa Sede decretamos, que el clérigo, aun simplemente tonsurado, que haya estado suspenso de oficio y beneficio por más de tres

triennio, privatum ipso facto habendum esse iure deferendi habitum talarem et tonsuram, nisi obtineat specialem licentiam in scriptis a proprio Ordinario. Haec omnia publici iuris fiant, iuxta modum singulis Episcopis benevisum.

641. Clerici omnes tonsuram, quae corona vocatur, gerere debent, eamque conspicuam et ad formam unicuique ordini congruam. Profecto enim indigni essent regali sacerdotio, qui venerandum hoc illius signum erubescerent. Capillis simplicem prorsus atque modestum cultum adhibeant, atque comam minime nutriant. Coma autem fictitia non utantur absque licentia Episcopi, et infra Missam, absque venia apostolica; numquam vero quidquam leve aut inane illa prae se ferat. Haec autem lex de clericorum habitu et tonsura omnes clericos, etiam simpliciter tonsuratos, aut in minoribus ordinibus constitutos urget, qui secus utroque privilegio canonis et fori privantur.

años, pasado el trienio de la suspensión, se considere privado *ipso facto* del derecho de llevar el hábito talar y la tonsura, salvo que obtenga especial licencia, por escrito, del Ordinario. Todo esto se publicará del modo que á cada Obispo pareciere.

641. Todos los clérigos deben llevar la tonsura, que llamamos corona, visible y del tamaño que conviene al orden de que están revestidos. Indigno sería del regio sacerdocio, quien se avergonzara de esta veneranda insignia. Péinense sencillamente, y no dejen crecer los cabellos. Sin licencia del Obispo no pueden usar peluca; y para decir Misa con ella, se requiere licencia Apostólica: en todo caso nada debe tener ésta de vano ó pretencioso. Esta ley sobre el hábito y la tonsura clerical comprende á todos los clérigos, aun simplemente tonsurados y minoristas, quienes de otra manera quedan privados del privilegio del canon y del foro.

Caput V.

De rebus Clericis prohibitis.

642. Non ea tantum quae mala sunt, sed et omnem speciem mali, cunctaque malo ansam praebentia, vel quae fidelibus offensioni esse possunt, vel sacrum ministrum a suis ministeriis rite sancteque fungendis avertunt, quaeque virum gravem ac sacerdotii dignitatem non

Capítulo V.

De las cosas prohibidas á los Clérigos.

642. Los que han sido llamados á la herencia del Señor, no sólo deben evitar lo que es malo, sino lo que parece malo, ó da ocasión al mal, ó puede servir de escándalo á los fieles, ó impedir que el sacerdote desempeñe santa y debidamente su sagrado ministerio, como

decent, fugienda sunt ab iis, qui in sortem Domini vocati sunt. Unde Tridentina Synodus gravissimis verbis praecipit, ut quae alias a Summis Pontificibus et a sacris Conciliis de Clericorum vita et honestate, cultu, doctrinaque, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, nec non saecularibus negotiis fugiendis, copiose et salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum, iisdemque poenis, et maioribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur, et si quae forte remissa fuisse contigerit, ea per ipsos Ordinario quamprimum in usum revocentur, ne subditorum neglectae emendationis ipsi condignas, Deo vindice, poenas persolvant [1].

643. Duplici quidem ratione haec vult et praecipit piissima Mater Ecclesia; tum scilicet ut sanctitati consulat eorum, qui ipsius sunt nobiliores filii, nolens illos reprobos fieri dum aliis praedicant, tum ut populi saluti prospiciat, cum Clericorum vita liber sit laicorum, qui in illos oculos coniiciunt; unde, inquit S. Gregorius: « Nemo quippe amplius in Ecclesia nocet, quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc arguere nullus praesumit, et in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia or-

[1] Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. de ref.

también todo lo que desdice de la gravedad de un varón serio, ó de la dignidad sacerdotal. Por lo cual, el Concilio de Trento manda con palabras muy expresivas, que se observe en lo futuro, bajo las mismas penas y aun mayores, á arbitrio del Ordinario, cuanto los Sumos Pontífices y los Concilios sabia y abundantemente decretaron acerca de la vida, honestidad, cultura y doctrina de los clérigos, y su obligación de evitar el lujo, los festines, bailes, juegos de azar y toda clase de crímenes y negocios mundanos; y ordena asimismo que, si por acaso algo se hubiera relajado la disciplina, se ponga cuanto antes en vigor por los mismos Ordinarios, no sea que la justicia divina los castigue, por haber descuidado la enmienda de sus súbditos [1].

643. Por dos motivos lo quiere y manda la santa Madre Iglesia. Primero, porque le interesa la santidad de aquellos que son los más nobles de sus hijos; y no quiere que, mientras predican á los demás, ellos mismos incurran en la eterna reprobación. En segundo lugar, porque toma á pechos la salvación del pueblo, pues la vida de los clérigos es el espejo de los seglares, que en ellos tienen fijos los ojos. A este propósito, dice S. Gregorio: « Ninguno hace más daño en la Iglesia, que quien se porta mal, perteneciendo á una categoría que exige

dinis peccator honoratur » (Pastor. p. 1. c. 2).

644. Memores itaque gravissimae obligationis de vita coelibi et virginali castimonia, quae proprium et angelicum est ordinis sacerdotalis ornamentum, quidquid coelesti huic virtuti nocere potest cautissime fugiant. A frequentiori consortio mulierum, etiam earum quae pietatis et modestiae laude cohonestantur, abstineant. Quamvis enim castitas servari queat in mulierum consortio, raro tamen, bonum nomen retineri potest. Ne idcirco vel levem scandali aut sinistrae suspicionis occasionem praebeant, illam S. Bonaventurae regulam sequentur: cum feminis, non exceptis eis ingenuis et verecundis, sermonem brevem et rigidum esse habendum, neque sub proprio tecto eas recipiant sine testibus, ne specie quidem salutaria monita tradendi. Cum non possint sibi famulos adsciscere, quod maxime optandum foret, pro re domestica procuranda, ancillas quadraginta annis minores nullatenus habeant, easque bene probatas, fama integras, et pietate commendatas; et quas domi habent, etsi propinquas et consanguineas, si mala fama laborare coeperint, eas nequaquam retineant. Nullus Clericus docere audeat puellas aut mulieres, etiam

la santidad, ó teniendo reputación de santo. Porque nadie se atreve á reprender á tal delincuente, y cunde más el mal ejemplo, cuando por la reverencia debida á su clase, se honra al pecador » (Pastor. p. 1. c. 2).

644. Así, pues, teniendo presente la gravísima obligación de guardar el celibato y una castidad angélica, que es la joya más preciosa del orden sacerdotal, huyan con la mayor cautela de cuanto puede empañar esta celeste virtud. Absténganse del trato frecuente con mujeres, aun con aquellas que son modelos de modestia y de piedad. Aunque la castidad puede conservarse en medio de mujeres, difícil es guardar intacta la reputación. Por tanto, para no dar ni la más leve ocasión de escándalo ó de sospecha, sigan esta regla de S. Buenaventura: con las mujeres, sin exceptuar las de alto rango y conocida virtud, sea breve y seria la conversación, y nunca se reciban sin testigos en la propia casa, aun con el objeto de darles saludables consejos. Cuando no puedan conseguir criados para el arreglo de la casa (y esto sería lo mejor) no tengan por ningún motivo criadas menores de cuarenta años, y éstas sean bien probadas, de buena fama, y recomendables por su piedad. De ninguna manera conserven las que ya tienen en su casa, aunque sean parientas cercanas, si empiezan á tener mala reputación. Ningún clérigo presuma dar leccio-

illustres, legere, scribere, canere, aliaque id generis, sine Episcopi licentia, sub poenis eiusdem Episcopi arbitrio statuendis.

645. Mensae cum inservientibus non assideant; in earum cubiculo, vel ubi rebus domesticis vacant, absque necessitate non morentur; cum illis publice non ambulent, nisi nimia aetate et maxima propinquitate tales sint et tales ab omnibus habeantur, quae, attentis omnibus, nullum vel remotum dent male suspicandi locum; nec illas denique, etsi consanguineas, sinant quidquam agere, quod domum sacerdotalem non plenissime deceat, aut negotiorum ecclesiasticorum ordinem perturbet.

646. Caveant, ii praesertim qui curam animarum habent, ne mulieres, etsi propinquae, ingrediantur absque vera necessitate cubiculum, ubi de rebus ac de negotiis ad ministerium pertinentibus agitur, sive ubi de iis scripta, adnotationes vel libri asservantur, nec eas coram laicis de istiusmodi rebus colloquium habere patiantur. Actum est de auctoritate parochi, quem fideles a mulieris imperiosa voluntate pendere autumant.

647. Continentiae ac pudicitiae socia est temperantia; illius vero et omnis sanctitatis inimici crapula et ebrietas. Frugali itaque mensa utantur Clerici, et in frequentandis

nes de lectura, escritura, canto ú otros ramos, á niñas ó señoritas, por ilustres que sean, sin permiso del Obispo, y bajo las penas que éste decretare en caso de desobediencia.

645. No se sienten á la mesa con sus sirvientas, ni entren sin necesidad á sus dormitorios, ó á los cuartos en que se entregan á los quehaceres domésticos. No salgan con ellas públicamente á paseo, á no ser que sean, y sepan todos que son, de tal edad y tan estrecho parentesco que, atendidas todas las circunstancias, no den ni el más leve motivo de sospecha. Tampoco les permitan, aunque sean parientas, hacer nada que no convenga al decoro de una casa sacerdotal, ó que perturbe el orden de los negocios eclesiásticos.

646. Eviten, especialmente los curas, que las mujeres, aunque sean sus parientas, entren sin verdadera necesidad en los aposentos, en que se tratan los negocios pertenecientes al ministerio, ó donde se guardan los libros, apuntes y escritos que á ellos se refieren; y nunca les permitan hablar de estos asuntos delante de seglares. Se acabó la autoridad de un cura, cuando los fieles juzgan que depende de los caprichos de una mujer.

647. La templanza es compañera de la continencia y del pudor; la crápula y la embriaguez son sus enemigos jurados, lo mismo que de toda clase de santidad. Sea frugal

laicorum conviviis cauti et parci sint. Vehementer omnes hortamur, ut ab adeundis conviviis nuptialibus vel baptismalibus et coena apud laicos, praesertim vero cum in multam noctem protrahitur, pro posse abstineant. Facile contemnitur Clericus, qui saepe vocatus ad prandium, ire numquam recusat; et si sobrietas desit, sacerdotis spiritus sanctitatis extinguitur.

la mesa de los clérigos, y cuando asistan á banquetes de seglares, sean cautos y parcos. Los exhortamos vehementemente á que, en cuanto sea posible, se abstengan de asistir á convites y cenas con motivo de bodas ó bautismos, sobre todo cuando se prolongan hasta avanzadas horas de la noche. Fácilmente se desprecia al clérigo que nunca rehusa asistir á banquetes, á que con frecuencia se le convida; y si falta la sobriedad, se extingue en el sacerdote todo espíritu de santidad.

648. Cauponas, praeterquam ex necessitate aut in itinere, non ingrediantur. Si necessitate compulsi introierint, brevissime commorentur, et tantummodo dum necessitati subveniunt, ac maxima gravitate et modestia se gerant. Prohibemus, ne eas ingrediantur, quae in propria vel in vicinis paroeciis sint, nisi ministerii causa eas adire necesse fuerit.

648. No entren á fondas, sino en caso de necesidad ó en viaje. Cuando por necesidad lo hicieren, sea brevísima su permanencia, y pórtense con suma gravedad y modestia. Prohibimos que, fuera del caso en que su ministerio lo exija, entren en las que están en su propia parroquia ó en las limítrofes.

649. Publicis in locis, nulli, ne honesto quidem, ludo dent operam: iis ludis vero aleatoriis, qui et laicos dedecent, ne uti spectatores quidem assistant. Quod si aliquando, animi remittendi et amicitiae fovendae gratia, domi inter se, vel aliquo in socium adscito laico bonae famae, ludis vacent, quibus magis industriae et ingenio, quam fortunae sit locus (caeteri enim etiam privatim interdicuntur), caveant ne longius in illis tempus insumant, quod multo nobilioribus deberetur offi-

649. En lugares públicos, no se entreguen á ninguna clase de juego, por honesto que sea; á los juegos de azar, que ni á seglares convienen, ni siquiera asistan. Cuando alguna vez, en su casa, por legítimo solaz ó por cultivar amistades, entre sí, ó con algún seglar de buena fama, se dediquen á esos juegos en que desempeñan mayor papel el talento y la habilidad que el azar (pues los demás hasta en particular están prohibidos) guárdense de emplear en ellos un tiempo excesivo, que de-

ciis. Notabilem pecuniae summam in ludo licito et honesto apponere nefas est Clericis, qui, sive in alendis pauperibus, sive in aliis caritatis et pietatis operibus, si quid ex reditibus beneficialibus ipsis superest, impendere debent; et, uti docet Angelicus, « ludus congruat personae, tempori et loco, et secundum alias circumstantias debite ordinetur, ut scilicet sit et tempore et homine dignus » (2. 2., quaestione 168. art. 2).

650. Clericos, qui propter Christum spectaculum, facti sunt mundo et Angelis et hominibus, omnino decedet illuc adire, quo optandum esset maxime ne ipsi adirent laici. Prohibemus itaque, ne publicis spectaculis, pompis et choreis intersint; ne se coetibus illis commisceant, ubi amatoria et lubrica agantur vel canantur; ne in publicis theatris, actionibus scenicis cuiuscumque generis assistant. Hoc etiam expresse statuimus de taurorum agitationibus.

651. A venatione, quae magno fit apparatu et clamore, quamque sacri Canones vetant, Clericus abstineat. Licitam vero, quae ad relaxandum animum fieri solet, non reprobamus, dummodo clericalia insignia non deponantur, aut diebus festis, ac ieiunio et poenitentiae sacris, non fiat. Qua in re, Episco-

bería consagrarse á más nobles funciones. No es permitido á los clérigos, aun en juegos lícitos y honestos, apostar una cantidad notable de dinero, pues lo que les sobra de los réditos de su beneficio, debe gastarse en socorrer á los pobres, ó en otras obras de caridad y de piedad. « El juego, dice el Angélico Doctor, debe convenir á la persona, al tiempo y al lugar, y ha de arreglarse conforme á las demás circunstancias, de tal suerte que sea digno del tiempo, y del hombre » (2. 2. quaest. 168. art. 2).

650. A los clérigos, que por Cristo sirven de espectáculo al mundo, á los ángeles y á los hombres, de ninguna manera conviene concurrir, adonde sería de desearse que ni los seglares asistieran. Les prohibimos, por tanto, que asistan á los públicos espectáculos, fiestas y bailes; no frecuenten las tertulias en que se ven acciones indecorosas, ó se cantan canciones lúbricas ó de amores; ni asistan en teatros públicos á representaciones de cualquier género que sean. Esta prohibición declaramos expresamente que se extiende á las corridas de toros.

651. Absténgase el clérigo de la caza que se lleva á cabo con grande aparato y estrépito, y que vedan los sagrados Cánones. No reprobamos la caza lícita, y que se practica sólo por recreación, con tal que no se deje el traje clerical, ni se lleve á cabo en los días festivos ó consagrados al ayuno y la peniten-

porum erit ea statuere quae ipsis necessaria vel opportuna videantur ad abusus eliminandos, prae oculis habita doctrina Benedicti XIV, *de Syn. Dioeces.*, lib. 11. 10. 9.

652. Officium curatoris vel tutoris Clerici suscipere nequeunt absque licentia, neque medicam artem exercere sine indulto apostolico, neque procuratoris, advocati, tabellionis, notarii munus apud saeculare tribunal exercere, neque munus aliquod publicum, licet gratuitum et honorificum, sine venia Episcopi; et ne privatum quidem, quod ut expleatur et multo egeat tempore et magna corporis et animi defatigatione. Artes autem serviles aut mechanicas causa lucri exercere a sacris Canonibus Clerici omnino prohibentur. Abstineant se quoque Clerici a mercatibus et nundinis frequentandis; id enim qui faciunt, si non negotiandi, certe otiandi causa faciunt; atque utrumque improbandum, quia gravem praebent populo occasionem scandali, sive habitum deponant, sive cum illo accedant.

653. Avaro nihil est scelestius; nihil iniquius quam amare pecuniam; hic enim et animam suam venalem habet (Eccl. x. 9. 10). Nec quidquam est quod fidelium fiduciam in Clericum tantopere minuat, quam inordinata ipsius pecuniae cupido. Ideo vel speciem quidem avaritiae Clerici omnes summo studio declinent. Vana est illorum excusatio, qui

cia. Sobre esta materia toca á los Obispos dictar las medidas que juzgaren necesarias y oportunas para eliminar los abusos, teniendo presente la doctrina de Benedicto XIV *De Synodo Dioecesana*, lib. II. 10. 9.

652. No puede un clérigo aceptar el cargo de curador ó de tutor, sin licencia, ni practicar la medicina sin indulto Apostólico, ni ejercer en un tribunal civil los empleos de procurador, abogado, escribano ó notario, ni desempeñar un cargo público, aunque sea gratuito y meramente honorífico, sin licencia del Obispo; ni aun uno privado, si requiere mucho tiempo y exige demasiada fatiga de alma ó de cuerpo. Los Cánones prohiben á los clérigos ejercer oficios serviles ó mecánicos, con objeto de lucrar. Absténganse también de frecuentar los mercados, lonjas y ferias; los que tal hacen, es, si no por negociar, por pasar el tiempo, y en uno ú otro caso son vituperables, porque dan grave ocasión de escándalo al pueblo, sea que dejen, sea que conserven, el hábito clerical

653. Nada hay más criminal que la avaricia: nada más inícuo que el amor al dinero; porque el avaro es capaz de vender hasta su alma (Eccl. x. 9. 10). Nada hay que mengüe tanto la confianza del pueblo en un clérigo, como su desenfrenado apego al dinero. Por consiguiente, eviten todos hasta la más leve apariencia de avaricia. Vana es la dis-

sollicitudinem in posterum allegant, cum ignorent quid erit in crastinum, et memorari debent quid dictum fuerit diviti congerenti: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te; quae autem parasti, cuius erunt?* (Luc. XII. 20). Sciant enim non immunes esse immisericordiae labe, qui futuras, ac proinde imaginarias suas necessitates, praesentibus membrorum Christi indigentiis anteponunt.

654. Cum autem Apostolus dicat: « *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus* » (2. Tim. II. 4), prohibemus, ne quis Clericus emptione, et venditione quaestum cuiusvis generis exercere praesumat. Graviter peccant enim qui negotiationem cuiuslibet nominis ac generis, vel per se vel per alios, exercent, aut qui in ea exercenda laicis se socios adiungunt, vel qui opera publica, sive suo, sive alieno nomine, conducunt; et in reluctantes Episcopi poenas constituere debent. Quod si qua oriatur dubitatio de liceitate alicuius contractus, Sacrae Congregationis Concilii sententia erit expetenda atque accurate servanda [1].

655. Apud se non habeant aut legant libros, neve pagellas atque ephemerides, quorum lectione bene agendi studium, morum disciplina et timor caritasque Dei languescere

culpa de aquellos que alegan su solicitud para lo porvenir, cuando no saben lo que sucederá el día de mañana. No olviden lo que se dijo al rico avariento: *¡Insensato! esta misma noche han de exigir de tí la entrega de tu alma; ¿de quién será cuanto has almacenado?* (Luc. XII. 20). Sepan que no están inmunes de la tacha de faltos de misericordia, los que anteponen sus necesidades futuras, y por consiguiente imaginarias, á las urgencias presentes de los miembros de Cristo.

654. Puesto que el Apóstol ha dicho: *Ninguno que se ha alistado en la milicia de Dios, debe embarazarse con negocios del siglo* (2 Tim. II. 4), prohibimos á los Clérigos que se ocupen en compras ó ventas, ó tráfico de cualquiera clase. Gravemente pecan los que se dedican al comercio, sea cual fuere, por sí ó por otros, y entran en compañía con seglares, ó contratan obras públicas á nombre propio ó ajeno; y los Obispos deben castigar á los desobedientes. Si surgiere alguna duda sobre si es lícito algún contrato, consúltese la S. Congregación del Concilio, y póngase en práctica su resolución [1].

655. No tengan consigo ni lean libros, folletos ó periódicos cuya lectura pueda entibiar su deseo de obrar bien, sus costumbres, su caridad ó su temor de Dios; mucho

[1] Bened. XIV. De Syn. l. 10. c. 6. n. 3.

possint: minus autem illos, quorum auctores regno Dei et Christi bellum indixerunt; nam inde venenum paulatim haurire et ipsos bonos, licet non indoctos, quotidiana experientia compertum est. Quod si necessitatis vel caritatis causa, aliquando ad adversariorum libros, servatis de iure servandis, lectionem convertere debent, ita se gerant, ne sibi parent periculum, neve fidelibus scandali occasionem praebeant. Qui illiusmodi ephemeridibus nomen dat, aut eas publice emit vel legit, etiamsi nullum periculum in legendo subiturus foret (quod non ita facile putamus), duplici se culpa obstringit, inobedientiae scilicet erga Ecclesiam et scandali; atque sua pecunia ad mali diffusionem concursum praestat.

656. A quaestionibus, quae ad res mere politicas aut saeculares pertinent, de quibus, iuxta fines doctrinae et legis christianae, varia iudicia esse possunt, abstineat prudenter Clericus, et civilibus factionibus se non immisceat, ne Religio sancta, quae cunctis rebus humanis supereminere debet et omnium civium animos mutuae caritatis et benevolentiae vinculo coniungere, officio suo deesse videatur, eiusque salutare ministerium suspectum habeatur. Itaque ab horum tractatione vel disceptatione publica, tum extra Ecclesiam, tum multo magis in ipsa, caveant sedulo Sacerdotes. Quod tamen ita intelligendum non est, quasi omnino silendum sit de gra-

menos aquellos cuyos autores están en guerra abierta con el reino de Dios y de Cristo; pues la experiencia cuotidiana enseña que hasta los mismos buenos, aunque no sean indoctos, beben en ellos poco á poco el veneno. Si la necesidad, ó la caridad, los moviere alguna vez á leer, con las debidas licencias, los libros de nuestros adversarios, se portarán de tal manera, que ni para sí propios resulte peligro, ni se dé á los fieles ocasión de escándalo. Quien se subscribe á malos periódicos, ó los compra y lee públicamente, aun cuando no corra ningún peligro con su lectura (lo cual juzgamos harto difícil) comete doble pecado, de desobediencia á la Iglesia y de escándalo; y además contribuye con su dinero á la difusión del mal.

656. Absténgase el clero prudentemente de las cuestiones, tocante á asuntos meramente políticos y civiles, sobre los cuales, sin salir de los límites de la ley y la doctrina cristiana, puede haber diversas opiniones; y no se mezcle en partidos políticos, no sea que nuestra Santa Religión, que debe ser superior á todos los intereses humanos, y unir los ánimos de todos los ciudadanos con el vínculo de la caridad y benevolencia, parezca que falta á su misión, y se haga sospechoso su saludable ministerio. Absténganse, pues, los sacerdotes de tratar ó discutir estos asuntos en público, ya sea fuera del templo, ya sea, y con más razon, en el púlpito. Esto no

vissima obligatione qua cives tenentur, etiam in rebus publicis semper et ubique, iuxta conscientiae dictamen, coram Deo, pro maiori bono cum religionis tum reipublicae patriaeque suae adlaborare, sed ita ut Sacerdos, generali obligatione declarata, non alii prae alia parti faveat, nisi una ex iis aperte sit Religioni adversa.

657. Potissimum enixe commendamus Sacerdotibus nostris summam inter se animorum concordiam et consensum, ut unus sit omnium spiritus, sicut una fides et una spes vocationis nostrae (Ephes. IV. 4. 5). Ad animorum autem consensionem efficacius obtinendam, singuli Sacerdotes servent instructiones Ordinariorum: Ordinarii vero, collatis inter se consiliis, eam viam eligant, quam magis in Domino expedire iudicaverint.

ha de entenderse, como si el sacerdote hubiera de guardar perpetuo silencio acerca de la gravísima obligación, que tiene todo ciudadano, de trabajar siempre y en todas partes, aun en los asuntos públicos, conforme al dictamen de su conciencia, y ante Dios, por el mayor bien de la religión, de la patria y del Estado; pero una vez declarada la obligación general, no favorezca el sacerdote á un partido más que á otro, salvo que uno de ellos sea abiertamente hostil á la Religión.

657. Más que todo, recomendamos encarecidamente á los Sacerdotes la unión y concordia de voluntades, para que sea uno el espíritu de todos, así como es una la fe, y una la esperanza de nuestra vocación (Ephes. IV. 4. 5). Para obtener más eficazmente esta concordia, observen los Sacerdotes las instrucciones de los Ordinarios; y estos, conferenciando entre sí, elijan el camino que mejor les pareciere en el Señor.

Caput VI.

De pietate Clericorum.

658. Compertum habentes, quod qui clericali militiae nomen dederunt, non solum vestium modestia, verum etiam virtutum omnium ornatu ac summa praesertim pietate effulgere debent, eos vehementer hortamur, ut vocationis suae memores, orationi mentali quotidie, per

Capítulo VI.

De la piedad de los Clérigos.

658. Sabiendo de ciencia cierta que los que se alistan en la malicia clerical, no sólo deben resplandecer por la modestia del traje, sino por el brillo de toda clase de virtudes, y particularmente de la piedad, los exhortamos con vehemencia, para que, atendiendo á su vocación, con-

dimidiam saltem horam, operam dent; Poenitentiae sacramento animum crebro expient; singulis diebus, non stipendii lucro ducti, sed cibi eucharistici desiderio incensi, divinum celebrent Sacrificium, singulari in Sanctissimum Sacramentum pietatis affectu ferveant, nec illud desinant frequenter visitare et adorare. Nimiae caritatis, qua dilexit nos Christus Iesus Dominus Noster, semper memores, Cordis eius dulcedine pasci eiusque amore ita ardere studeant, ut ipsius imaginem et similitudinem in se exprimant; in Deiparae Virginis, quae Mater est pulchrae dilectionis et Clericorum praesertim, tutelam confugiant, eius opem implorare numquam cessent, dulcissimum potentissimumque nomen in corde atque in ore semper habeant, et verbo atque exemplo in omnium animos pietatem erga Beatissimam Dei Matrem assidue insinuare contendant.

659. Domi, uti boni milites Christi, sudio et orationi incumbant et, ad Christi imitationem, ubique studeant esse humiles in incessu, graves et recti in conversatione, affabiles cum populo, non vanae gloriae cupidi, non superbiae stimulis exagitati, quia non ad dominationem sunt vocati, sed ad opus, iuxta illud Christi: « *Qui maior est in*

sagren todos los días, por lo menos, una media hora á la oración mental; purifiquen á menudo su conciencia en el sacramento de la Penitencia; no por amor al estipendio, sino por hambre del Manjar Eucarístico, celebren todos los días el Santo Sacrificio; estén inflamados con singular afecto de piedad hacia el Santísimo Sacramento, y no dejen de visitarlo y adorarlo á menudo. Teniendo siempre presente la excesiva caridad con que nos ha amado Nuestro Señor Jesucristo, procuren alimentarse con las dulzuras de su Corazón, é inflamarse de tal manera en su amor, que lleven impresa en sí mismos su imagen y semejanza. Acójanse al amparo de la Virgen Madre de Dios, que es también Madre del amor hermoso y de los Clérigos muy particularmente; nunca cesen de implorar su patrocinio, tengan de continuo su dulcísimo y poderoso nombre en el corazón y en los labios; y, con la palabra y con el ejemplo, traten empeñosamente de insinuar en los ánimos de todos, la piedad hacia la Madre de Dios.

659. Dentro de casa, como buenos soldados de Cristo, dedíquense al estudio y á la oración, y á imitación de Jesús, en todas partes procuren ser humildes en el andar, graves y rectos en la conversación, afables con el pueblo, no sedientos de vanagloria, no agitados con el aguijón de la soberbia, porque no han sido llamados á la dominación,

vobis, fiat sicuti minor » (Luc. XXII. 26).

660. Ex lugenda nimis humanae naturae fragilitate, nec non Satanae tentatione, qui maxime Salvatoris ministros semper expetivit, ut eos quasi triticum cribraret, quandoque fit, proh dolor! ut qui ad sacerdotalem dignitatem evectus fuit, eam vitae rationem teneat, quae status sanctitati ac muneris fructuoso exercitio, obedientiae debitae et recto ordini, plane contraria sit. Unde ne qui fideles in Christi Ecclesia aedificare deberet, eis lapis scandali sit in destructionem, Episcopo, si iam alia media ut aberrantem ad meliorem frugem revocet frustra tentaverit, ea sane durissima necessitas occurrit, ut talem ministrum, ab officiis sacris exercendis, suspensionis, vel aliae spiritualis poenae gladio arceat. Tristissima profecto ac periculi plenissima huiusmodi Sacerdotis conditio est, praesertim ex peculiaribus nostrarum regionum circumstantiis, ita ut spirituali ac temporali egestate, filio prodigo, cuius Evangelium meminit, vere comparari possit. At non minus verum est, eodem Nos ac patrem, de quo sacra parabola, paterni amoris ac piae commiserationis affectu filios nostros aberrantes, prosequi. Semper enim parati sumus eosdem, dummodo de insipientia sua dolentes cordique patris confidentes in domum paternam redeant, brachiis

sino al trabajo, conforme al dicho de Jesucristo: « *El mayor de entre vosotros pórtese como el menor* » (Luc. XXII. 26).

660. Por causa de la fragilidad tan lamentable de la humana naturaleza, y por las tentaciones de Satanás, que siempre ha buscado de preferencia á los ministros del Salvador para trillarlos como trigo, á veces sucede ¡oh dolor! que quien ha sido sublimado á la dignidad del sacerdocio lleve una vida contraria á la santidad de su estado, al provechoso ejercicio de su ministerio, á la debida obediencia y á la regularidad. Por tanto, para que, quien debiera edificar á los fieles en la Iglesia de Cristo, no se convierta en piedra de escándalo para su destrucción, se verá el Obispo en la dura necesidad, si ya ha recurrido en vano á otros medios para reducir al extraviado al buen camino, de privar al ministro descarriado de sus sagradas funciones, con la suspensión ú otras penas espirituales. Tristísima es, en verdad, la situación de tal sacerdote, sobre todo por las peculiares circunstancias de nuestras regiones, de suerte que por su miseria tanto temporal como espiritual, bien puede compararse al hijo pródigo del Evangelio. Pero no es menos cierto que Nosotros, á semejanza del padre de la parábola, recibimos con paternal amor y compasión á nuestros hijos descarriados. Siempre estamos dispuestos á recibirlos con los

apertis recipere, eisque iura fratris minoris restituere, gaudentes quod filius, qui mortuus erat, revixerit, et qui perierat, inventus sit.

661. Quamvis itaque Sacerdotes, qui ob suam culpam a sacris functionibus arcentur, non possint ab Episcopo exigere, ut eorum congruae sustentationi provideat, ipsis tamen, si alia media eis desint, paterno caritatis affectu, aliquo modo subveniendum erit, ut facilius ad rectam frugem reducantur. Quod ut efficacius obtineatur, commendamus, ut qui spem fundatam conversionis exhibent, pro tempore ab Episcopo statuendo, vitam degant in aliqua domo religiosa vel monasterio vel in aliqua domo spiritualibus exercitiis adsignata. Quo vero modo pecunia pro Sacerdotis sustentatione, sive in priori sive in altero casu requisita, colligenda sit, id Episcoporum, in synodo, sive provinciali sive dioecesana, congregatorum, sententiae relinquendum esse censemus.

662. Maximum hoc nostrae sollicitudinis negotium absolvere non possumus, quin omnes nostrarum dioecesium religiosos virorum Ordines, toto cordis affectu, obsecremus, ut omne quod valent auxilium, in hoc caritatis sacerdotalis opere, Nobis praestent, pro maiori Dei gloria et Ecclesiae Matris honore.

brazos abiertos, con tal que, arrepentidos y llenos de confianza, vuelvan á la casa paterna; y les devolveremos los derechos del hijo menor que nunca la abandonó, regocijándonos porque el que había muerto ha resucitado, y el que había perecido, se ha encontrado.

661. Aunque los sacerdotes suspensos de sus sagradas funciones, no puedan exigir del Obispo, que provea á su propia sustentación, si carecen de otros recursos, habrá que ayudarles de algún modo, con paternal afecto, para que más fácilmente vuelvan al buen camino. Para conseguirlo mejor, recomendamos que los que dén fundadas esperanzas de conversión vivan, el tiempo que determinare el Obispo, en alguna casa religiosa, ó monasterio, ó casa de ejercicios que se les señale. De qué manera hayan de conseguirse los fondos para la manutención del sacerdote suspenso, en uno ó en otro caso, juzgamos conveniente dejarlo á la resolución que tomaren los Obispos en concilio provincial ó sínodo diocesano.

662. No podemos poner punto á este negocio que tanto nos interesa, sin rogar á todas las órdenes religiosas de varones, en nuestras diócesis, con todo encarecimiento, que nos presten su poderoso auxilio en esta obra de caridad sacerdotal, para mayor gloria de Dios y honra de nuestra Madre la Iglesia.

CAPUT VII.

De exercitiis spiritualibus.

663. Neminem latet virtutes ad perfectionem sacerdotalem requisitas periculis obnoxias esse, summoque labore defendi et conservari. Huic labori ferendo, viribusque animi sustentandis non semper exercitia pietatis ordinaria sufficiunt, aliquando etiam extraordinaria requiruntur. Inter haec principem locum tenent exercitia spiritualia, « quae quidem, ut monuit SS. D. N. Leo XIII, in Litteris ad Cardinalem Urbis Vicarium 18 Dec. 1889, vitae emendationi, perseverantiae in bono obtinendae, novoque robore spiritui in mediis periculis, ac tot animorum evagationis causis, quas mundus exhibet, impertiendo; mirabili pollent efficacia ». His igitur paternis admonitionibus obsequentes, decernimus, perpetuo retinendam, quae iam in pluribus dioecesibus viget, praxim exercitiorum spiritualium, eamque promovendam et ab unoquoque Antistite moderandam pro locorum adiunctis, ita tamen, ut, saltem tertio quoque anno, si frequentius fieri nequeat, ab omnibus de clero habeantur in aliqua pia domo ad hoc destinata, ut inter orationis, frugalitatis, silentii, et humilitatis opera, omnes mente cordeque renovati, sacras exhortationes recipiant, confessione sacramentali conscientias vere et sincere emundent, sese mutuo aedificent et Spiritus

CAPÍTULO VII.

De los ejercicios espirituales.

663. A nadie se oculta que las virtudes necesarias á la perfección sacerdotal, están expuestas á grandes peligros, y exigen mucho trabajo para defenderlas y conservarlas. Para soportar este trabajo y sostener las fuerzas del espíritu, no bastan siempre los ejercicios ordinarios de piedad, y hay que emplear á veces medios extraordinarios. Entre estos ocupan el primer lugar los ejercicios espirituales, que, como escribía Nuestro Santísimo Padre León XIII al Cardenal Vicario el 18 de Diciembre de 1889, « gozan de eficacia maravillosa, para alcanzar la enmienda y la perseverancia en el bien, é infundir nuevo vigor al espíritu en medio de tantos peligros, y de tantas causas de divagación como presenta el mundo ». Obsequiando estas paternales admoniciones, decretamos, que perpetuamente se observe la práctica de los ejercicios espirituales, que ya existe en muchas diócesis, y que cada Obispo la promueva y reglamente según las circunstancias locales, pero siempre de modo que cada tres años, cuando no pueda ser con más frecuencia, se sujeten á ellos todos los clérigos de la diócesi, reunidos en alguna santa casa destinada al efecto, donde en medio de la oración, la frugalidad, el silencio y las obras de humildad, se

Sancti donis amplioribus recreati, ad sua revertantur, sacri ministerii munera fructuosius peracturi.

664. Nemo, nisi legitima praepediatur causa ab Episcopo probata, excusatum se dicat; utque facilius omnes accedere possint, in vices conveniant, diebus ab Episcopo definitis. Si vero, vel infirma impediti valetudine vel ob nimium sacerdotum fidelibus inservientium defectum, nullo modo aliquis Ecclesiam suam relinquere possit, de re certiorem faciat Episcopum et, privatim saltem, nisi ille aliter disponat, spiritualem per aliquot dies instituat recessum ad propriae sanctificationi consulendum. Hoc idem commendamus, ut faciant omnes eo anno intermedio, quo fortasse ad communia cleri exercitia non convenerunt. Nec minus commendamus, ut, post exercitia paracta, singulis mensibus, unum diem spiritualis recollectionis habeant, ad proposita renovanda, defectus corrigendos, fervorem excitandum, et ut ad mortem se praeparent.

665. Cum a Summis Pontificibus pro pluribus regionibus praeceptum sit, ut, qui sacris ordinibus initiandi sunt, spirituali secessu ad eos apte disponantur, volumus, ut, non lit-

renueven de corazón y de espíritu, escuchen las santas exhortaciones, purifiquen muy de veras y santamente su conciencia con la confesión sacramental, se edifiquen mutuamente, y recreados con más abundantes dones del Espíritu Santo, vuelvan á sus parroquias, á desempeñar con más fruto las funciones de su ministerio.

664. Ninguno se tenga por excusado, á no ser que se vea impedido realmente por alguna causa aprobada por el Obispo; y para que todos puedan asistir, acudan por turnos, en las épocas fijadas por el Obispo. Si por razón de enfermedad, ó por falta absoluta de sacerdote que lo substituya, no puede alguno dejar su parroquia, hágalo saber al Obispo y, si éste otra cosa no dispone, haga los ejercicios en particular para su propia santificación. Recomendamos esta misma práctica en el año ó años intermedios en que no puedan asistir á los ejercicios generales del clero. Con no menor ahinco recomendamos, que además de los ejercicios hagan cada mes un día de retiro espiritual, para renovar sus propósitos, corregir los defectos, excitar el fervor y prepararse á la muerte.

665. Estando mandado por los Sumos Pontífices, para muchas regiones, que los que van á recibir las sagradas órdenes se dispongan á ellas con un retiro espiritual,

tera tantum, sed spiritu reapse ecclesiastico, haec lex adimpleatur, ita ut methodo ab Episcopo ordinata, et sub alicuius pii et sapientis directoris regimine peragantur exercitia.

666. Qui parochi constituuntur, antequam animarum curam suscipiant, spiritualibus vacent exercitiis, quoties id Episcopo expedire videbitur, ut zelo ac fervore accensi, et Spiritus Sancti donis aucti, in vinea Domini excolenda strenue adlaborent.

queremos que esta ley se cumpla no sólo á la letra sino con espíritu verdaderamente eclesiástico, y que se practiquen los ejercicios conforme al método ordenado por el Obispo, y bajo el régimen de algún piadoso y experimentado director.

666. Los que son nombrados párrocos, antes de encargarse de la cura de almas practiquen los ejercicios espirituales, siempre que al Obispo pareciere conveniente; para que inflamados de celo y fervor, y enriquecidos con los dones del Espíritu Santo, trabajen más empeñosamente en el cultivo de la Viña del Señor.

Caput VIII.
De collationibus seu conferentiis theologico-liturgicis.

667. Ut sacrarum disciplinarum notitia in Seminariis accepta conservetur et frequenti exercitatione foveatur et crescat, validissimi adiutorii sunt Collationes, tam de re theologica quam de liturgica, quae olim iam in Ecclesia introductae fuere, quas S. Carolus nominat scholas atque exercitationes, non solum studiorum sed etiam officiorum ecclesiasticorum, quas Benedictus XIII in Romano Concilio magnopere commendavit, ea scilicet mente, ut non Romae tantum, ubi eas institui praecepit, sed in universo orbe haberentur, uti diserte scripsit Benedictus XIV [1]

[1] Bened. XIV. Instit. 32. n. 7.

Capítulo VIII.
De las Conferencias Teológico-litúrgicas.

667. Para conservar el conocimiento de las ciencias sagradas, y fomentarlo y aumentarlo con la continua práctica, sirven muchísimo las conferencias sobre materias teológicas y litúrgicas, que se introdujeron en la Iglesia desde los tiempos antiguos, que S. Carlos Borromeo llama escuelas y ejercicios, no sólo de los estudios sino de los deberes eclesiásticos, y que Benedicto XIII en el Concilio Romano encareció con vehemencia, con la intención de que no sólo en Roma, donde él las fundó, sino en todo el mundo, se establecieran, como expresamente escribió Benedicto XIV [1].

668. Hoc etiam Pius IX commendatum voluit, ne in Sacerdotibus qui doctrinae et lectioni attendere debent, quique obstricti sunt officio docendi populum, sacrarum disciplinarum studium unquam extinguatur, aut languescat industria, instituantur opportunis regulis de morali praesertim Theologia ac de sacris Ritibus congressus, ad quos singuli, potissimum presbyteri, teneantur accedere, ut aliquo temporis spatio inter se disserant de morali Theologia deque sacrorum Rituum disciplina [1].

668. Pío IX igualmente tomó empeño en recomendar que, para que los sacerdotes que deben aplicarse á las ciencias y á la lectura, y están ligados con el deber de enseñar al pueblo, no den punto al estudio de las ciencias sagradas, ni dejen entibiarse su aplicación á las mismas, se establezcan con oportuno reglamento reuniones, en que se trate de Teología moral ante todo y de Sagrados Ritos, y á las cuales deberán asistir los sacerdotes principalmente y disertar sobre dichas materias [1].

669. Itaque, Apostolicae Sedis monitis obtemperantes eaque debita obedientia prosequentes, volumus, ut collationes praedictae non modo conserventur et perficiantur, ubi vigent, sed restituantur, ubi pro temporum angustiis et difficultatibus in desuetudinem abierunt, aut recte instituantur, ubi non sunt.

669. Por tanto, obsequiando los deseos de la S. Sede Apostólica, y prestándoles la debida obediencia, queremos que dichas conferencias no sólo se conserven y continúen, donde ya existen, sino que se restablezcan donde por las vicisitudes de los tiempos y otras dificultades han caido en desuso, y se funden donde no las hay.

670. Singulorum Episcoporum erit hac de re statuta conficere, iuxta locorum et cleri circumstantias, illamque methodum proponere, quae ad studia excolenda sacerdotes magis impellant, et ipsorum studiorum fructus in commune bonum diffundant.

670. A cada Obispo tocará redactar sus estatutos sobre esta materia, acomodados á las circunstancias de los diversos lugares y del clero, y proponer el método que más estimule á los sacerdotes al cultivo de los estudios, y haga más fructífero para el pueblo el resultado de sus trabajos.

671. Sacerdotes omnes conveniant, atque ita se gerant, ut et ipsi, in Christo concordes, mutuo consilio adiuventur, et populus, sacer-

671. Reúnanse todos los sacerdotes, y pórtense de tal suerte, que su santa concordia les permita ayudarse con sus mutuos pareceres,

[1] Pius IX. Encycl. *Singulari quidem*, 17 Martii 1856.

dotum caritate perspecta, illorum ordinem pluris aestimet, atque ad exhortationes et monitiones suscipiendas docilior evadat. In rerum pertractatione, absit omnino, vana ingenii ostentatio et partium studium; omnia, ut monet Apostolus, in caritate fiant, et veritas ab omnibus tantummodo ametur et quaeratur, tamquam certissimum totius congressus bonum. Quod in Sacra Scriptura legitur ob oculos habeant: *In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde coniungere, ut omnem narrationem Dei possis audire* (Eccl. VI. 35).

672. Quoniam vero in aliquibus nostrarum dioecesium locis fieri potest, ut ob aeris intemperiem, viarum longitudinem et asperitatem, parvum sacerdotum numerum, aliasve difficultates, nonnulli impediantur quominus ad collationes accedant; iuxta quod frequenter a Sacra Congregatione Concilii inculcatur, suppleri curetur ab Episcopo, illis proponendo quaestiones tum Theologiae moralis tum rei liturgicae, quibus, statuto tempore, in scriptis teneantur respondere et responsa Curiae Episcopali fideliter mittere.

y el pueblo, al ver tanta caridad, conciba mayor estimación á la clase sacerdotal, y con mayor docilidad escuche sus exhortaciones y advertencias. Al tratar las materias, evítese toda vana ostentación de talento ó espíritu de partido; hágase todo, como enseña el Apóstol, con caridad, y busquen todos y estimen únicamente la verdad, como el bien seguro que resultará de la conferencia. Tengan presentes estas palabras de la Sagrada Escritura: *Frecuenta la reunión de los ancianos prudentes, y abraza de corazón su sabiduría: á fin de poder oir todas las cosas que cuenten de Dios* (Eccl. VI. 35).

672. Como puede suceder en algunos lugares de nuestras diócesis, que, por la inclemencia del tiempo, lo largo de los caminos, la escasez de sacerdotes, ú otras dificultades, algunos no puedan asistir á las conferencias; según ha inculcado varias veces la S. Congregación del Concilio, supla el Obispo esta falta, proponiéndoles cuestiones morales y litúrgicas, á que periódicamente tengan que responder por escrito, mandando fielmente las respuestas á la curia episcopal.

TITULUS IX.

DE CATHOLICA INSTITUTIONE IUVENTUTIS

Caput I.

De Scholis primariis.

673. Christus Dominus, legislator ac redemptor noster [1], qui Apostolis suis dixit: *Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra; euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis; et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi* [2]; Ecclesiam suam usque ad finem mundi constituit infallibilem religionis christianae magistram. Memor huius divinae missionis, Ecclesia numquam cessavit Evangelium praedicare omni creaturae, divina praecepta et morum disciplinam hominibus tradere, omnesque dirigere in viam salutis. Exemplum secuta sui divini Magistri, qui parvulos ad se venire iussit, specialissimam curam Ecclesia semper adhibuit pro christiana tenerae iuventutis institutione; atque ad hunc finem, sollicitudine vere materna, scholas ubique erexit fidei et pietatis spiritu florentes. Cum

TITULO IX.

DE LA EDUCACION CATOLICA DE LA JUVENTUD

Capítulo I.

De las Escuelas Primarias.

673. Jesucristo, Señor, legislador y Redentor Nuestro [1], que dijo á sus Apóstoles: *A mí se me ha dado toda potestad en el cielo y en la tierra. Id, pues, é instruid á todas las naciones en el camino de la salud, bautizándolas en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo: enseñándolas á observar todas las cosas que yo os he mandado. Y estad ciertos que yo mismo estaré continuamente con vosotros hasta la consumación de los siglos* [2], ha constituido á su Iglesia infalible maestra de religión hasta el fin del mundo. En cumplimiento de esta divina misión, nunca ha cesado la Iglesia de predicar el Evangelio á toda creatura, y de inculcar á los hombres los preceptos de Dios y los principios de la moral, y de encaminarlos á todos por la senda de la salvación. A ejemplo de su divino Maestro, que mandó que los niños se le acercaran, la Iglesia ha mostrado siempre especialísimo empeño por la cristiana edu-

[1] Conc. Trid. sess. 6. can. 21. — [2] Matth. XXVIII. 18-20.

enim christiana iuventutis institutio, nec intra domesticos parietes, nec in loco sancto absolvi possit, necessarium omnino est, ut ad ipsas quoque scholas sese extendat.

674. Ex quibus sponte consequitur, Ecclesiam non solum habere ius nativum, et ab omni potestate humana plane independens, erigendi et ordinandi scholas ad christianam institutionem et educationem catholicae iuventutis, sed ipsam quoque pro suo iure postulare, ut, in omnibus scholis, sive publicis sive privatis, religiosa iuventutis catholicae institutio et educatio suae iurisdictioni sit subiecta, atque ut in quavis disciplina nihil tradatur, quod catholicae religioni morumque honestati adversetur. Idcirco Episcopi et locorum Ordinarii, in scholis quibuscumque, liberi omnino sint oportet in dirigenda doctrina catholica de fide et moribus atque universa iuvenum catholicorum educatione religiosa; praeterea nulla ratione impediendi sunt, quominus ex proprii sui ministerii officio invigilare possint, et exquirere, num doctrina in quavis disciplina tradita religioni catholicae sit conformis [1].

cación de la tierna juventud; y á este fin, con solicitud verdaderamente maternal, dondequiera ha erigido escuelas en que han florecido la fe y la piedad. No pudiendo la cristiana educación de la juventud llevarse á cabo dentro del hogar doméstico, ni tampoco en el templo, es de todo punto necesario que se extienda á las mismas escuelas.

674. De aquí claramente se deduce, que la Iglesia, no sólo tiene por su naturaleza el derecho, independiente de toda potestad humana, de erigir y reglamentar escuelas para la cristiana formación y educación de la juventud católica, sino que le ampara igual derecho de exigir que en todas las escuelas, así públicas como privadas, la formación y educación de la juventud católica esté sujeta á su jurisdicción, y que en ningún ramo de enseñanza se enseñe cosa alguna que sea contraria á la religión católica y á la sana moral. Por consiguiente, los Obispos y demás Ordinarios, en toda clase de escuelas, conviene que tengan libertad absoluta para dirigir la enseñanza católica de la fe y la moral, y toda la educación religiósa de la juventud católica. Además, no debe imperdírseles en modo alguno, que, en desempeño de su propio ministerio, vigilen é investiguen, si la doctrina que en los diversos ramos se enseña, es ó no conforme con la religión católica [1].

[1] Cfr. Conventiones initas cum civitatibus Americae Latinae.

675. Merito igitur a Pio IX damnatae fuerunt sequentes propositiones: « Totum scholarum publicarum regimen, in quibus iuventus christiana alicuius reipublicae instituitur, episcopalibus dumtaxat Seminariis aliqua ratione exceptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognoscatur ius immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delectu aut approbatione magistrorum ». - « Postulat optima civilis societatis ratio, ut populares scholae, quae patent omnibus cuiusque e populo classis pueris, ac publica universim instituta, quae litteris severioribusque disciplinis tradendis et educationi iuventutis curandae sunt destinata, eximantur ab omni Ecclesiae auctoritate, moderatrice vi et ingerentia, plenoque civilis ac politicae auctoritatis arbitrio subiiciantur ad imperantium placita et ad communium aetatis opinionum amussim ». - « Catholicis viris probari potest ea iuventutis instituendae ratio, quae sit a catholica fide et ab Ecclesiae potestate seiuncta, quaeque rerum dumtaxat naturalium scientiam ac terrenae socialis vitae fines tantummodo vel saltem primario spectet » [1]. - « Societatem domesticam, seu familiam, totam suae existentiae rationem a iure dumtaxat civili mutuari; proinde-

675. Con justicia, pues, fueron condenadas por Pío IX las siguientes proposiciones: « El régimen todo de las escuelas públicas, en que se educa la juventud cristiana de alguna república, con excepción únicamente y hasta cierto punto de los Seminarios episcopales, puede y debe conferirse á la autoridad civil, y de tal suerte, que á ninguna otra autoridad se reconozca derecho alguno de mezclarse en la disciplina de las escuelas, en el método de los estudios, en la colación de grados, en la elección ó aprobación de los maestros ». - « Exige el buen orden de la sociedad civil, que las escuelas populares, abiertas á los niños de todas las clases del pueblo, y, en general, los establecimientos públicos, destinados á la enseñanza de las letras y ramos superiores, y á la educación de la juventud, estén exentos de toda autoridad, dirección é ingerencia de parte de la Iglesia y plenamente sujetos á la autoridad civil y política, conforme á los decretos de los gobernantes y á las opiniones de nuestro siglo ». - « Bien pueden aprobar los católicos ese método de educación de la juventud, que la separa de la fe católica y de la potestad de la Iglesia; que se reduce á la enseñanza de las ciencias naturales, y tiene por fin único ó principal, los límites de la vida social en la tierra » [1]. - « La sociedad doméstica, ó sea

[1] Pius IX. Syllab. prop. 45, 47, 48.

que ex lege tantum civili dimanare ac pendere iuria omnia parentum in filios, cum primis vero ius institutionis educationisque ». - « Clerum, utpote vero utilique scientiae et civilitatis progressui inimicum, ab omni iuventutis instituendae educandaeque cura et officio esse amovendum » [1].

676. Cum iuvenes spiritu saeculari a pueritia imbuti, non tantum evadant obcaecati mundi amatores, sed etiam contemptores Christi in Ecclesia, omni ope curandum est, ut scholae catholicae primariae constituantur, in quibus religiosa doctrina primarium in institutione et educatione locum habeat [2]. Optimum igitur medium ad efficacius occurrendum gravissimis malis, scilicet exitiali indifferentismi labi et morum corruptelae, ex prava educatione ortis, in eo situm esse putamus, ut, in singulis dioecesibus, prope unamquamque Ecclesiam parochialem, quantum fieri potest, scholae primariae habeantur, in quibus iuventus catholica tam litteris ingenuisque artibus quam religione ac probis moribus imbuatur.

677. Itaque parentes catholicos atque tutores pupillorum, omni qua

la familia, debe toda su manera de ser únicamente al derecho civil; por tanto, solamente de la ley civil dimanan y dependen los derechos de los padres sobre los hijos, y muy particularmente el derecho de la formación y educación de la prole ». - « Hay que apartar al clero, como enemigo del verdadero y útil progreso de la ciencia y la civilización, de todo cargo y oficio que se refiera á la educación y formación de la juventud » [1].

676. Por cuanto los jóvenes impregnados desde la niñez en el espíritu del siglo, no sólo se vuelven obcecados secuaces del mundo, sino también enemigos de Cristo en la Iglesia, hay que procurar con todo empeño establecer escuelas católicas primarias, en que la doctrina religiosa ocupe el primer lugar en la educación y la formación [2]. Juzgamos que el medio más eficaz para hacer frente á tan graves males, es decir, á la plaga mortal del indiferentismo y á la corrupción de costumbres que provienen de una mala educación, consiste en que, en cada diócesi, y junto á cada Iglesia parroquial, en cuanto sea posible, se establezcan escuelas primarias, en las cuales la juventud católica se eduque, tanto en las letras y en las artes liberales, como en la religión y las buenas costumbres.

677. Por tanto, nó sólo exhortamos, sino que mandamos con toda

[1] Pius. IX. Encycl. *Quanta cura*, 8 Dec. 1864. — [2] Pius IX. Litt. *Quum non sine*, 14 Iul. 1864, ad Archiep. Friburg. V. Appen. n. XXIV.

valemus auctoritate, non solum hortamur, sed iubemus, prolem sibi commissam a scholis arcere, in quibus Ecclesiae auctoritas et salutaris sanctae nostrae religionis influxus excluditur; nisi forte eae sint circumstantiae, ut, ob causam sufficientem ab Episcopo approbatam, et cum opportunis cautelis ac remediis, frequentatio huiusmodi scholarum, in casibus particularibus et ad tempus tolerari possit. Qua in re ob oculos habendae sunt instructiones S. Officii, quibus iterum iterumque dubia de frequentandis scholis mixtis vel neutris resoluta fuerunt [1]. Praeterea eosdem parentes atque tutores gravissime monemus, ut prolem suae curae creditam mittant ad scholas parochiales, nisi vel domi vel in aliis scholis catholicis christianae filiorum suorum institutioni atque educationi sufficienter consulant. Quaenam autem dici possit schola vere catholica, iudicio Ordinariorum relinquitur definiendum.

678. Ut autem parentes catholici hoc maximum christianae institutionis officium erga filios suos rite valeant adimplere, omnibus parochis iniungimus, ut, in suis parochiis, quae idoneis scholis catholicis forte careant, sive per se sive per alios, scholas primarias vereque catholicas constituant, in quantum id

[1] V. Appen. n. XXVIII, XXXVII.

la autoridad de que estamos revestidos, á los padres de familia y tutores católicos, que alejen á la prole á ellos encomendada, de las escuelas en que se excluye la autoridad de la Iglesia y el influjo saludable de nuestra religión; á no ser que concurran tales circunstancias que, por causas suficientes aprobadas por el Obispo, y con las oportunas precauciones y remedios, hagan que el frecuentar tales escuelas pueda tolerarse por cierto tiempo y en algún caso particular. En esta materia hay que tener á la vista las instrucciones del Santo Oficio, en que varias veces se han resuelto ciertas dudas sobre la asistencia á escuelas mixtas ó neutrales [1]. Además, exhortamos con ahinco á los mismos padres y tutores, á que envíen la prole confiada á su cuidado, á las escuelas parroquiales, á no ser que en su casa ó en otras escuelas católicas, provean suficientemente á la formación y educación de sus hijos. Al juicio de los Ordinarios se deja el definir, cuáles puedan llamarse escuelas católicas.

678. Para que los padres de familia católicos puedan desempeñar, como es justo, este importantísimo deber de la educación cristiana que tienen para con sus hijos, mandamos á todas las párrocos que, en aquellas parroquias que todavía no tengan escuelas católicas suficientemente buenas, funden, ya sea per-

ex iudicio Episcopi fieri potest, intra tempus et iuxta modum ab eodem Ordinario definiendum.

679. Omnes quoque fideles de gravissimo monemus officio suos iuvandi Ordinarios et parochos in erigendis et conservandis scholis primariis sive parochialibus. Quare severa reprehensione digni sunt, si, ipsorum negligentia, scholae catholicae existere non possint, aut, si quae sint, ob subsidiorum defectum existere desinant, aut, quod peius est, secordia fidelium in legitimo exercitio iurium civilium atque incredulorum hominum machinationibus per summam ignaviam non repressis, in scholas Ecclesiae sensui contrarias commutentur.

680. Cum summi momenti sit, ut scholae catholicae laudabiliter erectae etiam rite constituantur, apte administrentur atque educatione christiana et civili praestent, sedulo omnia media sunt applicanda, quibus ad exoptatam metam perveniatur. Quare, in primis iam ipsi alumni in Seminariis edoceantur, unum ex praecipuis sacerdotum officiis, praesertim hisce temporibus, esse christianam iuventutis institutionem, eamque sine scholis sive parochialibus sive aliis vere catholicis non esse possibilem. Addiscant praeterea methodum, qua catechismum et

sonalmente, ya sirviéndose de otros, escuelas primarias que sean de veras católicas, en cuanto esto pueda llevarse á cabo según el juicio del Obispo, y en el tiempo y del modo que defina el Ordinario.

679. Advertimos igualmente á todos los fieles, el gravísimo deber que les incumbe, de ayudar á sus Ordinarios para la fundación y conservación de las escuelas primarias ó parroquiales. Por lo cual, son dignos de severa reprensión, si por su descuido no pueden existir escuelas católicas, ó si por falta de auxilios pecuniarios tienen que cerrarse las que existen, ó si, lo que es peor tadavia, por la dejadez de los fieles en el legítimo ejercicio de sus derechos de ciudadanos, y por las maquinaciones de los incrédulos, no reprimidas á causa de la desidia de aquellos, se convierten en escuelas contrarias á la mente de la Iglesia.

680. Siendo de altísima importancia que las escuelas católicas una vez erigidas, se constituyan como es debido, se administren con aptitud, y estén á la altura que requieren la educación cristiana y la civil, es necesario poner en juego todos los medios á propósito para alcanzar tan alto objeto. Por tanto, incúlquese ante todo á los seminaristas, que uno de los principales deberes de los sacerdotes en la época presente, es la cristiana educación de la juventud, la cual es imposible sin escuelas parroquiales, ú otras que sean de veras ca-

historiam sacram pueris lucide et solide explicare valeant. Denique, quum iisdem alumnis, postea, in animarum cura, haud raro vel ipsum regimen scholarum concreditum sit, in ipsa Theologia pastorali et morali sana principia paedagogica saltem per summa capita explicentur, atque praeclariores auctores, qui ea de re scripserunt, indicentur.

681. Sacerdotes in cura animarum constituti atque imprimis parochi, etiam collatis consiliis, scholas primarias promoveant et tamquam pupillam suorum oculorum diligant, frequenterque, iuxta ordinationem Episcopi, visitent. Maxime vero curent, ut ipsi per se catechismum et historiam sacram doceant. Quod si ordinarie facere non possint, saltem invigilent, ut ludimagistri hac in re officio suo non desint. Nec parochi suo officio se satisfecisse credant, cum suam vigilantiam ad sola fidei rudimenta rite explicata restringunt. Dispiciant quoque, quos mores discipuli prae se ferant, qua ratione aliae disciplinae tradantur, ita ut nihil occurrat, quod fidei et moribus periculum afferre possit, dentque operam, ut libri nihil contineant quod quomodolibet ab Ecclesiae doctrina sit difforme. Summam vero curam habeant ipsius ludimagistri; illum excitent, doceant, adiuvent, omni qua

tólicas. Aprendan también el método de explicar á los niños, de una manera clara y sólida, el catecismo y la historia sagrada. Por último, como sucede que, una vez empleados en la cura de almas, tienen algunas ocasiones que encargarse personalmente de la dirección de las escuelas, en las clases de Teología pastoral y moral expliquénseles, aunque sea someramente, los principios pedagógicos, é indíquenseles los mejores autores que tratan de la materia.

681. Los sacerdotes empleados en la cura de almas, y en especial los párrocos, unidos entre sí, promuevan el adelanto de las escuelas primarias, mírenlas como la niña de sus ojos, y visítenlas con frecuencia, conforme á lo mandado por el Obispo. Tengan especial cuidado de enseñar personalmente el catecismo y la historia sagrada. Y si de ordinario no pueden hacerlo en persona, al menos cuiden de que los maestros no falten á su deber en esta materia. Ni se figuren los párrocos que han cumplido con su deber, limitando su vigilancia á la exacta explicación de los rudimentos de la fe. Miren bien á la moral de los discípulos, y vean cómo se enseñan los otros ramos, de suerte que nada haya que ofrezca peligro á la fe ó á la moral; y trabajen para que los libros nada contengan que de cualquier manera disienta de la doctrina de la Iglesia. Cuiden muchísimo al maestro de escuela; exci-

possunt diligentia et caritate. Ubicumque id fieri potest, doceatur in huiusmodi scholis cantus, praesertim liturgicus.

682. Quoniam omne incrementum scholarum primariarum maxime pendet ab idoneis et dignis magistris, summa cura in eo ponenda est, ut scholis primariis nonnisi boni atque idonei praeficiantur. Pari studio, magistri, qui nobilissimum atque gravissimum munus docendi in scholis exercent, omnibus modis sunt animandi, atque ut in bene coeptis perseverent excitandi; ipsi enim Ecclesiae ac parentibus validissimi sunt auxiliatores in salute animarum procuranda, atque ab illorum industria et labore posterorum prosperitas atque animarum et reipublicae salus multum dependent. Summa autem est necessitas ea adhibendi media, quibus pro futuro tempore boni atque idonei magistri iugiter formentur ac praeparentur. Quemadmodum enim clerus bonus atque apostolico zelo plenus et multiplici eruditione praestans nunquam habebitur, nisi Seminaria existant rite constituta, ita etiam apti honestique magistri, neglecta praeparatione diligenti, frustra desiderantur.

683. Nemo igitur, in scholis primariis, in quas Ecclesia suam exercet iurisdictionem, ad magisterium assumatur nisi dederit indubia argumenta fidei et honestatis, nec non

tenlo, enséñenlo, ayúdenlo con toda la diligencia y caridad posible. Donde pueda llevarse á efecto, enséñese en las escuelas el canto, sobre todo el litúrgico.

682. Como el progreso de las escuelas primarias estriba, en su mayor parte, en tener maestros capaces y dignos, hay que tener especial cuidado de que sólo se pongan personas idóneas y buenas al frente de las escuelas. Con toda clase de estímulos debe animarse á los maestros á perseverar en sus arduas tareas; pues es muy noble, y de grande importancia, el oficio que desempeñan. Ellos son eficaces cooperadores de la Iglesia y de los padres de familia, en procurar la salvación de las almas; y de su actividad y trabajo dependen en gran parte el bienestar de la posteridad, y la salvación de las almas y del Estado. Grande es también la necesidad de poner en juego, con tiempo, los medios oportunos para formar y preparar para lo futuro maestros buenos y capaces. Así como nunca se tendrá clero bueno, lleno de celo y distinguido por su vasta erudición, sin buenos seminarios, así también, en vano se buscarán maestros aptos y honrados, si se descuida su formación.

683. Ninguno, pues, se admita para el magisterio, en las escuelas primarias en que la Iglesia ejerce su jurisdicción, si no diere pruebas manifiestas de fe y honradez y pre-

aptitudinis specimen [1]. Quod examen, qua ratione sit faciendum, Episcopi ordinatione accuratius est definiendum. Expedit autem ut huiusmodi examina fiant in singulis dioecesibus coram viris de re scholastica peritis et ad huiusmodi officium ab Episcopo delegatis. Absoluto examine, unicuique, qui ab examinatoribus probatus est, suum tradatur diploma seu testimonium authenticum aptitudinis, sive ad longius sive ad brevius tempus limitatum.

684. Ut sufficiens numerus magistrorum et magistrarum praesto sit, quibus sine difficultate institutio in scholis catholicis committi possit, in dioecesibus vel provinciis ecclesiasticis, ubi fieri potest, scholae normales ad instar Seminariorum clericorum sunt constituendae. Quarum scholarum normalium cura atque directio, maxima cum utilitate, tradetur Fratribus Scholarum Christianarum vel sodalibus aliorum Institutorum ab Ecclesia probatorum, si de ludimagistris formandis agitur; magistrarum autem educatio Congregationibus piarum sororum, quae pro suo scopo huiusmodi negotium suscipere solent, optimo consilio poterit committi [2]. Quod si praeterea religiosi viri ex Instituto scholis christianis regendis dedicati, atque piae magistrae in diversis Congregationibus religiosis constitutae, a quibus, in tot regionibus orbis

sentare el debido examen de capacidad [1]. El Obispo determinará la forma de estos exámenes; conviene, empero, que se hagan en cada diócesi ante un jurado de personas competentes en materias escolásticas, y delegadas á este fin por el Obispo. Terminado el examen, entréguese á todo el que fuere aprobado por los examinadores el correspondiente diploma, ó certificado auténtico de aptitud, limitado según las circunstancias á un período más breve ó más largo.

684. Para que haya siempre disponible un número suficiente de maestros y maestras, á quienes sin dificultad pueda entregarse la dirección de las escuelas católicas, podrán fundarse en las diócesis ó provincias eclesiásticas en que esto sea possible, escuelas normales á guisa de los seminarios clericales. La dirección de estas escuelas normales podrá confiarse, con gran provecho, á los Hermanos de las Escuelas Cristianas, ó á otros institutos análogos, si se trata de maestros; la educación de las maestras podrá confiarse sabiamente á las Congregaciones de piadosas hermanas, que suelen encargarse de esta empresa, conforme al objeto de su fundación [2]. Y si además, (como ardientemente deseamos) se encargan también de nuestras escuelas de primeras letras, religiosos de las mismas escuelas cristianas, ó piadosas maes-

[1] Cfr. citat. Convent. cum civitatibus Americae Latinae. — [2] Ibid.

catholici, educationi iuventutis praeclare datur opera, etiam nostrarum scholarum primariarum curam suscipiant (ad quod illos vehementer hortamur), brevi tempore nostris quoque dioecesibus sufficiens numerus optimorum magistrorum praesto erit.

685. Quum disciplina sancte instituta facile collabatur et sapientissima decreta suum non sortiantur effectum, nisi sit qui invigilet atque urgeat decretorum executionem, idcirco mandamus, ut scholae illae, quae efficaci ratione iurisdictioni Episcoporum manent subiectae [1], diligenter visitentur. Quare, praeter inspectionem quam exercet parochus vi officii, statuimus, ut, in singulis districtibus dioecesis, prudenti arbitrio Episcopi definiendis, sacerdoti perito munus inspectoris scholarum primariarum committatur. Is saltem semel vel bis in anno, singulas scholas sui districtus visitet atque ad Episcopum de facta visitatione referat. Quae visitatio quamvis principaliter ad institutionem religiosam sese extendat, tamen nequaquam ad illam solam est restringenda, sed universum statum scholae parochialis complectatur necesse est. Quodsi illae relationes transmittantur ad virum ecclesiasticum, qui in curia episcopali officio praesidis omnium illorum inspectorum fungatur, facile Episcopus opportunas et necessarias sibi comparabit tras de diversas congregaciones, de las que en tantas partes del mundo se dedican con tanto provecho á la enseñanza, en breve tiempo también en nuestras diócesis habrá suficiente número de maestros.

685. Por cuanto la disciplina mejor establecida pronto se relaja, y los decretos más sabios caen en desuso, si no hay quien vigile y urja sobre su observancia, mandamos que con frecuencia se visiten las escuelas que de un modo eficaz permanecen sujetas [1] á la jurisdicción del Obispo. Por lo cual, además de la inspección que practica el cura párroco en virtud de su cargo, mandamos que en cada distrito de la diócesi, cuyos límites señalará el Obispo, se nombre un sacerdote competente que ejerza el cargo de inspector de escuelas. Este, una ó dos veces al año por lo menos, visitará las escuelas de su distrito, y rendirá al Obispo cuenta de su visita. Aunque el objeto principal de la visita se refiere á la educación religiosa, de ninguna manera ha de limitarse á ésta únicamente, sino que ha de abrazar todo el estado de la escuela parroquial. Transmitiéndose las relaciones de las diversas visitas, á un sacerdote de la curia episcopal que tenga el cargo de jefe de inspectores, el Obispo tendrá fácilmente las noti-

[1] Leo XIII. Const. *Romanos Pontifices*. V. Appen. n. XLVI.

notitias de statu scholarum ac de remediis, postquam inspectorum vota noverit, adhibendis.

CAPUT II.

De Scholis secundariis.

686. Cum in dies augeatur numerus iuvenum catholicorum, qui, absolutis scholis primariis, ad altiorem educationis cursum adspirant, sive ut ad mercaturam exercendam magis habiles existant, sive ut ad officia civilia et politica sese praeparent, de scholis quoque mediis sive secundariis pauca quaedam monita et praecepta fidelibus Nobis commissis proponenda esse ducimus. Parentes, qui filios suos, propter duram necessitatem, aut ob specialem studiorum cursum, ad scholas mittere coguntur, in quibus catholicae institutionis principia non servantur, enixe monemus, ut fidei morumque pericula a filiis suis quam longissime removeant, verbi Domini semper memores: *Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur?* (Matth. XVI. 26). Qua in re, prae oculis habeantur decreta et instructiones Sanctae Sedis. Quodsi scholae catholicae superiores praesto eis sint, quibus filios suos post absolutas scholas primarias committere possint, gravissimam illis obligationem in memoriam revocamus, ne alias scholas oportunas y necesarias de sus escuelas, y de los remedios que, según las opiniones de los diversos inspectores, hayan de emplearse.

CAPÍTULO II.

De las Escuelas de segunda enseñanza

686. Creciendo cada día el número de jóvenes, que, terminados los estudios primarios aspiran á un curso de educación superior, ya sea para practicar el comercio con mayor habilidad, ya sea para prepararse á los empleos civiles y políticos, nos ha parecido conveniente proponer á los fieles cometidos á nuestro cuidado, algunos preceptos y advertencias acerca de las escuelas secundarias. A los padres que se ven en la dura necesidad de mandar á sus hijos á seguir alguna carrera especial en colegios no conformes con los principios de enseñanza católica, exhortamos encarecidamente, á que aparten lo más lejos posible de sus hijos los peligros de perder la fe y las buenas costumbres, teniendo siempre presentes las palabras de Jesucristo: *¿De que sirve al hombre ganar todo el mundo si pierde su alma?* (Matt. XVI, 26). En esta materia, ténganse siempre presentes los decretos é instrucciones de la Santa Sede. Y si hubiere á la mano colegios católicos de estudios superiores, adonde puedan mandar á sus hijos una vez terminados los estudios primarios, les

las praeferant scholis vere catholicis.

687. Eos vero ex fidelibus nostris, qui copia rerum temporalium dotati sunt, in Domino obsecramus, ut ad fundanda et augenda collegia. in quibus scholae secundariae, sive pro litteris humanioribus, sive pro disciplinis physicis et mathematicis sive pro commercio apertae sunt, auxilia sua conferant. Alii autem fideles, quibus iurium politicorum exercitatio est concessa, illud efficere studeant, ut leges civiles nihil contineant, quod legitimae libertati Ecclesiae in rebus scholasticis sit contrarium, conscientias catholicorum laedat, atque ad pravas scholas publica pecunia sustentandas conducat. Immo totis viribus incumbant, ut universa institutio in omnibus scholis secundariis fidei catholicae sit conformis, atque a Guberniis et Municipiis defendatur et promoveatur [1].

688. Moderatores et professores scholarum secundariarum in primis ii sint oportet, qui, memores gravissimi sui muneris, sese totos dedicent educationi et institutioni iuventutis catholicae. Quare discipulos suos verbo et exemplo arceant a

recordamos la gravísima obligación que les incumbe, de no preferir otros colegios á los que son de veras católicos.

687. Rogamos en el Señor á aquellos de nuestros fieles que han sido favorecidos con abundancia de bienes temporales, que contribuyan generosamente á la fundación y mejora de colegios de segunda enseñanza, dotados de cátedras tanto de letras humanas, como de matemáticas y ciencias naturales, y de escuelas de comercio. Aquellos entre los fieles á quienes es dado ocupar altos puestos en el gobierno, procuren con todo ahinco que las leyes civiles nada contengan que sea contrario á la legítima libertad de la Iglesia en asuntos de educación, ó lastime las conciencias de los católicos, y conduzca al sostenimiento de escuelas perversas con los fondos públicos. Procuren antes bien, con todas sus fuerzas, que el sistema general de educación en todos los Colegios de segunda enseñanza, sea conforme á la fe católica, y se defienda y lleve adelante por los gobiernos locales y municipios [1].

668. Los rectores y profesores de los Colegios de segunda enseñanza, conviene que sean de tales cualidades, que, teniendo presente lo elevado de su cargo, se dediquen con toda su alma á la educación y formación de la juventud católica.

[1] Cfr. citat. Convent. cum civitatibus Americae Latinae.

periculis fidei et morum, tum in scholis tum extra illarum ambitum, curentque ut universa puerorum et adolescentium catholicorum institutio conformis sit doctrinae catholicae atque spiritu vere christiano informata [1].

689. Prae primis, doctrina catholica de fide et moribus deque praeceptis Ecclesiae, omnibus discipulis, attenta illorum aetate et consideratis periculis et necessitatibus nostri temporis, diligenter et solide exponatur, neque quisquam huiusmodi munus docendae religionis christianae ex officio in se suscipiat, nisi a competente auctoritate ecclesiastica fuerit legitime missus atque approbatus. In tradenda autem doctrina christiana, etiam in scholis secundariis, ii tantum adhibeantur libri et modi docendi, quos Episcopus approbaverit [2]. Caeterum prae oculis habeatur Instructio quam hac in re edidit Suprema Congregatio S. Officii die 24 Novembris anni 1875 [3].

690. Cum autem religio catholica in animis illorum puerorum et adolescentium, qui tot periculis et tentationibus sunt expositi, non firmetur, nisi ad doctrinam practica accedat religionis catholicae exercitatio [4], catechetae vel magistri religionis, iuvenes ad fidem exercendam peculiari studio inducant opor-

Por tanto, con la palabra y con el ejemplo aparten á sus discípulos de los peligros de perder la fe y la moral, así en los colegios como fuera de ellos, y cuiden de que toda la formación de los niños y adolescentes sea conforme á la doctrina católica, y animada del espíritu cristiano [1].

689. Ante todo, la doctrina católica sobre la fe y la moral, expóngase á todos los discípulos con amplitud y solidez, atendiendo á su edad ya más madura y teniendo presentes los peligros y necesidades de nuestra época; y no se tome cualquiera el cargo de enseñar la religión cristiana por sí y ante sí, sino que tiene que ser legítimamente enviado y aprobado por la competente autoridad eclesiástica. Para explicar la doctrina cristiana, aun en estos Colegios de segunda enseñanza, úsense únicamente los libros de texto y los métodos aprobados por el Obispo [2]. Por otra parte, téngase siempre ante los ojos la Instrucción, que sobre esta materia dió á luz la Suprema Congregación del Santo Oficio, el 24 de Nov. de 1875 [3].

690. Por cuanto no puede arraigarse la religión católica en los ánimos de aquellos niños y jóvenes que se hallan expuestos á tantos peligros y tentaciones, si á la teoría no se añade la práctica de la misma religión, los catequistas, ó catedráticos de religión [4], deben poner particular empeño en inculcar

[1] Cfr. citat. Convent. cum civitatibus Americae Latinae. — [2] Cfr. citat. Convent. — [3] V. Appen. n. XXXVII. — [4] Ibid.

tet. Quare curandum est, ut studiosa iuventus, quantum fieri potest, etiam in scholis secundariis, quotidie assistat sacrificio Missae frequenterque recipiat sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae, statis temporibus peragat exercitia spiritualia atque in pias sodalitates coadunata ad omne opus bonum excitetur et contra pericula irruentia muniatur. Hac vero nostra aetate, cum magis magisque recipiatur usus etiam puellas admittendi superioribus quibusdam scholis vel institutis, studium in puellis quoque promovendi litterarum scientiam et civilem educationem probamus; dummodo id fiat salvis principiis fidei catholicae, honestatis morum et sanae rationis. Quare commendamus, ut puellae catholicae, quibus pro conditione sua superior illa instructio et educatio necessaria vel utilis fuerit, frequentent superiora instituta, quae cum approbatione Episcoporum a feminis vere catholicis vel a monialibus erecta fuerunt. Penitus vero prohibemus, ne puellae catholicae ad ea mittantur instituta superioris educationis, ubi promiscue cum puellis acatholicis educentur, aut ne per summum abusum scholas superiores cum adolescentibus communes frequentent.

á la juventud la práctica de la fe. Por lo cual hay que cuidar que la estudiosa juventud, aun en los colegios de segunda enseñanza, asista todos los días al sacrificio de la Misa, y frecuente los Sacramentos de la Penitencia y Eucaristía; que practique periódicamente los ejercicios espirituales, y agrupada en cofradías se estimule á las obras buenas, y reciba el antídoto contra los peligros que la amenazan. Como en nuestro siglo se va generalizando más y más la costumbre de admitir también á las señoritas á los estudios superiores, en ciertas escuelas é institutos, aprobamos el afán de hacer adelantar también á las niñas en el estudio de las ciencias y en la educación civil; siempre que se lleve á efecto salvos los principios de la fe católica, de la honestidad de costumbres y de la sana razón. Por lo cual recomendamos que las señoritas católicas, cuyas circunstancias exijan ó pidan esta instrucción y educación superior, frecuenten los establecimientos de alta enseñanza que con aprobación de los Obispos hayan fundado señoras verdaderamente católicas ó monjas. Pero prohibimos terminantemente que las señoritas católicas se manden á esos establecimientos de educación superior en que se educan promiscuamente con niñas no católicas, ó que cometan la atroz aberración de frecuentar los colegios superiores que son comunes á los varones.

691. Denique omnes moderatores et professores in Domino exhortamur, ut omnibus viribus non solum contendant ad formandos discipulos, qui puritate fidei et morum probitate praestent, sed etiam ut facto ostendant catholica instituta, quoad litteras quoque, artes et scientias, caeteris institutis praestare. Quo studio, et desideriis parentum abunde satisfacientes et opprobria virorum acatholicorum refutantes, optime merebuntur de nostris civitatibus deque Ecclesia, in universa America Latina; sibi autem immortalem obtinebunt coronam, dicente Daniele propheta (XII. 3): *Qui autem docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti, et qui ad iustitiam eruditint multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.*

691. Por último, exhortamos en el Señor á los Rectores y profesores, que no se contenten con formar discípulos que resplandezcan por la pureza de la fe y la bondad de costumbres, sino que con todas sus fuerzas se empeñen para que prueben con los felices resultados, que los institutos católicos sobrepujan á los demás en las letras, las artes y las ciencias. Con este empeño, colmarán abundantemente los deseos de los padres de familia, confundirán las calumnias de los enemigos de la religión, se harán altamente beneméritos de nuestras Repúblicas y de la Iglesia, y para sí propios ganarán inmarcesible corona, conforme al dicho de Daniel: (XII, 3): *Los que hubieren sido sabios brillarán como la luz del firmamento; y como estrellas por toda la eternidad, aquellos que hubieren enseñado á muchos la justicia ó la virtud.*

Caput III.

De Universitatibus et Facultatibus studiorum maiorum.

692. Universitates studiorum, inde a medio aevo, quo primum fuerunt constitutae, iurisdictioni Ecclesiae fuerunt subiectae. Illa enim quamplurimas universitates sive studia generalia aut fundavit aut amplissimis saltem privilegiis et favoribus cumulavit; meritoque Sedes Apostolica suam interposuit auctoritatem. Cum ad Romanos Pontifices,

Capítulo III.

De las Universidades y Facultades Mayores.

692. Las Universidades, desde la edad media en que por primera vez se establecieron, quedaron sujetas á la jurisdicción de la Iglesia. Ella fundó la mayor parte de las Universidades ó Colegios para estudios generales, ó por lo menos las colmó de altísimos favores y privilegios, y con justicia interpuso su autoridad la Sede Apostólica. Por

pro concredito ipsis Apostolici Officii munere, maxime pertineat catholicam fidem tueri sanctaeque eius doctrinae depositum integrum ac intemeratum custodire, eorum quoque esse debet sacrarum disciplinarum, quae publice in universitatibus traduntur, institutionem moderari. Hinc etiam, ex disciplina vigenti, solius Romani Pontificis est facultates sacrarum disciplinarum Theologiae atque Iuris Canonici erigere, iure promovendi ad gradus academicos donare, easque nomine et privilegiis universitatis catholicae et ecclesiasticae insignire [1]. Quae potestas Romani Pontificis non obstat, quominus salva permaneat auctoritas Episcoporum, circa curam, visitationem, reformationem universitatum, ab ipso Concilio Tridentino probata [2].

693. Cum ex mente Ecclesiae universitates sint celeberrima quaedam scientiarum domicilia, ad quae ex dissitis quoque provinciis iuventus studiosa conveniat, ut pretiosos sapientiae thesauros sibi comparet; in primis professores omnigena scientia sint insignes, studio veritatis praestent, atque singulari ratione fidem catholicam defendere et illustrare conentur. Nulla [3] enim unquam inter fidem et rationem vera dissensio esse potest, cum idem

cuanto á los Romanos Pontífices, en virtud del sublime cargo Apostólico que les ha sido confiado, toca principalmente defender la fe católica y conservar íntegro y sin mengua el depósito de su santa doctrina; á ellos toca también necesariamente el dirigir la enseñanza de las ciencias sagradas que públicamente se enseñan en las Universidades. De aquí es que, conforme á la disciplina vigente, es atribución del solo Romano Pontífice, el erigir facultades de Sagrada Teología y Derecho Canónico, darles el derecho de conferir grados académicos, y condecorarlas con el nombre y los privilegios de Universidad católica y eclesiástica [1]. Cuya potestad del Romano Pontífice no es obstáculo á que quede salva la autoridad de los Obispos, sobre la vigilancia, visita y reforma de las Universidades, aprobada por el mismo Concilio de Trento [2].

693. Como, conforme á la mente de la Iglesia, las Universidades han de ser insignes mansiones de las ciencias, á las cuales ha de acudir la juventud estudiosa, aun de las comarcas más remotas, para recoger los preciosos tesoros de la sabiduría, sus profesores deben ser ante todo insignes en toda clase de ciencias, han de resplandecer por su amor á la verdad y esforzarse por defender é ilustrar la fe católica con argumentos invencibles. Porque [3] nunca

[1] Leo XIII. Const. *Cum Apostolica*, 5 Febr. 1889. — [2] Sess. 25 cap. 2 de ref. — [3] Conc. Vatic. Const. *Dei Filius*.

Deus, qui mysteria revelat et fidem infundit, animo humano rationis lumen indiderit.

694. Qua in fide catholica defendenda et illustranda inter omnes maxime excellant sacrarum scientiarum professores. Quem praeclarum scopum ut eo securius obtineant, sequantur doctrinas a Sede Apostolica probatas [1], atque propositiones ab eadem Apostolica Sede proscriptas, detestentur, vestigia premant SS. Patrum atque Doctorum Ecclesiae et, in primis S. Thomae fideles sint discipuli et interpretes. Dum vero, quae primorum saeculorum ingenio summo labore parique felicitate nobis tradiderunt, sua facere, excolere, provehere studeant, nostrorum quoque temporum rationem habeant atque recentiora studia examinent, et quae probanda sint, probent, errores autem repudient. Quare exempla sectantes praeclarissimorum doctorum antiquorum, discipulos de periculis circa fidem admoneant, contra grassantes errores muniant, religionis reverentiam et amorem in eorum animis foveant, quo possint munere suo, uti viros catholicos decet, fungi et de christiana republica optime mereri.

puede haber verdadero disentimiento entre la fe y la razón, puesto que el mismo Dios, que revela los misterios é infunde la fe, es quien ha encendido en el ánimo del hombre la luz de la razón.

694. Para mejor defender é ilustrar la fe católica, los profesores de ciencias sagradas sean entre todos los más insignes. Para llegar con más seguridad á este noble objeto, sigan las doctrinas aprobadas por la Santa Sede Apostólica [1], y detesten las proposiciones por ella condenadas; sigan las huellas de los SS. Padres y Doctores de la Iglesia, y sean ante todo fieles discípulos é intérpretes de Santo Tomás. Al mismo tiempo que se esfuerzan por apropiarse, cultivar y explicar las doctrinas que los ingenios de los primeros siglos, con inmenso trabajo é igual facilidad nos inculcaron, no desdeñen, y sí examinen los estudios modernos, y aprueben lo que en ellos haya bueno, repudiando los errores que se encontraren. Por tanto, siguiendo el ejemplo de los insignes Doctores de la antigüedad, adviertan á sus discípulos los peligros que amenazan á la fe, fortifíquenlos contra los errores dominantes, fomenten en sus ánimos la reverencia y el amor á la religión, para que puedan llenar su deber como cumple á varones católicos y y ser beneméritos de la República cristiana.

[1] Leo XIII. Encycl. *Aeterni Patris*, 4 Aug. 1879.

695. Iuvenes quoque nostri, qui universitates frequentant, ita pariter litterarum studiis vacent, ut, dum ad supremos gradus academicos adspirant, educationis quoque christianae ultimum accipiant complementum, fideique catholicae integre conservatae praeceptorum perfectam iungant observantiam. At dubitandum non est, ad hunc gradum perfectae educationis in universitatibus vix eos pertingere posse, si, sibi relicti, salutaribus Ecclesiae subsidiis careant. Quare opera est danda, ut Verbum Dei studiosis illis apta ratione praedicetur, inducendi erunt ad exercitia pietatis, frequentationem ecclesiarum receptionemque frequentem Sacramentorum, maxime vero coadunandi erunt in pias sodalitates et associationes academicas, ut a pravorum iuvenum consortio segregati vinculisque amicitiae christianae coniuncti, crescant in spem reipublicae atque Ecclesiae et viribus unitis, etiam post finita studia, causam Ecclesiae atque iustitia defendant.

696. Summopere profecto desiderandum est, ut unaquaeque respublica vel regio Americae Latinae suam habeat universitatem vere catholicam, quae sit centrum scientiarum, litterarum et bonarum ar-

695. Aquellos entre nuestros jóvenes que frecuentan las Universidades, dedíquense de tal suerte al estudio de las letras, que mientras aspiran á los supremos grados académicos, reciban al mismo tiempo el último complemento de la educación cristiana, y adunen la perfecta observancia de los mandamientos de esa fe católica que han conservado íntegra. Difícil es que puedan llegar en las Universidades á este último grado de perfeción en la educación, si, abandonados á sí propios, carecen de los saludables auxilios de la Iglesia. Por lo cual, hay que poner los medios para que la palabra de Dios se predique á la estudiosa juventud, de una manera adaptada á sus circunstancias, que se induzca á los jóvenes á los ejercicios de piedad, á la asistencia á los templos y frecuentación de los Sacramentos, que se les congregue sobre todo en pías hermandades y asociaciones académicas, donde, apartados de las malas compañías y unidos con los vínculos de la amistad cristiana, crezcan siendo esperanza de la República y de la Iglesia; y unidos entre sí, aun después de terminados los estudios, defiendan la causa de la justicia y de la Iglesia.

696. Sería de desearse que cada república ó comarca de la América latina tuviera su Universidad verdaderamente católica, que fuera centro de las ciencias, de las letras y de las buenas artes. Aunque este

tium. Quod si iste finis non ubique subito attingi potest, saltem via est praeparanda atque media sunt quaerenda. Quare imprimis assidue incubendum est, ut inferiora instituta et collegia catholica augeantur ac perficiantur solerti disciplina religiosa et morali, profunditate et extensione instructionis, atque aptitudine et peritia magistrorum. Frustra enim eriguntur universitates, nisi praesto sint apti magistri et boni discipuli. Praeterea, quae iam sunt universitates, omnino ordinandae et dirigendae sunt, secundum iteratas promissiones in solemnibus conventionibus a guberniis Sedi Apostolicae datas [1]. Interea viri docti diversarum scientiarum in liberas associationes coëant necesse est, atque scriptis, libris, foliis periodicis, celebratione comitiorum ad scientiarum profectum promovendum, doctrina virorum praestantium, bibliothecarum et archiviorum ordinatione et augmento, meliora tempora pro Ecclesia et societate praeparare contendant.

697. In regionibus autem ubi Universitates haberi nequeunt, ne difficilior evadat adeptio graduum academicorum clericis pietate et ingenio praestantioribus, qui huiusmodi titulorum digni iudicentur a propriis Ordinariis, optandum est ut in Seminario Metropolitano, vel alibi, de communi Suffraganeorum voto, erigantur, de licentia Sanctae Sedis,

fin no pueda lograrse inmediatamente en todas partes, hay por lo menos que preparar el camino y buscar los medios de alcanzarlo. Ante todo hay que procurar con empeño que se multipliquen los establecimientos inferiores, y se perfeccionen con la severa disciplina religiosa y moral, la profundidad y extensión de la enseñanza, y la aptitud y pericia de los maestros. Porque en balde se erigirán universidades, si no hay á la mano competentes profesores y buenos discípulos. Además, las Universidades que ya existen, deben reglamentarse y dirigirse conforme á las reiteradas promesas hechas á la Sede Apostólica por los gobiernos en los concordatos [1]. Entretanto, conviene que los varones doctos en las diversas ciencias, se adunen en asociaciones libres, y con folletos, libros, periódicos y congresos científicos, con la doctrina de varones eminentes y el arreglo y aumento de bibliotecas y archivos, preparen mejores tiempos para la Iglesia y la sociedad.

697. En las regiones en que no puede haber Universidades propiamente dichas, para que no se haga demasiado difícil á los clérigos más distinguidos por piedad y talento el conseguir grados académicos, seria de desearse que en el Seminario Metropolitano, ó en otro que designe el voto de los sufráganeos, se erijan, con autorización de la San-

[1] Cfr. cit. Convent. cum civit. Americae Latinae.

facultades studiorum maiorum, seu Philosophiae scholasticae, Theologiae et Iuris Canonici, regendae iuxta statutum de communi consensu Episcoporum regionis seu provinciae conficiendum, et a Sacra Studiorum Congregatione uti de more, examinandum et approbandum.

ta Sede, facultades de estudios mayores, ó sea de filosofía escolástica, de Teología y del Derecho canónico, reglamentadas conforme á las constituciones trazadas de común acuerdo por los Obispos de aquella región ó provincia, y examinadas como de costumbre por la Sagrada Congregación de Estudios.

TITULUS X.

DE DOCTRINA CHRISTIANA

CAPUT I.

De sacra Praedicatione.

698. Praeceptum Christi Domini, de praedicando Evangelio [1], recolens sua vice Divus Paulus aiebat sacris ministris, in persona Timothei [2]: *praedica verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa... opus fac evangelistae, ministerium tuum imple.* Hinc praedicationis necessitas et utilitas, non modo ut fides propagetur, sed ut incorrupta ab erroribus et vitiis servetur, et sive languescens suscitetur, sive vigens foveatur magis et augeatur.

699. Divini enim verbi praedicatio efficit, ut fideles a peccatorum coeno exurgant, ad poenitentiam adducantur, Dei Ecclesiaeque praecepta sectentur, terrenarum rerum vanitatem agnoscant et spernant, ac probe intelligant, non quamlibet fidem, sed eam esse salutiferam, quae per dilectionem operatur, fideles a via perditionis arcet vel retrahit, et in via salutis statuit vel

[1] Marc. XVI. 15. — [2] 2. Timoth. IV. 2. et seq.

TITULO X.

DE LA DOCTRINA CRISTIANA

CAPÍTULO I.

De la Predicación.

698. Recordando el precepto de Cristo Nuestro Señor, de predicar el Evangelio [1], San Pablo á su vez decía á los ministros de la Iglesia, en la persona de Timoteo [2]: *Predica la palabra de Dios con toda fuerza y valentía, insiste con ocasión y sin ella: reprende, ruega, exhorta..... desempeña el oficio de Evangelista, cumple los cargos de tu ministerio.* De aquí viene la necesidad y la utilidad de la predicación, no sólo para que la fe se propague, sino para que se conserve inmune de errores y vicios, y, ó se inflame si languidece, ó se fomente más y más y se aumente, si floreciere.

699. La predicación de la divina palabra hace que los fieles se levanten del cieno del pecado, se induzcan al arrepentimiento, guarden los mandamientos de Dios y de la Iglesia, conozcan y desprecien la vanidad de las cosas terrenas, y lleguen á entender que no es cualquiera fe la que salva, sino aquella que obra por medio de la caridad, aparta y retrae á los fieles del ca-

dirigit. In iis vero remotis pagis, ubi et Parochus deest, et quo alius sacerdos, quacumque de causa, habitualiter non accedit ad Missam festivam celebrandam, Episcopus, pro eo animarum zelo, quo Pastorem flagrare decet, prospiciat interim, ne miseri huiusmodi agricolae absque ullo religionis adiumento deserantur; atque idcirco designet personas idoneas, quae necessaria ad salutem eos incolas, diebus festis aut alio idoneo tempore, doceant, idest catechismum in dioecesi approbatum populo opportune coadunato legant; aut saltem ea praelegant, plebe repetente, quae de sacerdote festivum sacrum litante in capellis aut oratoriis ruralibus recitanda constituimus, art. 711.

700. Hi tamen, aliique quamplurimi sacrae praedicationis salutares effectus, quamvis ex gratia Dei sint repetendi, nihilominus, ad eos obtinendos, verbi Dei praecones propriam pietatem, scientiam, atque prudentiam conferre debent. « Praedicatores enim suos Dominus sequitur: quia praedicatio praevenit, et tunc ad mentis nostrae habitaculum Dominus venit, quando verba exhortationis praecurrunt, atque per hoc veritas in mente suscipitur » [1]. Atque idcirco eis summopere commendamus, ut in tam excellenti

[1] S. Greg. M., Homil. 17 in Evang.

mino de la perdición, y los pone y endereza en la vía de la salvación. En los pueblos remotos que carecen de párroco, sin que haya otro sacerdote que habitualmente acuda á celebrar Misa los días festivos, tome el Obispo sus medidas, con aquel celo por el bien de las almas que ha de animarlo como Pastor, para que entretanto no carezcan aquellos pobres campesinos de todo auxilio religioso. Designe, por tanto, algunas personas competentes, que en los días de fiesta, ó en otros que convenga, enseñen á aquellos infelices las cosas necesarias para la salvación, es decir, que lean al pueblo reunido el catecismo aprobado en la diócesi; ó por lo menos lean, repitiéndolo los oyentes, lo que en el artículo 711 mandamos que rece el sacerdote cuando va á decir misa á las capillas y oratorios rurales.

700. Aunque á la gracia de Dios deban atribuirse estos y otros muchos saludables efectos de la predicación, no obstante, para alcanzarlos es preciso que los predicadores cooperen con su propia piedad, ciencia y prudencia. « El Señor sigue á sus predicadores (dice S. Gregorio): porque la predicación es lo primero, y el Señor sólo llega á la morada de nuestra alma, cuando lo han precedido las palabras persuasivas con que la verdad ha penetrado en nuestro entendimento » [1]. Por tanto, recomendamos que, para

obeundo officio eximium prae se ferant pietatis affectum, et solidam copiosamque doctrinam impendant. Praesertim vero numquam ad praedicandum accedant, nisi post tempestivam praeparationem, ut ordinata methodo et multitudini magis accommodata procedere, leves aut inutiles quaestiones vitare, ac solida veritatis ostensione auditores a malo deterrere et ad bonum movere valeant.

701. Quod quidem nobilissimum praedicationis ministerium, licet ex Iesu Christi praecepto eis specialiter incumbat, quibus dominici gregis cura commissa est, quique ex officio et iustitia ad oves suas verbi divini pabulo pascendas obligantur; omnes tamen sacri ministri, qui debitis ad hoc qualitatibus polleant, illud exercere pro suo quisque modo ex vocatione et caritate debent.

702. Quapropter haec Plenaria Synodus, dum animarum rectoribus, praesertim parochis eorumque adiutoribus, sanctiones Tridentinas [1] in mentem revocat, ut, diebus saltem dominicis aliisque festis, evangelicae praedicationis debito congrue satisfaciant per se, aut, si legitime impediti fuerint, per alios idoneos; caeteros enixis precibus hortatur sacerdotes, ac potissimum canonicos, qui doctrina virtutumque ornatu praefulgent, ut, postquam a

[1] Sess. 5. cap. 2 de ref.

desempeñar tan sublimes funciones, se preparen con tierna piedad, y hagan acopio de sólida doctrina. Sobre todo, nunca suban al púlpito sin haberse preparado con tiempo, de suerte que procedan con orden y método y de un modo acomodado al auditorio, eviten cuestiones ligeras é inútiles, y con la sólida explicación de la verdad puedan excitar al bien y apartar del mal.

701. Aunque el nobilísimo ministerio de la predicación, conforme al precepto de Jesucristo, incumbe á aquellos especialmente, á quienes está encomendada la grey del Señor, y que en fuerza de su cargo y de justicia están obligados á apacentar á sus ovejas con el alimento de la divina palabra; no obstante, todos los ministros del altar, que reunan las cualidades necesarias, deben ejecerlo cada cual á su modo, en virtud de su vocación y por caridad.

702. Por lo cual, este Concilio Plenario, al mismo tiempo que recuerda á los párrocos y sus vicarios los preceptos del Tridentino [1], de que por lo menos los domingos y fiestas de guardar, cumplan debitamente con su deber de la predicación evangélica, personalmente, ó, en caso de legítimo impedimento, por medio de otros; exhorta con ardientes ruegos á los demás sacerdotes, y sobre todo á los canónigos que resplandecen por su ciencia y

proprio Praelato ad praedicationis munus exercendum rite fuerint admissi, apprime sollicitos de aeterna animarum salute praebeant, illudque sedulo et frequenter et ex caritatis studio adimpleant.

703. Episcopi autem, cum divini verbi ministerium, sive in cathedrali Ecclesia sive in aliis Ecclesiis eorum iurisdictioni subiectis exercendum, aliis delegabunt, diligentissime videant cui illius facultatem dent, ne tanto muneri iniuria fiat. Non facile itaque illam ei clerico concedant qui sacerdos non sit, et ab omni praedicatione arceant indoctum vel ineptum, vel vitii criminisque infamia notatum, vel corpore notabiliter deformem, vel saecularibus negotiis implicitum. Cavebunt praeterea, ne, qui Regulares non sunt, quibus huiusmodi facultas a propriis Superioribus tribui solet, concionandi munere unquam fungantur, praeter parochos in Ecclesia parochiali, absque Ordinarii, licentia in scriptis tradita [1]. Regulares vero fideliter servent praescriptiones canonicas de benedictione vel licentia Episcopi obtinenda, prout in propriis vel in alienis ecclesiis praedicare debeant, et de non praedicando, Episcopo contradicente.

704. Et quia experientia demonstrat exiguum quandoque et prope nullum fructuum in fideles derivari ex praedicatione, ob praedicantium defectus et abusus; proinde concio-

virtud, á que una vez admitidos por el propio Prelado al ministerio de la predicación, se muestren sobremanera solícitos por la salvación de las almas, y lo desempeñen con frecuencia y con espíritu de caridad.

703. Los Obispos, cuando hayan de delegar á otros el ministerio de la divina palabra, en la catedral ó en otras Iglesias sujetas á su jurisdicción, miren atentamente á quien dan esa facultad, no sufran menoscabo tan altas funciones. No la den fácilmente á un clérigo que no sea sacerdote, y niéguenla absolutamente al indocto ó inepto, ó al que tiene mala fama por vicios ó crímenes, ó presenta notable deformidad corporal, ó está entregado á negocios profanos. Cuidarán además que los que no son regulares (pues á estos sus propios superiores suelen dar la facultad de predicar), con excepción del párroco en la Iglesia parroquial, nunca ejerzan las funciones de predicadores, sin licencia escrita del Ordinario [1]. Los regulares observen al pie de la letra las prescripciones canónicas sobre obtener la bendición ó licencia del Obispo para poder predicar en las Iglesias propias suyas ó ajenas, y abstenerse de predicar si el Obispo niega la licencia.

704. Por cuanto la experiencia demuestra que á veces muy poco ó ningún fruto se saca de la predicación, por causa de los abusos y defectos de los predicadores, amo-

[1] Acta Eccles. Mediolan. I. pag. 391.

natores impense monemus, ut sermones suos ad normam Decreti a SS. D. N. Leone XIII per Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium pro universa Italia die 31 Iulii 1894 lati [1], omnino informent. Ibi enim luculenter descriptos reperient defectus vitandos, abususque corrigendos, nec non dotes et qualitates in sacris oratoribus requisitas, motivum ex quo concionari, et scopum ad quem intendere debent, scilicet *illuminare in credentis, dirigere in operandis, vitanda manifestare, et, modo comminando, modo exhortando, hominibus salutaria praedicare* [2]. Ibi etiam conspicient quaenam materia praedicationis assumi debeat; quibus cautionibus apologetica defensio catholicae veritatis contra impugnantes sit suscipienda; quinam sacrae eloquentiae debeant esse praecipui fontes, et quomodo dogmata et praecepta, iuxta catholicae Ecclesiae Patrumque doctrinam, sint annuntianda populo, ut aeternas poenas evadere et coelestem gloriam consequi valeat. Quibus monitis si dociles admoveant aures sacri praedicatores, nunquam profecto efficientur *velut aes sonans aut cymbalum tinniens* [3], nec tantum *prurient auribus* [4], aut *aërem verberabunt* [5], sed uberrimos ex verbi Dei seminatione fructus capient.

nestamos á estos con todo ahinco para que conformen sus sermones á la norma del Decreto de N. Sño Padre León XIII expedido el 31 de Julio de 1894 [1] para toda la Italia. En él encontrarán abundantemente descritos los defectos que hay que evitar y los abusos que corregir, como también las dotes y cualidades que se requieren en los oradores sagrados, el tema á que han de sujetarse y el fin á que han de aspirar, á saber: *á ilustrar en lo que hay que creer, á dirigir en lo que hay que obrar, á manifestar lo que se debe evitar y, ya amenazando, ya exhortando, predicar á los hombres verdades provechosas* [2]. Allí verán cuales asuntos deben escogerse, con qué precauciones se ha de emprender la defensa apologética de la verdad católica contra los que la impugnan; cuáles deben ser las fuentes principales de la elocuencia sagrada, y de qué manera han de annunciarse al pueblo los dogmas y preceptos, conforme á la doctrina de la Iglesia y de los Santos Padres, para que escape de las penas eternas y alcance la gloria celestial. Si los oradores sagrados prestan dócil oido á estos consejos, nunca les sucederá que se asemejen á *bronce que suena ó campana que retiñe* [3], ni únicamente harán *cosquillas á las orejas* [4] *ó azotarán el aire* [5], sino que recogerán abundantes frutos de la palabra de Dios que sembraren.

[1] Appen. n. LXXXIII. — [2] S. Thom. Comment. in Matth. 5. — [3] 1. Corint. XIII. 1. — [4] 2. Timoth. IV, 3. — [5] 1. Corinth. IX. 26.

705. Quamvis omni tempore de novissimis praedicatio christifidelibus saluberrima sit, necessaria tamen dicenda est tempore spiritualium exercitiorum et sacrarum missionum assidua consideratio de poenis inferni. Volumus igitur ut missionarii aliique concionatores, postposito omni humano respectu, in spiritualibus recollectionibus et sacrarum missionum exercitationibus specialem concionem habere curent de existentia, aeternitate et acerbitate poenarum inferni, adhibitis Sacrae Scripturae verbis, Sanctorum Patrum sententiis et ratione Theologica. Verba autem facientes de Purgatorio, subtiles devitent quaestiones et alia quae aedificationem fidelium potius impedire quam promovere solent [1].

705. Aunque la predicación sobre los novísimos sea salubérrima en todos tiempos, no obstante, en las época de ejercicios espirituales y de misiones, es absolutamente necesaria la seria consideración de las penas del infierno. Queremos, pues, que los misioneros y demás predicadores, en dichas misiones y retiros, haciendo á un lado todo humano respeto, prediquen un sermón especial sobre la existencia, eternidad, y severidad de las penas del infierno, sirviéndose de las palabras de la Sagrada Escritura, de las sentencias de los Santos Padres y de la razón Teológica. Al tratar del purgatorio, eviten las cuestiones sutiles, y otras que más bien que promover, suelen impedir la edificación de los fieles [1].

Caput II.
De Catechismo.

706. Ut fidelis populus, vel ab ineunte aetate, imbueretur fide catholica, Concilium Tridentinum sapienter praescripsit [2] certam aliquam catechismi docendi formam esse concinnandam. Quod Summus Pontifex S. Pius V praestitit, iubens adornari et in lucem edi *Catechismum Romanum* pro parochis, quem postea in compendium, speciatim pro pueris erudiendis, redegit Venerabilis Cardinalis Bellarminus, aureo suo libello, cui *Doctrina Christiana* titulum fecit.

Capítulo II.
Del Catecismo.

706. Para que el pueblo fiel, desde la más tierna edad se empape en la Fé católica, el Concilio de Trento prescribió [2] sabiamente que se compilara una forma determinada de catecismo para la enseñanza. Lo llevó á efecto el Sumo Pontífice San Pío V, mandando componer y publicar el *Catecismo Romano* para los párrocos, que después redujo á un compendio, destinado especialmente á los niños, el Venerable Cardenal Belarmino, en su áureo librito que intituló *Doctrina Cristiana*.

[1] Cfr. Conc. Trid. sess. 25. decr. *De Purgatorio*. — [2] Sess. 24. cap. 7 de ref. et sess. in fine.

707. At progressu temporis factum est, ut catechismi textus magno numero multiplicarentur, adeo ut quandoque eveniat dioeceses etiam finitimas, catechismis uti, forma, stylo, methodo et rerum dispositione discrepantibus; idque non pauca parit incommoda, attenta praesertim facilitate qua fideles et integrae etiam familiae ex una ad aliam regionem transire solent.

708. Mandamus igitur, ut, intra quinquennium, in unaquaque Republica, aut saltem in singulis Provinciis ecclesiasticis Americae Latinae, de communi Episcoporum consilio, unicus conficiatur Catechismi textus, exclusis omnibus aliis, una cum parvo Summario rerum scitu magis necessariarum pro parvulis et rudioribus.

709. Prudenter removeantur a fidelium manibus catechismi, a laicis praesertim conscripti, qui dictionem habeant cum castigatione doctrinalis integritatis parum conformem. Alii catechismi maioris molis utiliter retineri debent tamquam uberiores explanationes doctrinae christianae, ex quibus praeferendi sunt qui de mandato Concilii Tridentini et a Venerabili Cardinali Bellarmino conscripti sunt.

710. Caeterum, praeter ea, quae de munere, tempore, loco, caeterisque adiunctis docendi catechismum alibi in iungimus Parochis, eorum adiutoribus, parentibus, magistris, aliisque ad quos pertinet, eisdem

707. Con el andar del tiempo, ha sucedido que los catecismos se han multiplicado á tal grado, que á veces hasta las diócesis limítrofes los tienen diversos en forma, estilo, método y arreglo de materias; lo cual acarrea no pocos inconvenientes, sobre todo si se atiende á la suma facilidad con que los fieles, y aun familias enteras, suelen pasar de una á otra región.

708. Mandamos, por tanto, que en el término de cinco años, en cada República, ó al menos en cada provincia eclesiástica, de común acuerdo de los Obispos, se compile un solo catecismo, excluyendo todos los demás, juntamente con un breve sumario de las cosas más necesarias que tienen que saber los niños y los rudos.

709. Apártense con prudencia de manos de los fieles los catecismos, especialmente los escritos por seglares, que tengan un lenguaje poco conforme con la exactitud de la integridad doctrinal. Pueden conservarse otros catecismos de mayor tamaño, como explicaciones más abundantes de la doctrina cristiana, y entre estos hay que preferir los que por orden del Concilio de Trento escribió el Venerable Cardenal Belarmino.

710. Además de lo que hemos mandado en otra parte á los párrocos y sus vicarios, á los padres, maestros y demás personas á quienes corresponde, sobre la obligación, tiempo, lugar y demás circuns-

haec generatim commendamus, videlicet: ut catechismi expositio non sine praevia praeparatione super rebus ea vice tractandis suscipiatur, eaque fiat in simplicitate sermonis, stylo et eloquio, quamvis accurato et non inamoeno, perspicuo tamen et facili, atque imprimis accommodato captui plebis, speciatim puerorum, et, quantum fieri possit, brevi. Sedulo autem devitetur, sub quovis praetextu, omnis immutatio quoad probatas et consuetas docendi formulas, utpote quae saepissime nil praeter incommodum discentibus affert. Quoties vero sese offerat opportunitas, obiter inducat catechista in animum audientium motiva infinitae in nos bonitatis divinae et amoris Christi Iesu, eiusque sacratissimam passionem et realem in Eucharistia praesentiam commemoret; B. Mariae Virginis devotionem promoveat ac foveat; Sanctorum exempla proponat; deterreat fideles a peccatis per poenarum recensionem; virtutum excellentiam extollat; animos inflammet ad aeternam beatitudinem assequendam per observantiam mandatorum Dei et Ecclesiae, et per Sacramentorum frequentiam. Uno verbo, ea omnia paulatim in fidelium cordibus inserat, quae eos ad amorem et timorem Dei addúcere possunt. Atque ad hoc tum potissimum adlaboret, cum ad Sacram Synaxim pueros praeparat prima vive recipiendam. Sed neque amittat opportunitatem, si quando obveniat, faciendi verbum de netancias, de enseñar el catecismo, les recomendamos ahora en general lo siguiente. No se haga la explicación del catecismo sin previa preparación de las materias que se van á tratar, y úsese un lenguaje sencillo, con un estilo y una dicción, que aunque castizos y amenos, sean claros y fáciles, y acomodados á la inteligencia del pueblo, y en particular de los niños, y póngase especial atención á la brevedad. Evítese con especial cuidado, el cambiar, bajo cualquier pretexto, la acostumbrada fraseología, pues esto suele acarrear muchos inconvenientes para el aprendizaje. Siempre que se presente la ocasión, hable el catequista de la infinita bondad divina para con nosotros, y del amor de Jesucristo, y de su presencia real en la Sagrada Eucaristía; promueva y fomente la devoción á la Santísima Virgen; proponga ejemplos de los Santos; inspire horror al pecado recordando sus castigos; exalte la excelencia de las virtudes; inflame los ánimos en deseos de alcanzar la eterna bienaventuranza, guardando los mandamientos de Dios y de su Iglesia y frecuentando los Sacramentos. En una palabra, poco á poco vaya infundiendo en los corazones, cuanto puede conducir á los fieles al amor y temor de Dios. Redoble sus esfuerzos á este propósito, cuando prepare á los niños á la primera comunión. No pierda la oportunidad, siempre que se presente, de hablar de la perfidia y

quitia ac perfidia recentium errorum, quos magis per vulgus eo loci serpere intelligat, et potissimum, si casus postulet, de societatum damnatarum fallacia, ut fidelium mentes contra huiusmodi pericula mature et opportune praemuniat. At prudentissime maximaque dexteritate id peragat, ne forte plus damni quam emolumenti inde enascatur.

CAPUT III.

De catechistis ruralibus.

711. Compertum est agricolas eorumque familias, procul ab oppidis degentes, ad Ecclesias parochiales, ubi catechismi institutio habetur, non semper, ob locorum distantias aut alia impedimenta, convenire posse. Quamobrem, ne ulla dominici gregis pars in ignorantia eorum, quae de necessitate medii et praecepti omnes scire debent, cum evidenti aeternae salutis periculo, derelinquatur, volumus, ut Sacerdotes rite approbati ad officium concionatoris, qui in ecclesiis vel oratoriis ruralibus sacrum, diebus festis, peragunt, quatenus fieri potest, infra Missam, explicent Evangelium. Durante vero sacrificio Missae, actus fidei, spei, caritatis et contritionis, oratio dominica, salutatio angelica, symbolum Apostolorum, decalogi et Ecclesiae praecepta, et sacramenta distincte et tractim recitentur vel praelegantur. Parochus autem, et, si de Parocho agatur, Vicarius Foraneus, de huius oneris implemento diligenter inqui-

maldad de los errores nuevos que sepa que están más en boga, y si el caso lo pide, trate de los engaños de las sociedades condenadas por la Iglesia, para que desde temprano, y á tiempo, se precavan los fieles contra los peligros que ofrecen. Pero hágalo con el mayor tino y prudencia, no vaya á resultar más daño que provecho.

CAPÍTULO III.

De los Catequistas rurales.

711. Está fuera de duda, que los campesinos y sus familias que viven lejos de las poblaciones, no siempre pueden concurrir á las Iglesias parroquiales en que se enseña el catecismo, bien sea por la distancia, bien sea por otros obstáculos. Por tanto, para que ninguna porción del rebaño de Cristo se deje en la ignorancia de aquellas cosas, que todos deben saber por necesidad de medio y de precepto, queremos que los sacerdotes con licencias de predicar, que celebran Misa los días de fiesta en las capillas rurales, expliquen el Evangelio, siempre que sea posible, dentro de la Misa. Durante el sacrificio de la Misa, récense ó léanse distintamente y poco á poco los actos de fe, esperanza, caridad y contrición, la oración Dominical, la salutación Angélica, el símbolo de los Apóstoles, los preceptos del Decálogo y de la Iglesia, y los Sacramentos. El párroco, y si de éste se trata, el Vicario foráneo, se informará frecuentemente del cumpli-

rere teneatur; et si compererit praefatos sacerdotes in eo implendo negligentes, rem ad ordinarium deferat, qui prudenti suo arbitrio efficaciter provideat, ne huiusmodi agricolae necessaria instructione de iis, quae requiruntur ad salutem, fraudentur.

Caput IV.

De sacris missionibus ad populum et de spiritualibus exercitiis.

712. Experientia duce compertum est, per extraordinarium remedium sacrarum missionum, non modo fideles in tramite virtutis ac pietatis incedentes roborari, et ad meliora proposita exequenda excitari, verum etiam vacillantes confortari ne cadant, lapsos a vitiorum somno expergisci et ad resipiscentiam perduci. Constat etiam ea occasione persaepe diuturna scandala tolli, odia restingui, abusus extirpari, aliisque publicis et privatis malis efficacem afferri medelam. Clementissimus enim Deus iis salutis diebus in populum suum, per saluberrimas meditationes et exhortationes percitum, misericordiarum gratiarumque copiam cumulate effundit. Hac de causa, Summi Pontifices plus semel Episcopos instigarunt ut in suis Dioecesibus missiones indicerent, ad fidei religionisque spiritum in fidelibus renovandum.

miento de este deber, y si encontrare á los sacerdotes negligentes en su desempeño, dará cuenta al Ordinario, quien tomará á su prudente arbitrio medidas eficaces, para que no se prive á los habitantes del campo, de la instrucción necesaria para la eterna salvación.

Capítulo IV.

De las misiones para el pueblo y de los ejercicios espirituales.

712. La experiencia nos enseña que, con el remedio extraordinario de las santas misiones, no sólo se confortan los fieles que caminan por el recto sendero de la virtud y de la piedad, y se mueven á llevar á cabo más arduos propósitos, sino que también los vacilantes se sostienen para que no caigan, y los caidos se despiertan del sueño del pecado y se encaminan á la enmienda. Consta que, con ocasión de las mismas, se quitan de en medio muchos escándalos inveterados, se extinguen los odios, se extirpan los abusos, y se encuentra remedio eficaz para otros males públicos y privados. El Dios de clemencia, en esos días de salvación, después de conmover á su pueblo con saludables meditaciones y exhortaciones, derrama sobre él copiosos torrentes de misericordias y de gracias. Por esta razón los Sumos Pontífices, más de una vez, han urgido á los Obispos á hacer que se den misiones en sus diócesis, para renovar en los fieles el espíritu de fe y de religión.

713. Omnes itaque sacerdotes quantum possumus in Domino monemus, ut, pro sua quisque parte, sacras missiones promovere, adiuvare, et adnexos labores, quamvis arduos, pro animarum salute libenter patienterque sustinere non recusent. Ad quod opus, maxime optandum est, ut faciles se praebeant praesertim Religiosorum ordinum sodales.

714. Curent Episcopi, ut publicae, in singulis paroeciis, habeantur missiones crebro pro opportunitate, nec non spiritualia exercitia pro recollectis in apta domo personis, in maioribus civitatibus, separatim pro viris et pro mulieribus, duosque ad minus idoneos sacerdotes designent, qui, iuxta normas potissimum a S. Ignatio traditas, per aliquot dies, maxima caritate et zelo, muneri sibi demandato satisfaciant.

715. Hi porro catholica meditationum themata, quae magis audientium cor movere possunt, seligant; sed omnino abstineant a quavis repraesentatione vel descriptione, quae aut indecora apparere, aut occasionem irridendi veritates fidei possit impiis praebere.

713. Exhortamos, por tanto, con toda la energía de que somos capaces, á todos los sacerdotes, á que, cada cual en su esfera, no rehusen promover y cooperar á las santas misiones, y á soportar con buena voluntad y paciencia los trabajos, por arduos que sean, que éstas traen consigo, para la salvación de las almas. Es de desearse que los Religiosos sean los que más se presten á estas tareas.

714. Cuiden los Obispos de que en las parroquias se den frecuentes misiones, y que en las ciudades grandes haya ejercicios espirituales de encierro, en casas á propósito, para hombres y mujeres separadamente; y señalen por lo menos dos sacerdotes que los dirijan, conforme á las reglas principalmente de S. Ignacio y con el celo y caridad que tal cargo demanda.

715. Escojan los asuntos de meditación que saben que moverán más á su auditorio; pero absténganse de toda representación ó aparato, que pueda parecer indecoroso, ó pueda dar ocasión á los impíos para burlarse de las verdades de nuestra fe.

Caput V.
De libris precum.

716. Libri precatorii ad alendam augendamque pietatem maxime conferunt, semperque ab Ecclesia commendati sunt, et a fidelibus praemanibus habiti; nostra autem aetate

Capítulo V.
De los libros de oraciones.

716. Los libros de oraciones contribuyen mucho á fomentar y aumentar la piedad, y siempre los ha recomendado la Iglesia, y los fieles los han tenido entre las manos;

in infinitum prope numerum, laudabili quidem intentione, sed haud raro absque necessaria censura et licentia, multiplicati sunt.

717. At saepius inter eos nonnulli circumferuntur, qui, a scriptoribus imperitis concinnati, longius abeunt a vera et salutari orandi norma, quam Ecclesia proponit. Quod sane dolendum est, quandoquidem huiusmodi libri mentes precantium in degeneres christianae pietatis conceptus affectusque detorquent. Ad vitandum itaque spirituale hoc detrimentum, fideliter serventur quae praescribuntur tit. IV Cap. XI, ubi *de devotionis exercitiis non approbatis*, et Cap. IX praesentis tituli, ubi *de examinatoribus seu censoribus librorum* agitur.

pero en nuestros días se han multiplicado casi hasta lo infinito, con intención por cierto laudable, pero muchas veces sin la debida censura y licencia.

717. Entre ellos circulan á menudo algunos que, compuestos por autores poco versados en la materia, distan mucho de la verdadera y saludable norma de orar que la Iglesia propone. Lo cual es tanto más lamentable, cuanto que esta clase de libros extravían el entendimento de los que los usan, infundiéndoles conceptos y afectos, ajenos á la cristiana piedad. Para evitar, pues, estos males, obsérvese al pie de la letra lo mandado en el título IV, cap. IX, sobre las *prácticas de devoción no aprobadas*, y en el cap IX de este mismo titulo, donde se trata de los *examinadores y censores de los libros*.

Caput VI.

De libris catholicae et honestae lectionis.

718. Hisce temporibus, quibus legendi aviditas apud omnes in immensum succrevit, atque innumeri libri, ad litterarum cultum aut spiritus oblectamentum et relaxationem spectantes, eduntur et propagantur, magno animi dolore perspicimus Ecclesiae hostes, hoc medio, tamquam validissimo armorum genere, abuti, ad fidei dogmata, pietatis exercitia, morumque sana principia labefactanda. Quare, non modo

Capítulo VI.

De los libros de lectura católica y honesta.

718. En estos tiempos, en que el afán de leer ha crecido universalmente hasta el exceso, y se publican y propagan un sinnúmero de libros relativos al cultivo de las letras ó la recreación del espíritu, vemos con sumo dolor, que los enemigos de la Iglesia abusan de este medio, como de armas de grande alcance, para derribar los dogmas de fe, los ejercicios de piedad, y los principios de la sana moral. Por

ut perversi huiusmodi inimicorum libri e medio tollantur, debemus totis viribus adniti; sed insuper nihil praetermittere, ut libri purae doctrinae, honestae litteraturae, atque iucundae etiam lectionis apud catholicos populos disseminentur, qui legentibus vere prosint, et utile ac salutare pabulum praebeant.

719. Haec itaque Plenaria Synodus, tum ecclesiasticos viros, tum etiam catholicos laicos, qui necessariis dotibus pollent, hortatur, ut omni studio et arte bonas litteras excolant, et huius generis scripta, praesertim parvae molis, cum Episcoporum approbatione, typis vulgari curent, quae religioni faveant bonisque moribus, idest ea commendent, extollant, et legentibus quomodolibet inspirent.

720. Quo vero efficacius id obtineri possit, opportunum esse censemus, ut, in praecipuarum parochiarum territorio, omnibus rite perpensis, et exquisito prudenti Ordinarii consilio, aliqua bibliotheca constituatur, ubi huiusmodi libri selecti moderato pretio veneant, vel etiam ad legendum suppeditentur.

721. At praeter opera recentiora, nonnulla etiam expedit prae oculis habere, quae, a piis doctisque viris antehac edita, stylo, venustate, elegantia, narrationis subiecto, aliisque pretiosis dotibus eniteant. Ex his, faciliori negotio, Episcopi et Parochi ea poterunt seligere, quae sint magis idonea et accepta indoli, cultanto, es nuestro deber, no sólo empeñarnos con todas nuestras fuerzas por quitar de en medio estos libros, sino hacer cuanto esté de nuestra parte, para que otros libros de pura doctrina, sana literatura, y lectura amena, se difundan entre el pueblo católico, y sean de verdadera utilidad, y ofrezcan á los lectores alimento saludable para el espíritu.

719. Por tanto, este Concilio Plenario exhorta á los eclesiásticos, y á los seglares católicos dotados de las necesarias cualidades, á cultivar las letras, y á publicar con la aprobación de los Obispos, obras, sobre todo de breves dimensiones, favorables á la religión y á la moral, es decir que las recomienden y alaben, y las inspiren por decirlo así, á los lectores.

720. Para alcanzar de veras este fin, juzgamos oportuno que, en las principales parroquias, considerando bien todas las circunstancias, y con el prudente consejo del Ordinario, se funde alguna biblioteca, donde esta clase de libros escogidos se vendan á precios módicos, ó se presten por tiempo determinado.

721. Además de los libros nuevos, conviene tener otros compuestos en tiempos antignos por doctos y piadosos varones, en que brillan la belleza y elegancia de estilo, lo escogido de la materia, y otras muchas cualidades. Entre estos, sin gran dificultad podrán los Obispos y los párrocos escoger los más á

turae litterariae, et gustui populi, atque in eadem bibliotheca collocare.

722. Videant Episcopi, si possibile et expediens sit, populares consociationes efformare, quo convenire possint, statis horis, laboribus diei absolutis, fideles omnium ordinum, et maxime opifices, vel ad legendos libros, vel ad collationes, etiam litterarias, aut alioquin honestas et proficuas, audiendas, quas sacerdotes vel saeculares, probata et pura doctrina clari, habere poterunt, et quarum praecipuus sit finis perversorum librorum pestem arcere, et bonorum diffusionem promovere.

propósito y mejor acomodados á la índole, la cultura literaria y el gusto del pueblo, y colocarlos en la misma biblioteca.

722. Vean los Obispos si es posible y conveniente formar asociaciones populares, á que puedan concurrir á hora fija, terminados los trabajos del día, fieles de todas clases de la sociedad, pero en especial obreros, ya sea para entregarse á la lectura, ya para escuchar conferencias, ó literarias, ó sobre otros asuntos siempre provechosos y honestos, que podrán pronunciar sacerdotes ó seglares preclaros por su doctrina pura y aprobada, y cuyo fin principal sea extirpar la plaga de los malos libros y promover la difusión de los buenos.

Caput VII.
De ephemeridibus catholicis.

723. Omnes norunt, nostra hac aetate, hostes Ecclesiae diu noctuque adlaborare, ut impietatis virus per ephemerides populo inoculent, fidei dogmata blasphemantes, et christianam vituperantes vivendi rationem. Quocirca nobis expedit iisdem armis inimicos oppetere, in vulgus nempe catholicas ephemerides disseminare.

724. Plenarium itaque hoc Concilium vehementer hortatur ecclesiasticos laicosque viros, qui necessariis ad hoc dotibus, ac prae primis pietate probataque fide instructi sint, ut, pro sua quisque parte, omni

Capítulo VII.
De los periódicos católicos.

723. Es bien sabido que en nuestro siglo, los enemigos de la Iglesia trabajan de día y de noche para inocular en el pueblo el veneno de la impiedad, por medio de los periódicos. Es preciso, por tanto, salirles al encuentro con sus propias armas, es decir, divulgando periódicos católicos.

724. Este Concilio Plenario exhorta vehementemente á los eclesiásticos y á los seglares que tengan las dotes necesarias, y ante todo una piedad y una fe á toda prueba, á que, cada cual en su esfera, escri-

studio in catholicis ephemeridibus scribant, Ecclesiae doctrinas et iura tueantur ac vindicent, impiorum multiplices fraudes detegant, atque errorum teterrimam colluviem refutent. Huiusmodi vero scriptores, hoc ipso quod se profitentur catholicos et uti tales haberi volunt, necesse est, ut sint omnino obsequentes Ecclesiae, ac proinde Episcoporum suorum auctoritatem revereantur, consilia ultro amplectantur, monita humiliter accipiant, et si quid forte in eorum scriptis deprehensum fuerit quod corrigendum iudicetur, filiali cum docilitate emendare studeant. Quod si haec omnia rite praestiterint, optime de re catholica merebuntur, et amplam a Deo mercedem procul dubio referent.

725. Ad quem finem plenius assequendum, Episcopis, Parochis, caeteris fidelibus, signanter iis qui opibus sunt praediti, enixe commendamus in Domino, ut catholicas ephemerides, earumque scriptores et typographos, qui scripta non edant nisi orthodoxa et sanae doctrinae, quibusvis modis protegant et adiuvent.

726. Quin etiam valde optandum est, ut quilibet Episcopus, quatenus localis necessitas id suadeat, unam saltem in maioribus suae dioeceseos civitatibus catholicam huiusmodi ephemeridem, etiamsi catholicum nomen non necessario prae se ferre

ban en los periódicos católicos, defiendan y vindiquen las doctrinas y derechos de la Iglesia, pongan en claro los innumerables engaños de los impíos, y refuten la aterradora multitud de errores. Estos escritores, por lo mismo que se declaran católicos y quieren ser tenidos por tales, es necesario que sean en todo y por todo obedientes á la Iglesia, y que acaten, por consiguiente, la autoridad de sus Obispos, sigan de buena gana sus consejos, escuchen con humildad sus admoniciones, y si alguna vez se juzga que hay algo que corregir en sus escritos, lo enmienden con filial docilidad. Si cumplieren todo esto como es debido, serán beneméritos de la causa católica, y recibirán sin duda de parte de Dios copiosa recompensa.

725. Para obtener más plenamente este fin, encarecemos con todo ahinco en el Señor, á los Obispos, párrocos, y fieles en general, sobre todo á los que poseen abundantes recursos, que protejan y ayuden por cuantos medios estén á su alcance, los periódicos católicos, y á sus redactores é impresores, siempre que no dén á luz más que escritos ortodoxos y de sana doctrina.

726. Sería muy de desear, que cada Obispo, si así lo sugieren las necesidades locales, tuviera en cada ciudad principal de su diócesi, un periódico católico, aunque sea sin este nombre, fundado y sostenido con los fondos que mejor le pa-

debeat, constitui curet, mediis pecuniariis, prout melius in Domino expedire iudicaverit, opportune provisis; ad rem enim tanti momenti catholicus quilibet vir concurrere non detrectabit. Parochi vero et sacri ministri non omittant, ubicumque necessarium duxerint, debitaque adhibita prudentia, harum ephemeridum lectionem, et propagationem fidelibus commendare.

727. Quo autem quidam defectus et abusus arceantur, qui malo fato interdum in huius tam salutaris muneris exercitio irrepere solent, vehementer hortamur in Domino omnes et singulos, quibus ephemeridum catholicarum directio, cura aut conlaboratio commissa est, ut vita et moribus, fide et constantia, lucri et proprii commodi contemptu, comitate et modestia, sese populo commendent. Ac proinde, in controversiis agitandis, in opinionum divergentiis, in disputationum aestu, omnino caveant, ne caritatis et christianae lenitatis limites transiliant, ne verbis iniuriosis alios lacessant, aut temere diiudicent vel criminentur, aut etiam, quod Deus avertat, auctoritatis Ecclesiasticae dispositionibus ullimode, sub quovis praetextu, adversentur. Illud etiam desiderandum est, ut in unaquaque dioecesi, vel saltem in qualibet ecclesiastica provincia, habeatur periodica quaedam publicatio pro actis ecclesiasticis et rebus religiosis (vulgo *Boletin eclesiástico*).

rezca ante Dios; y á empresa tan importante no habrá de seguro un católico que no se preste á contribuir. Los párrocos y demás sacerdotes no dejen, donde les pareciere conveniente, y con la debida prudencia, de recomendar á los fieles la lectura y propagación de estos periódicos.

727. Para evitar ciertos defectos y abusos que, por desgracia, suelen introducirse á menudo en el desempeño de estas importantes funciones, encarecemos con ahinco en el Señor, á todos y cada uno de los directores, redactores y colaboradores de los periódicos católicos, que se hagan populares por su vida y costumbres, su fe y constancia, desinterés y abnegación, modestia y cortesía. Por tanto, en el ardor de la controversia, en la divergencia de opiniones, en el calor de la disputa, procuren no traspasar los límites de la caridad y mansedumbre cristiana; no molestar con palabras injuriosas, ni hacer juicios temerarios ó calumniar á otros, y sobre todo, lo que Dios no permita, no contrariar, con cualquier pretexto que fuere, las disposiciones de la autoridad Eclesiástica. También es de desearse que en cada diócesi, ó por lo menos en cada provincia, se publique un *Boletín eclesiástico*.

CAPUT VIII.

De scriptoribus catholicis.

728. Scriptores catholici, si de veritate et iustitia, de virtute et de vitiis, de rebus theologicis et moralibus, vel quomodolibet ad fidem et Ecclesiam pertinentibus, scribere sibi proponunt, bene advertant magisterium in hoc genere fuisse Ecclesiae a Christo Domino commissum et reservatum.

729. Nihilominus, crescente in dies tum scribendi licentia et librorum, praesertim pravorum, inundatione, tum insatiabili legendi in omnibus aviditate, ita ut publici scriptores in populorum opinionibus maximum hodie influxum exerceant, opportune et utiliter catholici scriptores de praefatis rebus tractabunt, quoties id peragant cum licentia Auctoritatis Ecclesiasticae, servatisque decretis generalibus de prohibitione et censura librorum, cum plena ab ea dependentia, et iuxta doctrinas ab Ecclesia traditas, ac quoties impiorum venenatos libros totis viribus confutare contendant, ne hic etiam dici possit filios huius saeculi prudentiores filiis esse lucis.

730. Quocirca SSmus D. N. Leo Papa XIII catholicos scriptores adhortans aiebat [1], scripta scriptis opponenda esse, ut ars, quae po-

[1] Encycl. *Etsi nos*, 15 Febr. 1882.

CAPÍTULO VIII.

De los escritores católicos.

728. Los escritores católicos, si se proponen tratar de la verdad y de la justicia, de la virtud y del vicio, de materias teológicas y morales, ó que de algún modo conciernen á la fe y la Iglesia, noten bien que el magisterio en estos asuntos fué encomendado y reservado á la Iglesia por Jesucristo Nuestro Señor.

729. No obstante, como cada día crece el desenfreno en escribir y el diluvio de libros malos sobre todo, y la insaciable avidez de leer en todas las clases de la sociedad, de suerte que los escritores públicos ejercen hoy día grande influencia en la opinión de los pueblos, los escritores católicos podrán con oportunidad y provecho tratar de estos asuntos, siempre que obtengan la licencia de la autoridad eclesiástica, y observen los decretos generales sobre la prohibición y censura de libros, con absoluta dependencia de aquella, conforme á las doctrinas que enseña la Iglesia, y tratando de refutar con todas sus fuerzas los emponzoñados libros de los impíos, no vaya á decirse también ahora que los hijos del siglo son más prudentes que los hijos de la luz.

730. A este propósito decía no ha mucho Nuestro Santísimo Padre León XIII, en una exhortación á los escritores católicos [1], que hay

test plurimum ad perniciem, eadem ad hominum salutem et beneficium transferatur, atque inde remedia suppetant unde mala venena quaeruntur.

731. Cum tamen non minus nobile quam arduum sit catholicorum scriptorum officium, plenumque laboris, abnegationis atque etiam periculi, quasdam veluti normas ad illud recte explendum non abs re erit hic indicare, ab instructionibus Apostolicis alias traditis magna ex parte derivatas.

732. Ac primum omnium, ad scribendum de rebus tanti momenti, conscientia munda, recta intentione, ac praeviis ad Deum precibus, qui pater est luminum, accedere opus est.

733. Tum etiam doctrinae scientiaeque ad rem necessariae et opportunae principia, dictamina, rectas conclusiones, ac factorum seriem funditus recolant, ne falsa aut minus probabilia effutiant, neve quaestiones se minus callere ostendant, aut leviter attingant.

734. In omnibus scriptis, ac potissimum in materiis philosophicis, accurate distinguant fidem a ratione, opinionem a dogmate: meminerint tamen rationem non posse adversam esse fidei, neque fidem rationi, sed alteram alteri mutuum praestare auxilium ad veritatem constabiliendam; et ubi ad definita vel probata ab Ecclesia ventum est, raque oponer escritos á escritos, de suerte que una arte que tanto puede para destruir, sirva para la salvación y provecho del hombre, y se extraiga la medicina de donde ha salido el veneno.

731. Siendo no menos noble que difícil la tarea de los escritores católicos, y llena de trabajo, de abnegación y aun de peligros, no será fuera de propósito el indicar aquí algunas reglas para su recto desempeño, sacadas en gran parte de las instrucciones Apostólicas ya expedidas en otras ocasiones.

732. Ante todo, para escribir sobre materias de tanta importancia, fuerza es empezar con una conciencia pura, recta intención y sinceras plegarias á Dios, que es padre de las luces.

733. Repasen y estudien á fondo los principios de las ciencias y doctrinas necesarias á la empresa, sus dictámenes, rectas conclusiones y hechos históricos, no vayan á propalar con ligereza falsedades ó cosas poco probables, ó á mostrar que, ó no entienden las cuestiones, ó sólo las conocen por encima.

734. En todos sus escritos, sobre todo en los filosóficos, distingan con exactitud la fe, de la razón; las opiniones, del dogma; pero recuerden que la razón no puede oponerse á la fe, ni la fe á la razón, sino que una y otra se prestan auxilio mutuamente para la consolidación de la verdad; y cuando se llega á lo definido ó aprobado por la Iglesia,

tionem non praeire sed sequi, non imperare sed ancillari debere [1].

735. In iis autem quae quomodolibet, sive directe sive indirecte, ad fidem et mores spectant, semper et omnibus sequantur doctrinas a Conciliis vel a Romanis Pontificibus definitas, vel a Sanctis Patribus traditas, et caveant ne ullo modo ei contradicant; de iis autem, quae nondum definita sunt, ipsi decidere non praesumant, neque proprias privatas sententias, veluti certa ac definita Ecclesiae dogmata, in libris obtrudant [2].

736. In re politica, hanc a Religione distinguant; atque idcirco eos, qui diversas politicas partes sequuntur, non habeant tamquam si a catholico nomine prope desciverint, atque ita factiones politicas in augustum Religionis campum perperam compellant [3].

737. Nec rem politicam a Religione seiungant vel separent, quasi nihil sit utrique commune, aut nihil alteram in alteram influere oporteat. Nam, ubi Religio tollatur, vacillare necesse est illorum stabilitatem principiorum, in quibus salus publica maxime nititur [4]. Hinc semper animadvertant cuicumque civili Gubernio utilissimum esse tueri iura Ecclesiae, eamque iuvare; et inde ipsi Gubernio maiorem potestatem

la razón no puede ir adelante, sino atrás, no debe mandar sino servir [1].

735. En todo aquello que directa ó indirectamente se relaciona con la fe y la moral, en todo y por todo sigan las doctrinas definidas por los Concilios ó los Romanos Pontífices, ó enseñadas por los Santos Padres, y guárdense de contradecirlas en modo alguno. Sobre lo que no está definido, no tengan la presunción de decidir por sí y ante sí, ni de introducir en sus libros, sus propias opiniones particulares, dándolas como dogmas definidos de cierto por la Iglesia [2].

736. En materia de política, distingan ésta de la religión, y no consideren á los afiliados en diversos partidos, como renegados del catolicismo, introduciendo indebidamente las facciones políticas en el augusto campo de la religión [3].

737. Ni tampoco dividan ó separen á tal grado la política de la religión, como si nada fuese común á entrambas, y nada tuviese la una que influir en la otra. Donde la religión se suprima, fuerza es que vacile la solidez de los principios en que estriba principalmente la salud pública [4]. Observen siempre que es utilísimo á cualquier Gobierno civil defender los derechos de la Iglesia y ayudarle, porque de

[1] V. supra tit. I. cap. IV *De fide et ratione*. — [2] Cfr. Const. *Sollicita* Benedicti XIV, 9 Iul. 1753. — [3] Cfr. Encycl. Leonis XIII *Cum multa*, 8 Dec. 1882, ad Episc. Hispan. — [4] Ibid.

atque stabilitatem provenire. Eo vel magis, quod Religio, cum sit superioris ordinis, immo summum bonum, in varietate rerum humanarum atque in ipsis commutationibus civitatum, debet integra permanere; omnia enim temporum et locorum intervalla complectitur [1].

738. Quod si scribant de rebus, quae regimen Ecclesiae, vel agendi rationem inter Ecclesiam aut Episcopos et potestatem civilem respiciunt, nolint in antecessum temere diiudicare de sensu Summi Pontificis aut Antistitum, ne eis difficultates facessant, aut agendi rationem praescribere videantur [2].

739. Ut vero prudentiae quam maxime consulant, vitent in suis scriptis omnia, quae adversarios iniuriis impetant, aut quae appareant posse pacem reipublicae turbare, seditiones provocare, aut eos exacerbare qui actu res publicas dirigunt; licet, seposita quavis styli asperitate et immoderantia, suspicionum et insimulationum temeritate, adhibitoque potius rationum pondere, sacra Ecclesiae iura catholicamque doctrinam vindicare totis viribus debeant.

740. Praecipue vero inter se caritatis vinculo confoederati procedant, ut, veluti lectissima militum

esto vendrá al Gobierno mayor estabilidad y poder. Tanto más, cuanto que la Religión siendo de superior categoría, y aun más todavía, el sumo bien, en las vicisitudes humanas y en las revoluciones políticas debe permanecer incólume porque abraza todos los tiempos y todas las circunstancias [1].

738. Si escribieren sobre materias concernientes al régimen de la Iglesia, ó á las relaciones entre la Iglesia y los Obispos y la potestad civil, no se atrevan á juzgar de antemano sobre el sentir del Sumo Pontífice ó de los Prelados, no les vayan á crear dificultades ó aparezcan como pretendiendo señalarles reglas de conducta [2].

739. Para seguir fielmente las reglas que aconseja la prudencia, eviten en sus escritos cuanto pueda agraviar á los adversarios, ó parezca perturbar la paz de la República, provocar revoluciones, ó exacerbar á los que están al frente del Gobierno; aunque, por otra parte, es deber suyo defender los sagrados derechos de la Iglesia, y vindicar con todas sus fuerzas la doctrina católica, sin aspereza ni acritud de estilo, sin sospechas ó insinuaciones temerarias, sino únicamente con sólidos argumentos.

740. Pero sobre todo, caminen unidos entre sí con los lazos de la caridad, y como una selecta legión

[1] Cfr. Encycl. Leonis XIII *Cum multa*, 8 Dec. 1882, ad Episc. Hispan. — [2] Cfr. Epist. Leonis XIII *In mezzo alle amarezze*, ad Nunt. Apost. Parisien., 4 Nov. 1884.

acies, pro Ecclesia strenue, concorditer, ordinate pugnent.

741. Denique commune omnium catholicorum scriptorum propositum semper esse debet, religionem remque publicam conservare [1]. Ad quod assequendum procul dubio cooperabuntur, si monitis hac de re saepe alias a Sancta Sede impertitis obsequantur, ac signanter si ad normas Encyclicarum *Mirari vos* [2], *Cum multa* [3], et *Immortale Dei* [4] se se gerant.

de soldados, luchen por la Iglesia con valor, con concordia y con orden.

741. Por último, el común propósito de los escritores católicos, debe ser siempre la defensa de la Religión y de la Patria [1]. Para lograrlo, mucho les servirá la obediencia á las admoniciones tantas veces dadas por la Santa Sede, y el seguir las instrucciones contenidas en las Encíclicas *Mirari vos* [2], *Cum multa* [3] é *Immortale Dei* [4].

Caput IX.
De examinatoribus seu censoribus librorum.

742. Librorum de rebus religionis tractantium examen in singulis dioecesibus ad Episcopos pertinet, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei; qui proinde, vel eos approbandi, quatenus Ecclesiae doctrinae conformes, vel eos vetandi, quatenus contrarii, ius habent.

743. Ad normam Constitutionis Leonis XIII *Officiorum*, tit. 2, c. 3: « Omnes fideles tenentur praeviae censurae ecclesiasticae eos saltem subiicere libros, qui divinas Scripturas, Sacram Theologiam, Historiam ecclesiasticam, Ius Canonicum, Theologiam naturalem, Ethicen, aliasve huiusmodi religiosas aut morales disciplinas respiciunt, ac gene-

Capítulo IX.
De los examinadores ó censores de libros.

742. El examen de los libros que tratan de religion, toca en sus respectivas diócesis á los Obispos, constituidos por el Espíritu Santo para gobernar la Iglesia de Dios; ellos, por consiguiente, tienen el derecho de aprobarlos, si son conformes á la doctrina de la Iglesia, de prohibirlos, si son contrarios.

743. Conforme á la Constitución de León XIII *Officiorum*, tit. 2, c. 3: « Todos los fieles están obligados á sujetar á la previa censura eclesiástica aquellos libros, por lo menos, que se relacionan con las divinas Escrituras, la Sagrada Teología, la Historia eclesiástica, el Derecho canónico, la Teología natural, la Etica, ú otras ciencias mo-

[1] Leo XIII. *Immortale Dei*, 1 Nov. 1885. — [2] Gregorii XVI, 15 Aug. 1832. — [3] Leonis XIII, 8 Dec. 1882. — [4] Leonis XIII, 1 Nov. 1885

raliter scripta omnia, in quibus religionis et morum honestatis specialiter intersit ». Item, « viri e clero saeculari ne libros quidem, qui de artibus scientiisque mere naturalibus tractant, inconsultis suis Ordinariis, publicent, ut obsequentis animi erga illos exemplum praebeant. Iidem prohibentur quominus, absque praevia Ordinariorum venia, diaria vel folia periodica moderanda suscipiant ». Quod item servari debet, si typis mandare et diffundere quis vellet libellos seu pagellas, quibus fideli populo commendentur novae sodalitates, aut novae indulgentiae, visiones, miracula, aliave id genus.

744. Nullus liber censurae ecclesiasticae subiectus excudatur, nisi in principio nomen et cognomen cum auctoris, tum editoris praeferat, locum insuper et annum impressionis atque editionis. Quod si, aliquo in caso, iustas ob causas, nomen auctoris tacendum videatur, id permittendi penes Ordinarium potestas sit. Noverint Typographi et Editores librorum, novas eiusdem operis approbati editiones, novam approbationem exigere; hanc insuper textui originali tributam, eius in aliud idioma versioni non suffragari [1].

745. Ad examinanda autem haec opera, Plenaria haec Synodus maximopere commendat Episcopis ut adhibeant viros ingenio, prudentia,

rales ó religiosas y, en general, todos los escritos en que se toca especialmente la religión ó la moral ». Además « los miembros del clero secular no publicarán libros, ni aun artículos, sobre ciencias puramente naturales, sin consultar al Ordinario, en señal de obediencia y respeto. Les está prohibido igualmente aceptar la dirección de diarios ó periódicos, sin permiso del Ordinario ». La misma regla ha de observarse para la impresión de hojas sueltas, ó páginas volantes, con recomendaciones de nuevas hermandades; ó anuncios de nuevas indulgencias, profecías, visiones, milagros ó cosas semejantes.

744. Ningún libro sujeto á censura eclesiástica saldrá á luz, sin llevar en el frontispicio, el nombre y apellido del autor y del editor, las señas de la imprenta y el año de la publicación. No obstante, el Ordinario podrá permitir, en casos excepcionales, que se suprima el nombre del autor. Sepan los tipógrafos y editores, que las nuevas ediciones requieren nueva aprobación; y que la que se da para el original, no se extiende á las traducciones [1].

745. Recomienda encarecidamente á los Obispos este Concilio Plenario que, para el examen de las obras, escojan á varones insignes

[1] Leo XIII. Const. *Officiorum*, 25 Ian. 1897.

pietate probatos, doctrinaque praestantes, qui, servatis decretis generalibus de prohibitione et censura librorum et normis ab ipso Episcopo pro tali munere recte obeundo praescriptis, postquam illud sedula cura adimpleverint, scripta cum adnotationibus congruentibus reddant eidem Praelato, ut impertiri prudenter valeat, quatenus ita iudicaverit, petitam licentiam.

746. Eorumdem examinatorum seu censorum consilio committant Episcopi revisionem huius generis librorum, qui iam typis evulgati fuerint, de quorum tamen sententiis in rebus fidei vel morum suspicio habeatur, ut, Censorum relatione et voto perpensis, iuxta sacros Canones, in Domino iudicium proferant. Censores autem super scriptis vel libris, eis ad examinandum commissis, silentium servent.

por su ciencia y talento, y de probada virtud y piedad, que observen las reglas generales sobre la prohibición de los libros y las instrucciones particulares dadas por el Obispo, y una vez que hayan concienzudamente desempeñado su cometido, devuelvan al mismo Prelado los escritos con las correspondientes notas, para que pueda dar con conocimiento de causa, si así le pareciere, la licencia que se ha pedido.

746. A los mismos examinadores ó censores, confíen los Obispos la revisión de los libros ya publicados, pero de cuyas opiniones en materia de fe y costumbres se tiene fundada sospecha, para que, ponderando las relaciones y votos de los censores, conforme à los sagrados Cánones, den su justo fallo en el Señor. Los censores guardarán secreto sobre los escritos y libros que se les manda examinar.

TITULUS XI.

DE ZELO ANIMARUM ET CARITATE CHRISTIANA

Caput I.

De vitiis extirpandis.

747. Omnes Dei ministri vitiorum extirpationi, per prudentes et assiduas exhortationes et opportunas correctiones, totis viribus incumbant, memores gravissimi moniti Spiritus Sancti ad animarum rectores: *Si me dicente ad impium; Impie, morte morieris: non fueris locutus, ut se custodiat impius a via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram* (Ezech. XXXIII, 8). Praesertim igitur parochus, concionator et confessarius in omni patientia errantes ad viam virtutis reducere satagat, unumquemque admonens diversa exhortatione, iuxta professionem morumque qualitatem, scilicet ut praenoscat quid, cui, quando vel quomodo proferat.

748. Ingemiscimus ob ruinam multorum, qui a recto tramite recedentes et erroribus decepti, concupiscentiae carnis, concupiscentiae oculorum ac superbiae vitae, quae

TITULO XI.

DEL CELO POR EL BIEN DE LAS ALMAS Y DE LA CARIDAD CRISTIANA

Capítulo I.

De la extirpación de los vicios

747. Todos los ministros de Dios empleen todas sus fuerzas en la extirpación de los vicios, con prudentes y asiduas exhortaciones y oportunas correcciones, teniendo presente la terrible admonición del Espíritu Santo á los directores de las almas: *Si cuando yo digo al impío: impío, tu morirás de mala muerte, no hablares al impío para que se aparte de su mala vida, morirá el impío por su iniquidad, pero á tí te pediré cuenta de su sangre.* (Ezeq. XXXIII, 8). Por tanto, el párroco principalmente, el predicador y el confesor, con toda paciencia, procuren atraer á los extraviados al sendero de la virtud, amonestando á cada uno con diversa clase de exhortaciones, según su categoría y circunstancias, es decir, sabiendo de antemano lo que dicen, y á quién, cuándo y cómo lo dicen.

748. Lloramos la perdición de muchos, que desviándose del recto sendero, y arrebatados por diversos errores, se vuelven esclavos de la concupiscencia de la carne, de la

in mundo sunt, inserviunt. Sed detestamur in primis *spiritum* ilium *inobedientiae*, qui hodie sub specie libertatis aut independentiae longe lateque diffusus, nullis legibus teneri, nulli auctoritati parere, nemini subesse dumtaxat sibimetipsi, id est corruptae naturae servire vult. Unde et deplorandus ille religionis neglectus, qui, sicut privatis spiritualis damni, ita humanae societati perturbationis et discriminis praecipua est causa. Sedulo igitur curandum est, ut haec effraenata rerum materialium et independentiae libido, circa religionem indifferentia et negligentia, quae, veluti lethale contagium, sub fucato urbanitatis et progressus nomine, civitates non paucas infecit, a populis nostris omnino depellatur. Triste namque videre est tot homines adeo oblitos praecipuorum religionis officiorum, ut hoc unum solemne habeant, divitias inhiare, easque praeter modum cumulare, in vitae huius commodis et luxu diffluere, atque id, quod sensus delectat, unice quaerere.

749. Inde sponte sua dimanant *fraudes et latrocinia*, aliaque horrenda crimina contra iustitiam, quorum remissio impossibilis est, nisi, praeter poenitentiam animi, accedat et restitutio, in re vel in voto facienda. Inde speciatim *usurae* crimen, quo multi etiam ex illis qui honorabiles ac honesti cives haberi

concupiscencia de los ojos y de la soberbia de la vida, que reinan en el mundo. Pero sobre todo, detestamos ese *espíritu de desobediencia*, que, difundido hoy por todas partes, bajo la apariencia de libertad é independencia, ni respeta ley, ni obedece á autoridad alguna, ni se sujeta á nadie, y quiere únicamente servir á sí propio, es decir á la naturaleza corrompida. Hay que deplorar ese abandono de la religión, causa principal de la ruina espiritual en los individuos, de las revoluciones y desórdenes en la sociedad. Procúrese, pues, con todo ahinco, que ese desenfrenado deseo de goces temporales y de independencia, ese indiferentismo y abandono en materia de religión, que como peste mortífera, y con el mentido nombre de civilización y progreso, ha invadido muchos Estados, se destierre de nuestras Repúblicas. Es triste ver á tantos hombres, tan olvidados de los principales deberes de la religión, que lo único que les importa es atesorar riquezas y amontonarlas sin medida, nadar en comodidades y lujo, y buscar tan sólo los deleites de los sentidos.

749. De aquí provienen tantos fraudes y latrocinios, y otros muchos horrendos crímenes contra la justicia, cuya remisión es imposible; salvo que á la penitencia interior se añada la restitución efectiva, ó por lo menos en deseo. De aquí en especial, el crimen de la usura, que ha contaminado á muchos aun

volunt, foedantur: quodque utriusque Testamenti pagina condemnatur; cuius criminis reos eorumque haeredes restitutioni prave perceptorum lucrorum obnoxios declaramus cum Sancta Matre Ecclesia.

750. Nihil igitur in mutuo vi mutui accipi potest ultra sortem principalem. Et neminem latere potest obligatio, qua multis in casibus tenemur simplici ac nudo mutuo aliis succurrere, ipso praesertim Christo Domino dicente: *Volenti mutuari a te ne avertaris* (Matth. v. 42). Quod si mutuanti lucrum cessare aut damnum emergere aut periculum imminere amittendae sortis vel assumendi insolitos labores pro eiusdem sortis recuperatione contingat, horum quidem compensatio repeti potest, dummodo re ipsa titulus aliquis ex istis concurrat, et nihil amplius quam vere ille postulat, exigatur [1].

751. Auctarium ultra sortem percipientes titulo legis civilis non sunt inquietandi, quosque Sancta Sedes definitivam decisionem emiserit, cui parati sint se subiicere, ut pluries declaraverunt Sanctum Officium et Sacra Poenitentiaria. Tuta conscientia acquiri possunt nomina seu actiones viarum ferrearum similium-

de aquellos que quieren tener fama de honrados y respetables ciudadanos, y que condena cada página de los Libros Santos. Con la Santa Madre Iglesia, declaramos sujetos á la restitución de los intereses mal adquiridos, tanto á los reos de semejante crimen, como á sus herederos.

750. Nada, pues, puede recibirse en un préstamo, por razón del préstamo mismo, además del capital. A nadie puede ocultarse la obligación que, en muchos casos, nos incumbe, de socorrer al prójimo con un préstamo sencillo sin interés alguno, puesto que Jesucristo nuestro Señor nos dice: *No vuelvas el rostro al que te pide prestado* (Mat. v, 42). Si el que presta, con ello deja de ganar, ó se le sigue algún perjuicio, ó corre riesgo de perder el capital, ó tiene que sufrir grandes dilaciones y trabajos para recobrar el capital, puede exigir la compensación de todo esto, con tal que real y verdaderamente concurra alguno de estos títulos, y no exija más que lo que éste demanda [1].

751. No hay que inquietar á los que perciben el interés del capital permitido por la ley civil, mientras la Santa Sede no dé una resolución definitiva, á sujetarse á la cual deben estar dispuestos, como varias veces lo han declarado el Santo Oficio y la Sagrada Penitenciaría. Con toda seguridad de con-

1 Cfr. Synod. Dioec. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 4. art. 12.

que societatum aut arcarum publicae utilitati inservientium; dummodo eas nullum habere propositum finem illicitum et quomodolibet suspectum constet [1]. Quoad casus particulares, prae oculis habeantur decreta Sanctae Sedis, necnon sententiae probatorum auctorum.

752. Etsi nostro tempore plures sint modi collocandi tuto atque utiliter pecuniam, adeo ut vix aut ne vix quidem detur casus pecuniae vere iacentis, de qua nempe nulla ratio aut lucri cessantis aut damni emergentis sit habenda, nihilominus usurae peccatum nullo modo ab hodierna societate exulavit; immo, quod maxime dolendum est, undique debacchatur et grassatur, sive dum pauperes et vere indigentes iugulantur, sive dum pauci iniustis mediis et praetextibus fraudulentisque artibus enormia lucra sibi comparant [2]. Ad huiusmodi mala de medio tollenda, desiderandum est, ut pii fideles, adhibitis Episcopi consilio et mediis opportunis, Montes Pietatis instituant, statutis scripto redactis: qua in re prudentissime procedant Episcopi, ne, speculatorum fraudibus decepti, alieno aere graventur praefatorum Montium Pietatis moderatores et curatores.

ciencia pueden adquirirse bonos ó acciones de ferrocarriles ú otras compañías análogas, ó del tesoro público, siempre que conste que no se proponen ningún fin ilícito ó de otra manera sospechoso [1]. Para los casos particulares, ténganse presentes los decretos de la Santa Sede, y las sentencias de autores aprobados.

752. Aunque en nuestros días hay tantos modos de colocar el dinero con seguridad y ganancia, que casi no puede darse el caso de que esté el dinero inútil, y no pueda tomarse en consideración el *lucro cesante* ó *el daño emergente*, con todo, el pecado de la usura de ninguna manera se ha desterrado de nuestra sociedad. Por el contrario, tenemos que lamentar el hecho de que por todas partes merodea y se ensaña, ya ahorcando á los pobres y verdaderamente necesitados, ya haciendo que unos pocos, con la injusticia y el fraude acumulen enormes ganancias [2]. Para arrancar de cuajo semejantes males, es de desearse que los buenos católicos, previo el consejo del Obispo, y con los recursos oportunos, funden Montes de piedad, con sus reglamentos escritos; pero en esto tienen los Obispos que proceder con suma prudencia, no vayan á ser víctimas de especuladores sin conciencia, y á gravarse con deudas, los directores y administradores de tales establecimientos.

[1] Cfr. Synod. Dioec. Ostien. et Velitern. an. 1892, p. 4. art. 12. — [2] Ibid.

753. Ex effraenata voluptatum et divitiarum libidine prodierunt abusus gravissimi, qui in *ludo* immoderato notantur; de quo S. Isidorus merito scripsit: « *Ab hac arte fraus et mendacium atque periurium numquam abest, postremo et odium et damna rerum* » [1]. Quot enim cernuntur miserrimi cuiuslibet conditionis homines, qui ludo dediti integrae fortunae brevi tempore iacturam faciunt, familiam aerumnis immergunt, et ipsi in omni flagitiorum genere volutantur!

754. *Ebrietatis* vitium damnat sana ratio, cum hanc opprimat, hominem de statu morali deiiciat et ad conditionem brutorum redigat; damnat religio, quae hominem ad imaginem Dei formatum docet; damnant tristes sequelae: egestas, matura senectus et mors, et, quod horrendum est, infelix aeternitas, cum scriptum sit: *Nolite errare... neque ebriosi regnum Dei possidebunt* (1 Cor. VI. 10). Quare Parochos in Domino monemus, ut non solum verbo ab hoc vitio fideles arceant, sed ut etiam per opportuna media, invocato etiam per Episcopos, quoties id expedire iudicaverint, civilis potestatis adiumento, ebriosos efficaciter inducant ad meliorem frugem; et insuper totis viribus foveant nobiles et utiles labores virorum bonae voluntatis

753. La insaciable sed de placeres y riquezas, ha engendrado los abusos gravísimos que se notan en el *juego* inmoderado, del cual ha dicho con justicia S. Isidoro: « *De esta diversión nunca se alejan el fraude, la mentira y el perjurio; vienen luego los odios, y la ruina de las fortunas* » [1] ¡A cuántos infelices de todas clases de la sociedad, vemos perder en el juego, en un momento, su hacienda entera, sumergir á sus familias en la miseria, y engolfarse en toda clase de crímenes!

754. La sana razón condena el vicio de *la embriaguez*, como que ésta ahoga á aquella, rebaja al hombre de su estado moral y lo relega á la condición de los brutos animales. La condena la religión, que nos enseña que el hombre fué formado á la imagen de Dios. La condenan sus tristes consecuencias, á saber, la miseria, la vejez prematura, la muerte, y, lo que es atroz, una eternidad desgraciada, pues está escrito: *No os forjéis ilusiones... tampoco los ebrios poseerán el reino de los cielos* (3 Cor. VI, 10). Por tanto, encarecemos en el Señor á los Párrocos, que no sólo con la palabra alejen á los fieles de este vicio, sino que con oportunos remedios, recurriendo aun al brazo secular, por medio de los Obispos, si estos lo juzgaren conveniente,

[1] Etymolog. l. 18. c. 68.

pro extirpatione huiusmodi pessimi vitii.

755. *Luxuria*, quae a S. Bonaventura maior mercatura diaboli dicta est, totis viribus fugienda est et a populis nostris apostolico zelo propulsanda. Multa divinae animadversionis exempla in sacris litteris prodita sunt ad deterrendos a nefario hoc vitio homines, ut Sodomae et reliquarum finitimarum urbium interitus; Israelitarum, qui fornicati sunt cum filiabus Moab in deserto, supplicium; Beniamitarum deletio. Qui vero immaturam mortem effugiunt, intolerabilibus doloribus ac poenarum cruciatibus, quam saepissime, plectuntur. Nam mente caeci, quae poena gravissima est, ita fiunt, ut neque Dei, neque famae, neque dignitatis, neque filiorum denique, vitaeque suae rationem habeant: hocque pacto adeo nequam et inutiles fiunt, ut nihil grave committi eis debeat, et ad nullum fere officii munus idonei sint [1]. Infelices igitur sunt in vita omnes impudici, sed post mortem infelicissimi, in aeternum maledicti et aeternis inferni cruciatibus addicti. *Fornicatio autem, et omnis immunditia... nec nominentur in vobis* (Ephes. v. 3). *Neque fornicarii....*

755. La *lujuria* llamada por S. Buenaventura el comercio más productivo del diablo, debe evitarse con todo ahinco y desterrarse de nuestro pueblos con celo apostólico. Los Libros Santos están llenos de ejemplos de castigos divinos, para apartar á los hombres de este horrible vicio, tales como la destrucción de Sodoma y las ciudades vecinas; el suplicio de los Israelitas que prevaricaron con las hijas de Moab en el desierto, y la destrucción de los Benjamitas. Los que escapan á una muerte prematura, sufren á menudo dolores y tormentos atroces. Les viene tal obcecación del entendimiento, y éste es el castigo más grave, que ya no tienen en cuenta ni su dignidad, ni su fama, ni á sus hijos, ni su vida; y de esta suerte se vuelven tan perversos é inútiles, que ya nada serio se les puede encargar, y quedan inhábiles para toda clase de empleos [1]. Infelices en vida son los impúdicos; pero más infelices después de la muerte, malditos por toda la eternidad y entregados á los tormentos eternos del infierno. *La fornicación y toda clase de inmundicia*

[1] Catech. Rom. de VI praec. Decalogi, n. 10.

neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores... regnum Dei possidebunt (1 Cor. VI. 9, 10).

756. Deploranda et damnanda longe lateque diffusa fornicationis infectio, sed foedissima praesertim *concubinatus* pestis, quae tum publice tum privatim serpens, tam in magnis civitatibus, quam in rusticanis pagis, non paucos cuiuslibet conditionis homines ad aeternum interitum ducit. Infaustissima quidem futura erit prolium ex infelici huiusmodi nexu progignendarum religiosa educatio et moralis existimatio. Timorem pariter et terrorem ingerit tam atrox plaga omnis religiositatis, omnis honestatis et verae civilitatis destructiva! Ideo etiam miseranda concubinariorum conditio, quia in coeno impudicitiae obvoluti difficillime ex corde convertuntur, quia facti periculosissima petra scandali et multorum scandalorum causa, difficillime Deo, hominibus et Ecclesiae satisfacere volunt. Igitur animarum rectores, in visceribus misericordiae, errantes huiusmodi oves quaerant, et ad Christi ovile reducant; nullisque perterriti difficultatibus, et in Deo spem suam collocantes, de nullius peccatoris salute desperent, sed ardentissimo zelo de omnium peccatorum conversione solliciti sint. Unde, adhibito consilio proprii Episcopi, planam conversionis viam praeparare studeant, et quoties per legitimum ma-

ni siquiera se nombre entre vosotros (Eph. V, 8). *Ni los fornicarios, ni los adúlteros, ni los muelles poseerán el reino de Dios* (1 Cor. VI, 9, 10).

756. Deplorable y digna de vituperio como es la plaga de la fornicación, tan extendida por todas partes, lo es más todavía la asquerosa peste del concubinato que, introduciéndose ya en público, ya en privado, lo mismo en las grandes ciudades que en las aldeas, precipita á no pocos hombres de todas clases de la sociedad en la eterna perdición. Infaustísima tiene que ser la educación religiosa y la moralidad de la prole nacida de tan malhadadas uniones. ¡Causa verdadero miedo y terror plaga tan atroz, destructora á la par de toda religiosidad, y de toda honestidad y verdadera civilización! Lo más triste de la situación de los concubinarios, es que, revolcándose en el cieno de la deshonestidad, es dificilísimo que se conviertan de corazón; porque siendo piedra de escándalo y causa de muchos escándalos, tienen que vencer grandes dificultades para satisfacer á Dios, á los hombres y á la Iglesia. Por tanto, los pastores de las almas, con entrañas de misericordia, busquen estas ovejas descarriadas y llévenlas al redil de Cristo: no los aterrorice dificultad de ningún género, pongan en Dios su confianza, y no desesperen de la salvación de ningún pecador, sino antes bien,

trimonium scandala e medio tolli possint, libenter temporalia commoda et iura remittant, ut animas Deo lucrentur, prolesque legitimetur iuxta normas a probatis auctoribus traditas.

757. Nec minori zelo de conversione adulterorum solliciti sint parochi et confessarii, cum illorum sors temporalis et aeterna omnino miseranda haberi debeat. De quibus adulteris Tridentina Synodus dixit: « Grave peccatum est homines solutos concubinas habere, gravissimum vero, et in huius magni sacramenti (Matrimonii) singularem contemptum admissum, uxoratos quoque in hoc damnationis statu vivere, ac audere eas quandoque domi etiam cum uxoribus alere et retinere » [1].

758. Reprobamus parentum incuriam, qui natis suis plenam conversationis cum personis alterius sexus licentiam concedentes, intemeratae pudicitiae virtutem contra pericula non satis praemuniunt, praematuram futurorum sponsorum designationem non inhibent, atque amorem castitatis in eorum cordi-

inflamados de ardentísimo celo, despleguen gran solicitud por la conversión de todos los pecadores. Así, pues, previo el consejo del propio Obispo, allanen el camino de la conversión, y siempre que con un legítimo matrimonio puedan quitar de en medio el escándalo, renuncien de buena gana á las ganancias y derechos temporales, para ganar aquellas almas para Dios y legitimar la prole, conforme á las reglas establecidas por autores aprobados.

757. No deben mostrar menor solicitud los párrocos y confesores por la conversión de los adúlteros, siendo, como es, digna de altísima lástima su suerte temporal y eterna. De ellos dice el Concilio Tridentino: « Es grave pecado que los solteros tengan concubinas; pero es mucho más grave, y envuelve singular desprecio hacia el gran sacramento del matrimonio, el que también los casados vivan en este estado de reprobación, y aun se atrevan á veces á llevarlas al hogar doméstico, y mantenerlas juntamente con sus esposas » [1].

758. Reprobamos el abandono de los padres que, concediendo á sus hijos absoluta libertad en el trato con personas de diverso sexo, no escudan bastante su pureza contra los peligros que la rodean, no evitan los tempranos amoríos, y no robustecen ni fomentan en sus corazones el amor á la castidad. Por

[1] Conc. Trid. sess. 24. cap. 8 de ref. matrim.

bus non firmant ac fovent. Eadem de causa, non minori reprobatione dignos declaramus promotores et fautores chorearum puerorum, vulgo *Bailes infantiles;* et gravissime in Domino monemus parentes ne proprios filios tanto periculo exponant; quamvis *ad excusandas excusationes in peccatis* praetextus plurimi exhibeantur, qui honestatis speciem habere videntur. Similiter improbamus intolerabilem abusum accedendi ad publica balnea haud servata modestiae lege, vel in locis ubi non habetur debita separatio inter personas diversi sexus; et graviter oneramus conscientiam eorum omnium, qui tenentur tam periculosam corruptelam, christianae circumspectioni, immo et ipsi naturali honestati contrariam, impedire, et non impediunt, aut etiam permittunt.

759. Turpiloquium autem, imagines et scripta, cantilenas et theatrales repraesentationes, choreas et spectacula inhonesta, minus honesta vel periculosa, omnino damnamus; et a via salutis aeternae deviasse dicimus parentes, qui hac in re vel pravo exemplo, vel incuria in filiis corrigendis aut ab huiusmodi periculis efficaciter avertendis, tantarum iniquitatum complices et fautores existunt.

760. Negligentia officiorum religionis et morum corruptio *suicidia* multiplicant, *duella* ac *homicidia*. Suicidae in laqueum diaboli incidentes, gravissimam iniuriam Deo

la misma causa, declaramos dignos de igual reprobación á los promotores y fautores de los *bailes infantiles*, y gravísimamente encarecemos en el Señor á los padres, que no expongan á sus hijos á tamaños peligros, aunque para *buscar disculpas en los pecados*, se aduzcan no pocos pretextos, con apariencias de honestidad. De igual manera, reprobamos el intolerable abuso de frecuentar los baños públicos sin guardar la debida modestia, ó en lugares donde no hay la debida separación entre personas de diverso sexo; y cargamos gravemente la conciencia de todos los que están obligados á impedir tan peligrosa corruptela, contraria á la circunspección cristiana y aun á la modestia natural, y sin embargo no sólo no lo impiden sino que lo permiten.

759. Condenamos terminantemente las conversaciones torpes, las figuras y los escritos, los bailes y espectáculos deshonestos, poco honestos ó peligrosos; y declaramos que se desvían del camino de la salvación, los padres que, bien sea con su mal ejemplo, bien sea con su negligencia en reprender á sus hijos, ó en apartarlos eficazmente de estos peligros, se vuelven cómplices y fautores de tamañas iniquidades.

760. El abandono de los deberes religiosos, y la corrupción de costumbres, multiplican los suicidios, los duelos y los homicidios. Los suicidas, cayendo en los lazos del

auctori vitae ac Domino irrogant, semetipsos exponunt manifesto et immediato aeternae damnationis periculo, cognatis et notis diram afflictionem et proximo perniciosum exemplum praebent, propriumque nomen et memoriam foedissima infamiae nota deturpant.

761. Nec dissimilis est *duellantium* conditio, immo maioris infamiae nota damnantur. *Detestabilem* igitur *ac divina naturalique lege damnatum duellorum abusum, a barbaris gentibus atque superstitiosis, non sine ingenti corporum animarumque clade, in Christianam rempublicam, auctore diabolo invectum* [1], execramur et damnamus: et monemus omnes fideles excommunicationi Romano Pontifici reservatae subiacere « duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices, vel qualemcumque operam aut favorem praebentes, nec non de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est, non prohibentes, cuiuscumque dignitatis sint, etiam regalis et imperialis » [2].

762. Horrendum *homicidii* crimen, quod et multorum vitiorum effectus esse solet, gravissime Deum offendit, Deique et reipublicae iura quam maxime laedit et homini iniu-

demonio, hacen grave injuria á Dios, autor y dueño de nuestra vida, se exponen á manifiesto é inmediato peligro de la eterna condenación; á sus parientes y amigos causan profunda pena, al prójimo dan pernicioso ejemplo, y manchan su propio nombre y su memoria con sello de indeleble baldón.

761. No es muy desemejante la condición de los *duelistas*, antes bien les cubre mayor infamia. Por tanto, execramos y condenamos *el detestable abuso de los duelos, condenado á la par por la ley natural y la divina, introducido en la república Cristiana á impulsos del diablo, por bárbaras y supersticiosas naciones, con gran detrimento de los cuerpos y de las almas* [1]; y advertimos á los fieles, que incurren en excomunión reservada al Romano Pontífice, « los que combaten en desafío, ó simplemente retan, ó lo acceptan, y los cómplices de cualquier modo que fueren, y los que les prestan auxilio y favor comoquiera que sea, y los que de propósito presencian el duelo, ó lo permiten, ó no lo estorban en cuanto esté de su parte, cualquiera que sea su dignidad, aun regia ó imperial » [2].

762. El horrendo crimen del homicidio, que suele ser efecto de muchos vicios, ofende gravísimamente á Dios, viola en alto grado los derechos de Dios y del Estado, é in-

[1] Bened. XIV. Const. *Detestabilem*. 10 Nov. 1752. — [2] Pius IX Const. *Apostolicae Sedis*. 12 Octob. 1869.

riam in temporalibus infert maximam; immo non raro causa efficitur irreparabilis animae ruinae.

fiere al hombre la mayor injuria que en lo temporal puede hacérsele, causando también no raras veces la irreparable pérdida del alma.

CAPUT II.

De varia personarum conditione.

763. Archiepiscopi et Episcopi in hoc Plenario Concilio in Urbe congregati, supremis Rerumpublicarum Americae Nostrae Latinae Moderatoribus et Rectoribus gratulantur, quod religionis et patriae decoris solliciti, eorum Romam itineri positive faverint. Laeto hoc et fausto initio, sibi et omnibus Latino-Americanis Nationibus fidelissimam auspicantur unionem, tum utriusque potestatis civilis et ecclesiasticae, cum omnium inter se Latino-Americanarum Nationum, in perpetua integritate et christiana libertate singularum, ut sarta tecta semper permaneant totius Americae Latinae civilia et religiosa Instituta in filiali erga Catholicam Ecclesiam devotione, et in unitate catholicae et apostolicae fidei ad veram populorum prosperitatem.

764. Ad publicae rei incrementum necessarium omnino est, ut debitus servetur ordo. Nonnisi religiosa disciplina, cuius interpres et custos est Ecclesia, efficaciter componere invicem potest et coniungere superiores et subditos, utrumque videlicet personarum ordinem

CAPITULO II.

De las diversas clases de personas.

763. Los Arzobispos y Obispos congregados en Roma en este Concilio Plenario, felicitan á los Presidentes de las Repúblicas de la América del Sur, porque, mirando al decoro de la religión y de la patria, han favorecido abiertamente su viaje á esta Eterna Ciudad. Con tan feliz y fausto comienzo, auguran para sí y para todas las Naciones Latino-Americanas una estrecha unión, no sólo de la potestad civil y la eclesiástica en cada una, sino de las mismas Naciones entre sí, conservando cada cual incólume su independencia política y su libertad cristiana, para que permanezcan siempre intactas las constituciones civiles y religiosas de toda la América Latina, que estriban en su filial amor á la Iglesia católica, y en la unidad de la fe católica y Apostólica, fuente de la verdadera prosperidad de las Naciones.

764. Para el progreso de la República, es indispensable que se conserve el orden debido. Sólo la disciplina religiosa, cuya intérprete y guardadora es la Iglesia, puede eficazmente arreglar y unir entre sí á los superiores y á los súbditos, llamando á estas dos clases de per-

ad officia mutua revocando. Hinc omnes et singulos Magistratus hortamur, ut constantes sint et fideles iustitiae administri; populos autem ut debitum illis obsequium praestent, legitime constitutis legibus pareant, pacemque publicam omnes in caritatis vinculo servent et tueantur.

765. Speciatim vero ad opifices quod attinet, eos in Christo Iesu monemus, ut omnes et opifices et domini, tum iustitiae, tum caritatis leges religiose observent. Illi nihil in damnum et detrimentum dominorum moliantur et dominorum iura tueantur: isti vero debitam illis solvant mercedem, sufficientem nimirum ad eorum congruam sustentationem et proportionatam impenso labori, secundum varias temporum et locorum, personarum et rerum circumstantias; ac necessitatibus etiam pro viribus prospiciant familiarum eorumdem operariorum, secundum rectum caritatis ordinem. Dominorum item partes sunt efficere ut idoneo temporis spatio pietati vacet opifex: non hominem dare obvium lenociniis corruptelarum illecebrisque peccandi, neque ullo pacto a cura domestica parsimoniaeque studio abducere [1].

766. Patres Concilii Plenarii, ardentes illo caritatis igne, quem Do-

sonas á sus mutuos deberes. Exhortamos, pues, á todos y á cada uno de los Magistrados á que sean constantes y fieles en administrar justicia; y á los pueblos á que les presten la debida obediencia, á que cumplan con las leyes legítimamente establecidas, y á que conserven todos y defiendan la paz pública, unidos con los lazos de la caridad.

765. Por lo que toca en particular á los obreros, les encarecemos en Jesucristo que, tanto los operarios como los patrones, observen religiosamente los preceptos de la justicia y de la caridad. Nada maquinen aquellos en daño ó detrimento de los amos, y vean por los derechos de los dueños; paguen éstos á aquellos el salario justo, es decir, que sea suficiente para su congrua sustentación, y proporcionado á sus trabajos, según las diversas circunstancias de tiempos, lugares y personas; y atiendan también en cuanto puedan á las necesidades de las familias de los mismos operarios, como lo exige la caridad bien ordenada. Toca á los amos dejar á sus subordinados algún tiempo libre para sus ejercicios de piedad, y no permitir que se les pongan ocasiones ó tentaciones de pecar, ni que en modo alguno abandonen la vida del hogar, ó se olviden de la economía doméstica [1].

766. Los Padres del Concilio Plenario, inflamados de aquel fuego de

1 Cfr. Encycl. Leonis XIII *Rerum novarum*, 15 Maii 1891.

minus Noster Iesus Christus venit mittere in terram, Praecones Evangelii vehementissime hortantur, ut sacras missiones, maiore semper ardore, continuare velint apud reliquias illas infidelium tribuum, quae in umbra mortis adhuc miserabiliter iacent, ut omnes tandem aborigines nostri ad lucem perveniant veritatis et christianae urbanitatis. Digni sane munere apostolico, qui scilicet maiorum exemplo vitae commoda et incolumitatem, immo et vitam ipsam, si salus ovium errantium id postulaverit, pro Christi signo amplificando ponere non dubitent, ut omnes tandem Iesu Christi fidei et obedientiae auspicato subiiciantur.

caridad que Nuestro Señor Jesucristo vino á encender en la tierra, exhortan vehementemente á los predicadores evangélicos, á continuar, cada día con más fervor, las santas misiones á los restos de aquellas tribus infieles, que aún yacen miserablemente en las sombras de la muerte, para que no quede, por fin, uno solo de nuestros aborígenes que no disfrute de la luz de la verdad y de la civilización cristiana. Dignos de su misión Apostólica, á ejemplo de nuestros mayores, no vacilen en abandonar las comodidades de la vida, en exponerse á los peligros, y en arriesgar la vida misma, si la salvación de las ovejas descarriadas así lo exigiere, para extender el reino de Cristo; hasta que todos sin excepción se sometan á la fe verdadera, y se acojan al estandarte de Jesucristo.

767. Advenarum etiam conditioni prospicientes, optamus, ut catholicae virorum et matronarum societates magis magisque excitentur, illae in primis quae temporali et maxime spirituali ipsorum necessitati auxilio esse possint, et quorum etiam cura praecipua sit invigilare ne miseri advenae ex malitia impiorum et seductorum hominum decipiantur. Dolentes enim intelligimus advenas saepe nimiam praestare fidem hominibus flagitiosis, qui immodicas opes et promissa iactant ingentia: quod, re deinde pro votis non succedente, ipsos in maiores coniicit angustias et difficultates.

767. Preocupándonos la situación de los extrangeros, deseamos que se formen sociedades católicas de ambos sexos, cuyo principal objeto sea prestarles auxilios temporales y espirituales, y velar muy particularmente, para que los pobres emigrados no sean el blanco de la malicia y el engaño de seductores impíos y sin conciencia. Con dolor hemos sabido, que muy á menudo prestan oido los emigrados á especuladores perversos, que les prometen inmensas riquezas y fortunas colosales; y al ver que la realidad no corresponde á las esperanzas, quedan los infelices sumergidos en mayores angustias y dificultades.

768. Igitur, si tot advenae, rite in fide catholica instituti, fallacias seductorum fugiant et eiusdem catholicae fidei praescripta rite servent, non solum nihil ex eis detrimenti regiones nostrae capere possunt, verum etiam non exiguae utilitati, et publico et privato bono esse possunt: tunc enim et amico foedere cum catholicis nostris in verae fidei professione coniuncti, fortiores in dies evadent populi nostri contra insidias inimicorum avitae religionis et christianae urbanitatis, sive ab exteris veniant regionibus, sive apud nostrates pestilentiae sedem fixerint.

769. Ad christianum tutamen omnium operariorum contra praefatas insidias, quibus ad socialismum etiam pedetentim adducuntur, magnopere commendamus institutionem sodalitatum, vulgo « *Circulos Católicos de Obreros* », quae regantur iuxta statuta a singulis Ordinariis, seu melius ab Episcopis uniuscuiusque Provinciae Ecclesiasticae praescribenda, servata in unaquaque regione unitate directionis centralis, uti vocant, et uniformitate agendi rationis, ut vires operariorum unitae sub tutela et paterna sollicitudine Episcoporum fortes et efficaces efficiant christianos eorumdem operariorum conatus ad impiorum et vafrorum fraudes devitandas. Quem in finem, directores spirituales huiusmodi *Circulo-*

768. Por consiguiente, si los emigrados católicos, en número considerable, huyen de los engaños de la impiedad y conservan sus prácticas religiosas, no sólo no habrá peligro alguno para nuestras Repúblicas, sino que obtendrán importantes ventajas en público y en particular. De esta suerte, uniéndose amigablemente aquellos católicos con los nuestros, ligados con los vínculos de la misma fe verdadera, cada día se fortificarán más nuestros pueblos contra las asechanzas de los enemigos de la fe de nuestros padres y de la civilización cristiana, ya sea que éstos vengan del extrangero, ya sea que tengan en nuestro propio suelo su cátedra de corrupción.

769. Para proteger, como á cristianos corresponde, á toda la clase operaria contra las asechanzas que hemos insinuado, las cuales además la conducen poco á poco hacia el socialismo, recomendamos encarecidamente la erección de esas hermandades llamadas « Círculos de Obreros », regidas por los estatutos que les señale cada Ordinario, ó mejor todavía, por los que tracen de común acuerdo los Obispos de cada provincia. Téngase cuidado de conservar en cada región la unidad de dirección central, y la uniformidad en los trabajos, para que las fuerzas de los operarios, unidas bajo la tutela y paternal solicitud de los Obispos, den eficacia á los esfuerzos de dichos obreros cristianos, para evitar los fraudes de los impíos y seducto-

rum prudenter et constanter operarios ad pietatem et Sacramentorum frequentiam mediis opportunis trahere curent.

res. A este fin, los directores espirituales de estos círculos, con prudencia y constancia, procuren atraerlos á la piedad y á la frecuencia de sacramentos.

CAPUT III.

De sacris missionibus apud infideles.

770. Infidelium tribus, ad civilem vitae cultum evangelica praedicatione revocari curare, omnium est gravissimum officium, quo ecclesiastica et civilis auctoritas constringitur: id vero assequi aliquando, maximum inter omnia bonum, secum afferens religiosae et politicae societatis amplificationem et incrementum [1].

771. Neque Episcopi, neque parochi, qui in propriae iurisdictionis territorio existere sciunt Indos nondum ad fidem conversos, proprio pastorali officio satisfacerent, si solis fidelibus intenti, illos ab infidelitatis tenebris eruere et ad Christum vocare non studerent: si, cum possint, de baptismo parvulorum vita periclitantium haud solliciti forent; si ad tantum opus auxilium et iuvamen aliorum sacerdotum et religiosarum Congregationem utriusque sexus opportune non implorarent. Ideo Episcopi serio perpendant illa SS. D. N. Leonis XIII verba: « Si quos ergo noveritis divinae gloriae studiosos et ad sacras expeditiones suscipiendas promptos et idoneos, his addite animos, ut,

CAPÍTULO III.

De las santas misiones á los infieles.

770. Gravísimo deber de la autoridad eclesiástica, al par que de la civil, es procurar llevar la civilización, por medio de la predicación evangélica, á las tribus que aún permanecen en la infidelidad. Lograr este altísimo fin, será un inmenso beneficio, que traerá consigo el engrandecimiento y el aumento de la sociedad religiosa y política [1].

771. Ni los Obispos, ni los curas, que saben que en el territorio sujeto á su jurisdicción existen indios todavía por convertir, se figuren que llenan sus deberes pastorales, si, atendiendo únicamente á los fieles, no se empeñan en sacar á aquellos de las tinieblas de la infidelidad y llamarlos á Cristo; si, estando en su mano, no se muestran solícitos en conferir el bautismo á los niños en peligro de muerte; si, para ayudar al clero secular en una obra tan vasta y tan difícil, no piden á tiempo el socorro de Congregaciones religiosas de uno y otro sexo. Mediten los Obispos estas palabras de Nuestro Santísimo Padre el Papa Léon XIII: « Si supiereis que hay algunos amantes de la gloria de

[1] Cfr. Conc. Prov. Quitense II. an. 1869, decr. 3.

explorata compertaque voluntate Dei, non acquiescant carni et sanguini, sed Spiritus Sancti vocibus obtemperare festinent. A reliquis autem sacerdotibus, a religiosorum virorum utriusque sexus ordinibus, a cunctis denique fidelibus curae vestrae concreditis, magnopere contendite, ut, numquam intermissis precibus, coeleste auxilium satoribus divini verbi concilient.... Precationi supplici eleemosyna accedat, cuius quidem ea vis est, ut vel loco dissitos et alienis curis distentos apostolicorum virorum adiutores, eorumque cum in laborando tum in bene merendo socios efficiat... Revera, si, ipso Iesu Christo auctore, non perdet mercedem suam qui uni ex minimis eius poculum dederit aquae frigidae, amplissima profecto merces illum manebit, qui, insumpto in sacras missiones aere vel exiguo, precibusque adiectis, plura simul et varia caritatis opera exercet, et, quod divinorum omnium divinissimum sancti Patres dixerunt, adiutor fit Dei in salutem proximorum » [1].

Dios, capaces y dispuestos á marchar á lejanas misiones, estimuladlos para que, una vez conocida la voluntad de Dios, no se dejen vencer por la carne y por la sangre, sino que se apresuren á escuchar la voz del Espíritu Santo. Haced que los demás sacerdotes, los religiosos de ambos sexos, y todos los fieles cometidos á vuestro cuidado, imploren el auxilio celeste sobre los sembradores de la divina palabra con incesantes plegarias... A la ferviente oración añádase la limosna, cuya eficacia es tan grande, que convierte, aun á los que están ausentes en lejanas tierras, ó entregados á ocupaciones de muy diverso género, en auxiliares de los varones Apostólicos, y en partícipes de sus labores al par que de sus méritos... Si, como ha dicho Jesucristo, no perderá su recompensa el que diere á uno de estos pequeñuelos un vaso de agua fría, riquísimo galardón está reservado al que, dando para las misiones una pequeña limosna, y ayudándolas con sus oraciones, contribuye al mismo tiempo á tantas obras de caridad, como ejercen los misioneros, y se convierte en colaborador del Señor para la salvación del prójimo, lo cual, según la expresión de los Santos Padres, es la más divina entre todas las obras divinas » [1].

772. Quoniam, teste experientia, maximum impedimentum propaga-

772. Por cuanto, como la experiencia nos enseña, el mayor impe-

[1] Leo XIII, Encycl. *Sancta Dei civitatis*, 3 Dec. 1880.

tioni fidei inter infideles est ignorantia linguarum, quibus ipsi utuntur, curandum est omnino ut sacerdotes ad eorum conversionem destinati, vel qui paroecias regunt in quorum territorio vel locis vicinioribus existunt infideles, linguam respectivae tribus addiscant. Cum autem nonnulli gravitatem huius obligationis haud intelligere videantur, eos monendos volumus hisce verbis S. Congregationis de Propaganda Fide: « Cum enim fides, docente Apostolo, per auditum sit, auditus per verbum Christi, nemo autem credat, nisi audiat praedicantem, necesse est hunc eo uti sermone, quem auditores probe noverint et intelligant. *Nisi enim,* ait Apostolus Paulus (1. Corinth. XIV. 9), *vos per linguam... manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo: et nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquar, barbarus; et qui loquitur, mihi barbarus...* Quare nihil crebrius atque instantius ab Apostolica Sede desideratum est, expetitum, iussum, quam, ut Missionarii tempestive addiscerent et probe callerent linguas, quibus populi ab ipsis erudiendi uti consueverunt » [1].

dimento á la propagación de la fe entre los infieles, es la ignorancia de las lenguas indígenas, hay que cuidar de que los sacerdotes destinados á su conversión, ó que tienen parroquias en cuyo territorio ó alrededores hay infieles, aprendan la lengua de la tribu correspondiente. Y como hay algunos que no comprenden la gravedad de esta obligación, queremos amonestarlos con estas palabras de la Sagrada Congregación de Propaganda Fide: «Como la fe, según nos enseña el Apóstol, entra por el oido, y el sonido que por el oido penetra lo produce la palabra de Dios, y nadie cree, si no escucha al predicador, es necesario que éste se sirva de aquel lenguaje que los oyentes sepan y entiendan bien. *Si la lengua que habláis no es inteligible,* dice el Apóstol S. Pablo (1 Cor. XIV, 9) *¿cómo se sabrá lo que decís? No hablaréis sino al aire. En efecto, hay en el mundo muchas lenguas diferentes, y no hay pueblo que no tenga la suya. Si yo, pues, ignoro lo que significan las palabras, seré bárbaro ó extranjero para aquél á quien hablo: y el que me hable será bárbaro para mi.* Por lo cual, nada ha deseado, recomendado y mandado la Sede Apostólica con tanta frecuencia y tantas instancias, como el que los Misioneros aprendan temprano, y lleguen á poseer, los idiomas de los pueblos que han sido destinados á evangelizar » [1].

[1] Litt. Encycl. S. C. de Prop. Fide 22 Iulii 1883, ad Praef. Mission. (Coll. P. F. n. 327).

773. Scholae pro Indis baptizatis erigendae facillimum praebebunt adiumentum sacerdotibus et religiosarum familiarum sodalibus ad linguas Indorum infidelium addiscendas. Sed, praeter huiusmodi scholas, aliae, servatis iisdem normis, erigendae sunt in territoria ipsorum infidelium vel in civitatibus seu locis vicinioribus, ad quae commercii causa accedunt, ut in ipsis pueri infidelium vel neo-conversorum in fide et humanis litteris rite instituantur, et planior reddatur praxis linguae regionis sacerdotibus et religiosis sodalibus Indorum conversioni addictis.

774. Ad tollendos abusus, decretis et instructionibus Sanctae Sedis contrarios, in regionibus nostris passim irrepentes, circa conversionem et christianam institutionem Indorum, praesertim vero circa instructionem christianam adultorum, et baptismum puerorum parentes habentium infideles, commendamus omnibus Episcopis, Seminariorum professoribus et sacerdotibus conversioni Indorum quomodolibet addictis, assiduam lectionem decretorum et instructionum eiusdem Sanctae Sedis circa hanc gravissimam rem [1].

773. Las escuelas fundadas para los indios bautizados, facilitarán á los sacerdotes y religiosos el aprendizaje de las lenguas indígenas. Además de éstas, hay que fundar otras, bajo las mismas reglas, en el territorio mismo de los infieles ó en los lugares circunvecinos, adonde acuden á comerciar, para que, en ellas, los hijos de los infieles ó recién convertidos, se instruyan en las letras humanas, y los sacerdotes y religiosos destinados á la conversión de los indios, puedan mejor practicar el idioma de aquella región.

774. Para desterrar los abusos, contrarios á los decretos é instrucciones de la Santa Sede, que se han deslizado en algunas de nuestras comarcas, relativos á la conversión y educación cristiana de los indígenas, y más todavía acerca de la educación cristiana de los adultos, y el bautismo de los hijos de padres infieles, recomendamos á todos los Obispos, profesores de seminarios y sacerdotes encargados de la conversión de los indios, la constante lectura de los decretos é instrucciones de la misma Santa Sede sobre esta gravísima materia [1].

[1] Haec documenta habentur praesertim in opere, cui titulus: *Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide, seu decreta, instructiones, rescripta pro apostolicis Missionibus*, Romae in typographia Polyglotta S. C. de Prop. Fide edita an. 1893.

CAPUT IV.

De piis Sodalitiis.

775. Laudatissimus in Ecclesia inolevit usus sodalitatum piarum, ut nimirum fideles, spiritualium communione sacramentorum et bonarum exercitiis virtutum fortius quam carnalibus vinculis unirentur, ac per mutua caritatis officia experirentur *quam sit bonum et quam iucundum habitare fratres in unum.* Quoniam igitur fideles omnes, societatibus huiusmodi adscriptos, oportet animae suae necessitatibus consulere; id unum studeant semper, *servare unitatem spiritus in vinculo pacis* (Ephes. IV. 3), ab omni discordiarum occasione abhorrentes, ut verbo Dei audiendo sedulo assistant, Poenitentiae sacramentum frequentent, et Sanctissimae Eucharistiae communione, pro suo quisque statu, de confessarii consilio reficiantur.

776. In erectionibus et aggregationibus confraternitatum, servandae sunt ad legitimitatem sequentes conditiones ab Apostolica Sede praescriptae, videlicet: 1.° quod unica tantum confraternitas eiusdem instituti ac generis constitui et aggregari possit in ecclesiis tam saecularium quam regularium: 2.° quod id fiat de consensu Ordinarii et cum litteris testimonialibus eiusdem:

CAPÍTULO IV.

De las hermandades piadosas.

775. Antiquísima y altamente recomendable es la costumbre de la Iglesia, de tener hermandades piadosas, en que los fieles, con la comunión de los sacramentos y la práctica de las virtudes, se unan más estrechamente que con los vínculos de la carne; y al practicar unos con otros los oficios de la caridad, experimenten *cuán bueno y cuán dulce es para los hermanos el estar unidos.* Por cuanto los fieles todos, adscriptos á estas sociedades, deben mirar por las necesidades de sus almas, han de aspirar de continuo á *conservar la unidad del espíritu en el vínculo de la paz* (Eph. IV. 3), evitando toda ocasión de discordias, para asistir con constancia á escuchar la palabra de Dios, frecuentar el sacramento de la Penitencia, y recibir la sagrada comunión, tan á menudo como lo permita el confesor, atendidas las circunstancias de cada uno.

776. En las erecciones y agregaciones de las cofradías, han de observarse, para que sean legítimas, las siguientes condiciones, impuestas por la S. Sede Apostólica, á saber: 1.ª Que sólo una cofradía del mismo instituto y género, pueda establecerse y agregarse en las Iglesias, tanto de seculares como de regulares. 2.ª Que se haga con el consentimiento del Ordinario y con le-

3.° quod confraternitati institutae vel aggregatae expresse et in specie communicentur privilegia et indulgentiae Ordini vel archiconfraternitati instituendi vel aggreganti nominatim concessa, non vero ea quibus per privilegium communicationis gaudet: 4.° quod statuta confraternitatum examinentur atque approbentur ab Ordinario loci et ab eodem corrigi possint: 5.° quod gratiae et indulgentiae confraternitati communicatae, praevia cognitione Ordinarii dumtaxat, promulgentur: 6.° quod confraternitas eleemosynas excipiat et eroget, iuxta formam per Ordinarium praescribendam: 7.° quod litterae creationis et aggregationis gratis omnino ac nulla prorsus mercede, etiam a sponte dantibus, sub praetextu quoque merae eleemosynae accepta, expediri et concedi debent: at solummodo titulo expensarum pro pergamena, scriptura vel impressionis stipendio, sigillorum expensis, cordulis, cera, secretarii notariique labore vel mercede, aliisque omnibus, eam quantitatem quae non excedat summam libellarum (*seu francorum*) triginta, pro singula aggregatione vel institutione sive confirmatione, recipere liceat [1].

tras testimoniales del mismo. 3.ª Que á la cofradía establecida ó agregada, expresamente y en especial se comuniquen los privilegios é indulgencias nominalmente concedidas al Orden ó Archicofradía que las establece ó agrega; pero no aquellas de que goza por privilegio de comunicación. 4.ª Que los estatutos de las cofradías se examinen y aprueben por el Ordinario, quien podrá corregirlos. 5.ª Que las gracias é indulgencias comunicadas á la cofradía, no se promulguen sin previo conocimiento del Ordinario. 6.ª Que la cofradía reciba y erogue las limosnas según la forma que prescribirá el Ordinario. 7.ª Que las letras de erección y agregación se expidan y concedan gratis absolutamente, y sin paga ninguna, aunque se ofrezca espontáneamente, y se quiera recibir por vía de limosna. Sólo se permitirá recibir por cada institución, ó agregación, ó confirmación, una cantidad que no exceda la suma de treinta francos, como compensación por los gastos erogados en pergamino ó papel, escritura ó impresión, sello, lacre, seda, secretario y notario etc. [1].

777. Ex speciali privilegio Apostolico, nonnullae Confraternitates erigi possunt in omnibus paroeciis etiam eiusdem loci, ut Sodalitates

777. Por especial privilegio Apostólico, algunas cofradías pueden erigirse en todas las parroquias del mismo lugar, como son las del

[1] Cfr. Const. Clem. VIII *Quaecumque*, 7 Dec. 1692 S. C. Indulg. 22 Aug. 1842 (Decr. auth. n. 308, 312); 8 Ian. 1861 (n. 388). Cfr. Const. Leonis XIII *Ubi primum*, et Sum. Indulg. SS. Rosarii. V. Appen. n. CXII.

Sanctissimi Sacramenti, Doctrinae Christianae [1], Sacratissimi Cordis Iesu et Filiarum Mariae [2].

778. Nemini licet, inconsulto Episcopo, in sua dioecesi erigere et creare de novo Confraternitates mere dioecesanas vel alias. Absque delegatione Episcopi, nequit Vicarius Generalis, auctoritate ordinaria, erigere Confraternitates, earumque statuta approbare. Et absque speciali indulto apostolico, non potest Vicarius Generalis uti facultate erigendi Confraternitates cum indulgentiis, quae a Sancta Sede delegata fuerit Episcopo; neque potest valide eoncedere litteras testimoniales pro aggregatione obtinenda [3].

779. Ad tollenda quamplurima, quae exinde oriri possunt incommoda, neque in monasteriis Monialium neque in Communitatibus piarum feminarum quae scholas dirigunt, erigi possunt Confraternitates laicorum [4]. Haec tamen prohibitio non comprehendit puellas, quae, sub monalium aut religiosarum tutela, precibus et christianis operibus magna cum laude incumbunt; ut sunt prae caeteris *Filiae Mariae*.

780. Episcopus non potest mutare statuta Confraternitatum, quae

Santísimo Sacramento, de la Doctrina Cristiana [1], del Sagrado Corazón de Jesús y de las Hijas de María [2].

778. A ninguno es lícito, sin permiso del Obispo, erigir ó crear de nuevo en la diócesi de éste, cofradías puramente diocesanas ú otras cualesquiera. Sin especial delegación del Obispo, no puede el Vicario General, en virtud de su autoridad ordinaria, erigir cofradías y aprobar sus estatutos. Tampoco puede, sin especial indulto Apostólico, usar de la facultad de erigir cofradías con indulgencias, si ésta ha sido delegada al Obispo por la Santa Sede, ni puede válidamente conceder letras testimoniales para obtener la agregación [3].

779. Para evitar los innumerables inconvenientes que de ello pudieran originarse, ni en los Conventos de monjas, ni en las Comunidades de piadosas mujeres dedicadas á la enseñanza, podrán erigirse cofradías de seglares [4]. Esta prohibición no comprende á las niñas que, bajo la tutela de las monjas ó religiosas, se consagran con gran provecho á la oración y á las obras de piedad y de caridad, como son, por ejemplo, las *Hijas de María* y otras semejantes.

780. No puede el Obispo cambiar los estatutos de las cofradías

[1] S. C. Indulg. 22 Aug. 1842 (Decr. auth. n. 308). — [2] Pius VII, 23 April. 1805 (Mach. n. 392). Vid. Moccheggiani, n. 1728. S. C. Indulg. 30 Aug. 1866 (n. 416). — [3] S. R. C. 7 Oct. 1617 (n. 357); S. C. Indulg. 18 Augusti 1868 (n. 420). — [4] S. C. Indulg. 29 Febr. 1864 (n. 403)

confirmata fuerint ab Apostolica Sede. Potest tamen visitare omnes Confraternitates, sive mere dioecesanas, sive ab Apostolica Sede approbatas [1].

781. Confraternitates erectae in ecclesiis Regularium subiacent iurisdictioni Episcopi, una cum illarum capellis, in dictis ecclesiis Regularium existentibus, in iis tamen, quae Confraternitatum administrationem respiciunt [2]. Absque licentia Ordinarii, sodalibus non licet acceptare legata aliaque pia relicta cum perpetuo onere Missarum, anniversariorum et similium, in contrarium non obstante antiqua consuetudine [3]. Erectae autem in aliis ecclesiis subiacent iurisdictioni Episcoporum, quoad omnia.

782. In pia sodalitia illi cooptentur, qui honestam vitam agunt; et si qui ab instituto desciverint, a sodalium albo expungantur, praevia tamen generatim trina monitione, servatisque omnino propriis statutis, et salvo iure recursus ad Ordinarium. Sodales autem contumaciter in fide vel moribus scandalosi, praesertim, qui solo matrimonio civili coniuncti sunt, vel qui nomen dederunt sectis ab Ecclesia prohibitis, omnino excludi debent a piis sodalitiis; et si qui admissi se emen-

confirmados por la Sede Apostólica. Puede, sí, visitar todas las cofradías, ya sean puramente diocesanas, ya sean aprobadas por la Silla Apostólica [1].

781. Las cofradías erigidas en las Iglesias de Regulares están sujetas á la jurisdicción del Obispo, juntamente con sus capillas, situadas en dichas Iglesias de Regulares; pero sólo en lo que concierne á la administración de las cofradías [2]. Sin licencia del Ordinario no pueden los cofrades aceptar legados, ni otras mandas piadosas, con cargo de misas, aniversarios etc., sin que puedan alegarse costumbres, por antiguas que sean [3]. Las cofradías erigidas en otras Iglesias están sujetas en todo y por todo á la jurisdicción del Obispo.

782. Se admitirán en las cofradías los que llevan una vida honrada; y si alguno se hiciere indigno del instituto, se borrará del catálogo de los asociados, pero precediendo por lo general tres advertencias, observándose lo prescrito por los estatutos, y salvo el derecho de recurso al Ordinario. Los cofrades escandalosos, con contumacia, en asuntos de fe y de costumbres, sobre todo los que se unieren con matrimonio puramente civil, ó que se inscribieren en sectas prohibidas

[1] Cfr. Ferraris, verb. *Confraternitas*, art. 3; S. C. C. 23 Iun. 1719; S. C. EE. RR. 31 Iul. 1737 (ap. Moccheggiani, n. 1740 seq.). — [2] Cfr. Ferraris, verb. *Confraternitas*, art. 3; S. C. C. 23 Iun. 1719; S. C. EE. RR. 31 Iul. 1757 (ap. Moccheggiani n. 1740 seq.). — [3] S. C. C. 24 Martii 1725. ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 7, n. 156. Vid. alia ibid. n. 157 seq.

dare et scandalum reparare recusent, omnino dimittantur.

783. In tabulario Confraternitatum et aliarum piarum sodalitatum diligenter custodiantur libri, in quibus nomina sodalium, dies eorum cooptationis, resolutiones Congregationum et praesertim onera pia, legata et inventaria redituum, bonorum sive mobilium sive immobilium et sacrarum supellectilium describantur, et Ordinario in sacra visitatione exhibeantur.

784. Nequeunt confratres libere quaestuare, tam intra ecclesiam quam extra, per civitatem et districtum, absque licentia Curiae Episcopalis; qua obtenta, quaestuare valent per parochiam irrequisito parocho [1]. Non possunt autem libere disponere de eleemosynis.

785. Sodales laici, etiam piae cuiuscumque Congregationis in honorem SS. Sacramenti specialiter institutae, ingredi nequeunt presbyterium, ibique per aliquod tempus orationi vacare; sed extra presbyterium paretur aliquod scamnum, ubi se sistere possint congregati tempore orationis [2].

786. Ad vitandas omnes controversias, quae inter parochos et Confraternitates laicorum earumque ca-

por la Iglesia, se excluirán por completo de esas hermandades; y si algunos de sus miembros rehusaren enmendarse y reparar el escándalo, se expulsarán sin remedio.

783. En los archivos de las cofradías y otras piadosas hermandades, guárdense cuidadosamente los libros en que consten los nombres de los socios, el día de su admisión, las resoluciones de las congregaciones, y sobre todo, los cargos piadosos, los legados, las cuentas de los réditos, los inventarios de los bienes muebles é inmuebles y los utensilios sagrados, todo lo cual se presentará al Ordinario en la santa visita.

784. No pueden los cofrades pedir limosnas á su antojo, ni dentro ni fuera de la Iglesia, ni en la ciudad ni en la diócesi, sin la debida licencia de la curia episcopal. Una vez obtenida, pueden colectar en la parroquia sin necesidad de refrenda del párroco [1]; pero no pueden libremente disponer de las limosnas.

785. Los socios seglares, aun los de las cofradías especialmente instituidas en honor del Santísimo Sacramento, no pueden subir al presbiterio y permanecer allí en oración: fuera de él se les prepararán bancos en que se muestren, formando cuerpo, á la hora de la oración [2].

786. Para evitar las controversias que pudieran surgir entre los Curas y las cofradías de seglares y sus

[1] S. R. C. 9 Iulii 1718, ad 18 (n. 2250). — [2] S. R. C. 22 Ian. 1876, ad 3 (n. 3387).

pellanos et officiales, super iuribus parochialibus et functionibus ecclesiasticis nonnullisque praeeminentiis seu praerogativis oriri possunt, prae oculis habeatur et accurate servetur decretum *Urbis et Orbis* a S. Congregatione Rituum editum die 10 Decembris 1703, et de speciali mandato Clementis XI promulgatum die 12 Ianuarii 1704, quod in Appendice inseri iussimus, quodque frequenter ab eadem S. Congregatione in suis responsionibus citatur [1].

787. Enixe commendamus Sodalitates *SS. Sacramenti, doctrinae christianae, SS. Cordis Iesu, Immaculatae Conceptionis et Septem dolorum* eiusdem B. M. Virginis, *Filiarum Mariae*, nec non Sodalitates *pro animabus Purgatorii*, aliasque ab Ecclesia probatas, quae inspectis omnibus loci et temporis circumstantiis, aptiores videantur ad spiritualem utilitatem fidelium. Summopere etiam commendamus *Apostolatum Orationis*, *Conferentias S. Vincentii a Paulo* et Pia Opera *Propagationis Fidei*, *Sanctae Infantiae et Scholarum Orientis*.

788. Quamvis Tertius Ordo Sancti Francisci aut aliorum Ordinum, Confraternitatum conditionem non habeat, cum de vita religiosa quo-

capellanes y dignatarios, sobre los derechos parroquiales, las funciones eclesiásticas y algunas preeminencias ó prerrogativas, téngase presente, y obsérvese á la letra, el Decreto *Urbis et Orbis* expedido por la S. Congregación de Ritos el 10 de Diciembre de 1703, y por especial mandato de Clemente XI promulgado el 12 de Enero de 1704, que se ha insertado en el Apéndice, y que dicha S. Congregación cita con frecuencia en sus respuestas [1].

787. Recomendamos encarecidamente las cofradías *del Sño Sacramento, de la Doctrina Cristiana, del S. Corazón de Jesús, de la Inmaculada Concepción y de los Siete Dolores de la Sña Virgen, y de las Hijas de María,* como también las hermandades en pro de las ánimas del Purgatorio, y otras aprobadas por la Iglesia, que, teniendo en cuenta las circunstancias de los tiempos y los lugares, parezcan más á propósito para la utilidad espiritual de los pueblos. Muy especialmente recomendamos el *Apostolado de la Oración, las Conferencias de San Vicente de Paul*, y las Obras piadosas *de la Propagación de la Fe, de la Santa Infancia y de las Escuelas de Oriente.*

788. Aunque ni el tercer Orden de S. Francisco, ni los de las demás órdenes religiosas, puedan clasificarse como cofradías; puesto que

[1] Decreta authent. Congr. Sacr. Rit. n. 2123. V. Appen. n. V.

dammodo participet, et sodales tertiarii, proprii Ordinis habitu incedentes, praecedant omnes Confraternitates etiam SS. Sacramenti, ut pluries a Sancta Sede declaratum fuit; hoc tamen in loco illum opportune commendandum iudicamus, tamquam nobilissimum piarum Sodalitatum exemplar et christianorum morum tutamen. Quare omnes Episcopos his verbis SS. D. N. Leonis XIII hortamur: « Date operam ut (fideles) *Tertium Ordinem* vulgo noscant atque ex veritate aestiment; providete, ut qui curam gerunt animarum, doceant sedulo qualis ille sit, quam facile unicuique pateat, quam magnis in animarum salutem privilegiis abundet, quantum utilitatis privatim et publice polliceatur » [1].

789. Leges Tertii Ordinis, et praesertim Constitutio *Misericors Dei Filius*, data die 30 Mai 1883, circa tertium Ordinem Franciscalem, accurate serventur. Ad dirimenda autem praecipua dubia, quae in erectione et moderatione Tertii Ordinis S. Francisci et aliorum Ordinum occurrere possunt, serventur resolutiones sacrarum Congregationum Urbis, praecipue decretum S. Congregationis Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum, diei 31 Ian. 1893 [2].

participan en cierto modo de la vida religiosa, y los terceros revestidos del hábito del Orden tienen la precedencia sobre todas las cofradías, aun las del Smo Sacramento, como varias veces ha declarado la Santa Sede, no obstante, juzgamos conveniente recomendarlo en este lugar, como nobilísimo modelo de hermandades piadosas y baluarte de la moral cristiana. Exhortamos, por tanto, á todos los Obispos con estas palabras en que Nuestro Santísimo Padre León XIII dice: « Esforzáos para que los fieles conozcan el Orden Tercero y aprendan á estimarlo: dictad vuestras providencias para que los Curas enseñen á menudo lo que es, cómo está al alcance de todos, en cuántos privilegios abunda para la salvación de las almas, y cuánto provecho promete al individuo y á la sociedad » [1].

789. Las reglas del Orden Tercero, y en especial la Constitución *Misericors Dei Filius*, de 30 de Mayo de 1883, sobre el Tercer Orden de S. Francisco, se observarán al pie de la letra. Para dirimir las principales dudas que pueden ocurrir en la erección y gobierno de las Ordenes Terceras, obsérvense las resoluciones de las Sagradas Congregaciones, principalmente el Decreto de la de Indulgencias y Sagradas Reliquias de 31 de Enero de 1893 [2].

[1] Leo XIII. Encycl. *Auspicato*, 17 Sept. 1882. — [2] V. Append. n. LXXVI.

CAPUT V.

De Institutis caritatis.

790. Insignia inter caritatis opera atque instituta merito habentur hospitales domus, quae pauperibus, peregrinis aegrotisque hominibus, nec non pueris ac senibus indigentibus seu derelictis excipiendis, iuvandis recreandisque, vel a prima Ecclesiae aetate, sunt erectae ac tantopere commendatae. Illae igitur, quas pia maiorum religio erexerat et temporum calamitate hic illic perierunt, vel quae, in egestatem redactae, pauperum solamini ereptae fuerunt, pro viribus instaurentur vel aliae erigantur, ad praesentes necessitates pauperum tum spirituales tum temporales accommodatae, implorata catholicorum liberalitate. *Beatus* enim, *qui intelligit super egenum et pauparem: in die mala liberabit eum Dominus* (Ps. XL, 1).

791. Administratores, tam ecclesiastici quam laici, hospitalium, confraternitatum, eleemosynarum, montis pietatis, et quorumcumque piorum locorum, singulis annis, teneantur reddere rationem administrationis Ordinario, ad mentem Concilii Tridentini. Quod si ex consuetudine aut privilegio, aut ex constitutione, aliis ad id deputatis ratio sit reddenda, tunc cum his adsit Ordinarius vel ipsius delegatus [1].

CAPÍTULO V.

De los Institutos de Caridad.

790. Entre las obras é institutos de caridad, ocupan justamente el primer lugar los hospicios y hospitales que, para albergar, ayudar ó educar á los pobres, peregrinos y enfermos, y á los niños ó ancianos abandonados ó reducidos á la indigencia, se han erigido y recomendado tanto, desde los primeros siglos de la Iglesia. Así, pues, los que erigió la piedad de nuestros mayores, y han destruido ó reducido á la pobreza las vicisitudes de los tiempos, se restaurarán en cuanto sea posible; ó se erigirán otros, contando con la liberalidad de los católicos, acomodados á las presentes necesidades, así temporales como espirituales, de los pobres. *Bienaventurado aquél que piensa en el necesitado y el pobre: el Señor lo librará en el día aciago* (Ps. XL, 1).

791. Los administradores, tanto eclesiásticos como seglares, de los hospitales, cofradías, limosnas, montes de piedad, y cualesquiera otros lugares píos, rendirán cada año cuenta de su administración al Ordinario, según la mente del Concilio de Trento. Y si por costumbre ó privilegio, ó en virtud de sus constituciones, la cuenta se ha de rendir á otros nombrados al efecto, á estos deberá asociarse el Ordinario ó su delegado [1].

[1] Cfr. Conc. Trid sess. 22. c. 9 de ref.

792. Si loca pia per vim maiorem bona immobilia vel mobilia amittant, administratores aliique ad quos spectet, ea ne sibi eripiantur, etiam via iudiciaria, satagant; neque unquam cessent divino cultui et operibus caritatis, quoad poterunt, vacare et officiis christianis et proximorum aedificationi studere. Et si quos libros vel documenta fisco tradere cogantur, non exhibeant nisi emissa protestatione, et servatis eorumdem exemplaribus. Nemini vero liceat sine proprii Ordinarii licentia assumere et exercere officium administratoris locorum piorum a civili auctoritate demandatum, nisi stetur conditionibus ab eodem Ordinario statutis [1].

792. Si los lugares pios por fuerza mayor perdieren sus bienes muebles ó inmuebles, los administradores y demás personas á quienes corresponde, procurarán impedir el despojo de todas maneras, aun por la vía judicial; y en cuanto sea posible, no dejarán que se interrumpa el culto divino, ni cesen las obras de caridad, ni se acaben las buenas obras cristianas ó que tienden á la edificación del prójimo. Si se ven obligados á entregar al fisco libros ó documentos, no los entreguen sin la debida protesta, y conserven copias de los mismos. Sin licencia del propio Ordinario nadie podrá aceptar ni ejercer el cargo de administrador de los lugares pios, impuesto por la autoridad civil, sin someterse á las condiciones establecidas por el mismo Ordinario [1].

Caput VI.

De Denario Sancti Petri.

793. *Denarium Sancti Petri*, quo fideles gravissimis indigentiis Romani Pontificis subveniunt, religio commendat et ratio suadet: « *Naturalis enim ratio dictat*, ait S. Thomas [2], *ut illi, qui habet curam de communi multitudinis statu, provideatur de bonis communibus, unde possit exequi ea, quae pertinent ad communem salutem* ». Unde anti-

Capítulo VI.

Del Obolo de San Pedro.

793. La Religión recomienda, y la razón sugiere, los donativos llamados *Obolo de San Pedro*, con que los fieles socorren las gravísimas necesidades del Romano Pontífice. « *Dicta la razón natural*, dice Santo Tomás [2], *que á la subsistencia de aquel que provee al bienestar común de la multitud, se provea con los bienes comunes, para que pueda*

[1] Cfr. Encycl. S. C EE. et RR. 18 Sept. 1891 (Mon. Eccl. VII. p. 1. pag. 197), et Synod. Dioec. Ostien et Velitern. a. 1892, p. 4. art. 10. — [2] S. Th. 2. 2, q. 87. a. 4.

quissimus fuit in Ecclesia usus piarum collectarum ad subsidia pecuniaria pro Pontifice Summo indigente comparanda.

794. Igitur, cum, ex temporum calamitate et impiorum malitia, multiplicentur in dies indigentiae Supremi Ecclesiae Patris ac Pastoris, multiplicari etiam debent piae fidelium largitiones, quibus dum mitigatur egestas augusta Pontificis Maximi, mirifice promoventur saluberrimi fructus apostolatus tum inter fideles, tum inter infideles, et confunduntur proposita sectariorum, qui salutiferam actionem et influxum, uti dicunt, Supremi Pontificatus ad nihilum reducere vellent, aut saltem inefficacem reddere.

795. Quapropter hortamur omnes, qui Ecclesiam Catholicam matrem et Romanum Pontificem patrem habere gloriantur, ut, si possint, saltem semel in anno, aliquod subsidium respectivis parochis vel Episcopis offerant pro Denario Sancti Petri. Qua in re, omnes animarum pastores et alii Dei ministri verbo et exemplo caeteris fidelibus praecedant. Et sane, sicut filii patri naturali subministrare debent alimenta, ut lex naturae docet, utque iura omnia sanciunt, ita etiam patrem et matrem spiritualem filii spi-

llevar á cabo cuanto pertenece á la salud común ». De aquí es que en la Iglesia es antiquísima la costumbre de las colectas, para conseguir subsidios pecuniarios para las necesidades del Romano Pontífice.

794. Así, pues, ya que los tiempos calamitosos, y la malicia de la impiedad, hacen que cada día se multipliquen las necesidades del Supremo Padre y Pastor de la Iglesia, justo es que se multipliquen igualmente las generosas oblaciones de los fieles, con que al mismo tiempo que se socorre la augusta pobreza del Sumo Pontífice, se dá impulso á los trabajos salubérrimos del apostolado, tanto entre los fieles como entre los infieles, y se confunden las maquinaciones de los sectarios, que quisieran aniquilar, ó por lo menos desvirtuar, la fructífera acción y la influencia, como la llaman, del Sumo Pontificado.

795. Por lo cual, exhortamos á cuantos se glorían de tener á la Iglesia Católica por madre y al Romano Pontífice por padre, á que, si pueden, por lo menos una vez al año, ofrezcan una limosna á sus párrocos ú Obispos para el Obolo de San Pedro. En esto los pastores de almas, y los demás ministros del Altísimo, deben ir á la vanguardia, excitando á los demás fieles con la palabra y con el ejemplo. Así como á los padres naturales tienen los hijos que suministrar los alimentos, como lo manda la ley natural y lo

rituales iuvare tenentur, eisque subsidia non negare.

796. Singulis annis, tempore et modo Episcopis bene viso, fiat collecta pro Denario Sancti Petri, et communes fidelium oblationes tuto et directe ad Romanum Pontificem per respectivos Ordinarios transmittantur.

sanciona el derecho positivo de todas las naciones, así también, es obligación de los hijos espirituales sustentar al padre y á la madre espiritual, y nunca negarles un socorro.

796. Cada año, en la época y del modo que determine el Obispo, se hará la colecta para el Obolo de San Pedro, y las oblaciones reunidas de los fieles, se enviarán directamente y de modo seguro al Romano Pontífice, por medio de los respectivos Ordinarios.

Caput VII.
De Seminario Pio-Latino-Americano Urbis fovendo et sustinendo.

797. Ad spiritualem utilitatem totius Americae Latinae, enixe commendamus Seminarium Pio-Latino-Americanum, in quo multi et praeclari evangelici praecones et animarum rectores, in Urbe totius christiani orbis principe et sub ipsis Romanorum Pontificum oculis, educati fuerunt, plurimique futuri illorum imitatores educantur. Igitur ab omnibus nostrarum Provinciarum Episcopis tuendum fovendumque esse mandamus; et in illud mitti debere volumus illos tantum alumnos, qui non modo bona corporis sanitate fruantur, sed quibus praeterea sit et animi robur et ingenii acumen.

798. Omnes Curiae Episcopales fideliter singulis annis solvere curent tributa a Sancta Sede pro su-

Capítulo VII.
De la protección al Seminario Pío-Latino-Americano de Roma y su sostenimiento.

797. Para el provecho espiritual de toda la América Latina, recomendamos encarecidamente el Seminario Pío-Latino-Americano de Roma, en que se han educado tantos y tan insignes predicadores evangélicos y curas de almas, en la Capital del Orbe cristiano y bajo los ojos de los Romanos Pontífices, y en que se educan actualmente muchos que serán dignos émulos de aquellos. Mandamos, por tanto, que los Obispos todos de nuestras Provincias, lo protejan y fomenten, y declaramos que á él deben mandarse sólo alumnos, que, además de disfrutar de buena salud, estén dotados de talento preclaro y ánimo varonil.

798. Todas las Curias Episcopales cuidarán de pagar anualmente, y con fidelidad, las contribuciones fijadas

stentatione praefati Seminarii statuta, quae quidem solutio sub gravi debetur, neque ex toto vel ex parte omitti potest, absque speciali indulto Apostolico. Quapropter, in omnibus Curiis Dioecesanis habeatur liber specialis, in quo omnia tributa laudato Seminario sive solvenda sive iam soluta accurate notentur, ut, vacante Sede, Vicarius Capitularis et deinde novus Episcopus perfecte sciant an et quantum sive solutum sive solvendum sit [1]

por la Santa Sede para el sostenimiento de dicho Seminario, cuyo pago obliga *sub gravi*, y no puede omitirse, del todo ó en parte, sin especial indulto Apostólico. Por lo cual, llévese en todas las Curias Diocesanas un libro especial, en que se apunten con exactitud las contribuciones, pagadas ó por pagar, al referido Seminario, para que, en sede vacante, el Vicario Capitular, y después el nuevo Obispo, sepan, sin peligro de error, cuánto se ha pagado y cuánto queda por pagar [1].

Caput VIII.
De collectionibus eleemosynarum ab Ecclesia commendatis.

799. Laudabiles sunt collectae in Ecclesia fieri solitae, dicente Apostolo (1. Cor. XVI. 1): *De collectis autem, quae fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiae, ita et vos facite.* Igitur licitae sunt et omnino commendabiles omnes illae publicae collectiones eleemosynarum, quae, legitima de causa ab auctoritate ecclesiastica probata, fiunt, in pios usus erogandae, scilicet ad opera religionis et caritatis, seu ad necessitates tum spirituales tum temporales sublevandas: quibus collectis lex eleemosynae privatim pauperibus impertiendae non solum non debilitatur, sed mirifice confirmatur. Improbamus collectiones eleemosynarum, quae sub nomine chorearum caritatis « *Bailes*

Capítulo VIII.
De las colectas de limosnas recomendadas por la Iglesia.

799. Laudables son las colectas que se acostumbra hacer en las Iglesias. Ya el Apóstol San Pablo decía (1 Cor. XVI, 1): *En cuanto á las limosnas que se recogen para los santos, practicadlo en la misma forma que yo he ordenado á las Iglesias de Galacia.* Son, por tanto, lícitas y altamente recomendables, esas colectas de limosnas que se hacen por causa legítima, aprobada por la autoridad eclesiástica, para erogarlas en objetos piadosos, es decir, en obras de religión y caridad, y subvenir á necesidades tanto temporales como espirituales; con cuyas colectas, no sólo no se debilita el precepto de dar limosna á los pobres en particular, sino se consolida y confirma. Reprobamos

[1] V. Appen. n. XXII; XXVII; LXXXV.

de caridad » vitium constituunt contrarium verae caritati, quae morum honestatis et christianae moderationis nutrix ac tutrix existit, non autem mundanae dissolutionis. Idem dicendum est de mundanis spectaculis theatralibus et taurorum exercitationibus, sub eodem praetextu peractis.

800. Inhaerentes canonicis praescriptionibus, et pravos eleemosynarum quaestorum abusus tollere volentes, prohibemus, ne clerici aut laici ad officium huiusmodi exercendum admittantur et eleemosynas colligant pro ecclesiis aut piis operibus, sine expressa Ordinarii licentia, salvis privilegiis a Sancta Sede concessis, de quorum authenticitate omnino constet.

801. Si quis quaestor absque debita licentia colligat oblationes, opportune per parochos vel per Curiam Dioecesanam moneatur populus fidelis, ut ei eleemosynas non suppeditet.

802. Collectores venientes ex alienis nationibus americanis non admittantur, nisi authentico et indubitato documento commendabiles dicantur, tamquam vera religiositate ac probitate praediti et legitimo mandato muniti. Si vero ex regionibus ultramarinis vel pro piis operibus ultramarinis huiusmodi collectores deputati dicantur, nullatenus admittantur, nisi authentice

las colectas de limosnas, que con el nombre de *Bailes de caridad*, autorizan un vicio contrario á la verdadera caridad, la cual es madre y tutora de la honestidad de costumbres y de la moderación cristiana, y de ninguna manera de la mundana disolución. Otro tanto decimos de los espectáculos teatrales y de las corridas de toros, que se verifican con el mismo pretexto.

800. Apoyados en las prescripciones canónicas, y queriendo desterrar los abusos de los colectores de limosnas, prohibimos absolutamente que se admita para este oficio á clérigos ó á seglares, ó que estos colecten limosnas para Iglesias ú obras pías, sin la expresa licencia del Ordinario, salvos los privilegios concedidos por la Santa Sede, de cuya autenticidad constare sin la menor duda.

801. Si hay algún colector que recoja limosnas sin la debida licencia, los párrocos, ó la Curia Diocesana, advertirán oportunamente á los fieles, para que no le den limosna.

802. No se admitirá á los colectores que vinieren de otras naciones de América, si no trajeren recomendaciones en documentos auténticos sin la menor duda, que acrediten que su misión es legítima, y que son personas religiosas y honradas. Si los colectores se dijeren enviados de regiones ultramarinas, ó pidieren para obras pías en el antiguo continente, de ninguna ma-

constet tum de mandato proprii Ordinarii, tum de licentia S. Congregationis de Propaganda Fide, si de locis eius iurisdictioni subiectis, vel alterius Romanae Congregationis, si de aliis locis agatur [1].

803. Quoniam collectiones eleemosynarum, ad pias causas particulares extra dioecesim existentes, novissimis hisce temporibus, in regionibus nostris, quam maxime multiplicatae, gravi nocumento esse possunt dioecesanis operibus caritatis et religionis, mandamus, ut, praeter requisita in art. praecedenti, Episcopi opportunas normas in singulis casibus praescribant.

804. Quotannis fiat collecta pro Terra Sancta, ad normam Litterarum Apostolicarum SS. D. N. Leonis XIII *Salvatoris*, diei 26 Dec. 1887 [2], quibus praescribitur, ut « totius terrarum orbis locorum Ordinarii sub sanctae obedientiae vinculo curare teneantur, ut respective, in cuiuscumque Dioecesis parochiali Ecclesia, una saltem singulis annis vice, nempe Feria Sexta Maioris Hebdomadae, vel alio ad uniuscuiusque Ordinarii lubitum similiter semel tantum quotannis eligendo die, fidelium caritati Sanctorum Locorum necessitates proponantur. Pari autem auctoritate expresse interdicimus atque prohibemus, ne quis audeat vel praesumat

nera se les dará crédito, si no consta auténticamente que son mandados por su propio Ordinario, y con licencia de la S. Congregación de Propaganda Fide, tratándose de lugares á ella sujetos, ó de otra Congregación Romana, si de otros lugares se trata [1].

803. Habiéndose multiplicado hasta el exceso últimamente, en nuestros países, las colectas de limosnas para objetos piadosos locales fuera de la diócesi, y pudiendo esto causar grave perjuicio á las obras diocesanas de caridad y religión, mandamos que, además de los requisitos enumerados, en el artículo precedente, los Obispos dicten en cada caso medidas especiales.

804. Se hará cada año la colecta para Tierra Santa, conforme á las Letras Apostólicas de Nuestro Santísimo Padre León XIII, *Salvatoris*, de 26 de Diciembre de 1887 [2], en que se prescribe « que los Ordinarios de todo el mundo, en virtud de santa obediencia, cuiden que en las Iglesias parroquiales de cada diócesi, por lo menos una vez al año, el Viernes Santo, ú otro día á elección del Ordinario, se propongan á la caridad de los fieles las necesidades de los Santos Lugares. Con igual autoridad, vedamos y prohimos expresamente, que alguno se atreva, ó presuma emplear en otros usos, las limosnas colectadas de cualquier modo que fuere para Tierra

[1] V. Appen. n. LXXX, ubi de sacerdot. oriental. — [2] Coll. P. F. n. 1638.

mat eleemosynas pro Terra Sancta quomodolibet collectas in alios usus convertere atque immutare. Propterea iubemus collectas, ut superius dictum est, eleemosynas, Parochum Episcopo, Episcopum tradere proximiori Ordinis S. Francisci pro Terra Sancta Commissario, hunc autem curare volumus ut eaedem quam citius Hierusalem ad Sanctorum Locorum Custodem, ut moris est, transmittantur ».

805. Similiter, ad normam Litterae Encyclicae SS. D. N. Leonis XIII *Catholicae Ecclesiae*, diei 20 Novembris 1890, quotannis, qua die in quibusque locis Epiphaniae Domini celebrantur mysteria, in subsidium operis pro Afris a servitute liberandis, et ad doctrinam Christi adducendis pecunia, stipis instar, corrogetur in ecclesiis et sacellis Episcoporum iurisdictioni subiectis, in singulis Dioecesibus. Pecunia autem praedicta die collecta Romam mittatur ad S. Congregationem de Propaganda Fide.

806. Commendamus pariter collectas pro piis operibus *Propagationis Fidei, Sanctae Infantiae, Scholarum Orientis,* nec non pro *Conferentiis S. Vincentii a Paulo*, aliasque praesertim, quae respiciunt conservationem et praeservationem fidei inter aborigines uniuscuiusque dioecesis.

807. Monemus autem collectores, parochos et officiales Curiarum Episcopalium, nemini licere, contra ca-

Santa. Por tanto, mandamos que el párroco remita al Obispo las limosnas recogidas como arriba se ha dicho, y el Obispo las entregue al Comisario más cercano del Orden de S. Francisco, y éste queremos que las transmita cuanto antes, según costumbre, al Custodio de los Santos Lugares, en Jerusalén ».

805. De igual manera, conforme á la Encíclica de Nuestro Santísimo Padre León XIII, *Catholicae Ecclesiae,* de 20 de Noviembre de 1890, cada año, el día de la Epifanía, se hará la colecta para contribuir á la redención de los esclavos de Africa, y á su evangelización, en todas las Iglesias y Oratorios sujetos á la jurisdicción del Obispo. El dinero recogido ese día, se mandará á la S. Congregación de Propaganda Fide.

806. Recomendamos también las colectas para las obras pías *de la Propagación de la Fé, de la Santa Infancia, de las Escuelas de Oriente* y para *las Conferencias de San Vicente de Paul*, y otras semejantes, especialmente las que miran á la conservación y propagación de la Fe, entre los indígenas de las diversas diócesis.

807. Advertimos á los colectores, párrocos y empleados de las Curias Episcopales, que á ninguno es lícito,

nonicas praescriptiones, absque speciali licentia Sanctae Sedis, partem aliquam eleemosynarum ad determinatum pium opus collectarum, ad alia pia opera sive dioecesana sive extradiocesana adhibere; sed eleemosynas omnes erogandas esse iuxta praescripta canonica, vel designationem Sanctae Sedis, vel dantium intentionem, servatis de iure servandis.

808. In eleemosynis colligendis sive in collectis faciendis, ut omnis abusus vitetur, nemo publice per vias et domos eleemosynas pro aliquo pio fine colligere audeat, absque licentia scripta Ordinarii loci, in quo eleemosynae colliguntur. Quae ordinatio ipsos quoque Regulares et personas religiosas comprehendit, salvis tamen privilegiis, quae Ordinibus mendicantibus sunt concessa. Praeterea, ad collectionem eleemosynarum nunquam personae deputentur, quae notorie non sint piae et honestae. In modo autem petendi eleemosynas ad opera pia, omnia sedulo vitentur, quae inhonesta sunt, quaestum sapiunt, populi christiani pietatem laedunt. Quare Ordinariorum erit, abusus, qui forte irrepserint in eleemosynis istis colligendis, omni studio eliminare. Si vero extra Ecclesiam fieri non possit collectio eleemosynarum, licita erit vel ad ianuam Ecclesiae vel intra illam, sive per clericum sive per laicum ad hoc deputatum, dummodo ordinationes ab Episcopo datae accu-

contra las prescripciones canónicas, y sin especial licencia de la Santa Sede, emplear una parte de las limosnas colectadas para una obra pía determinada, en otra obra pía, ya sea en la diócesi ó fuera de ella, sino que todas las limosnas se han de gastar conforme á lo prescrito por los Cánones, ó lo designado por la Santa Sede, ó según la intención de los donantes, observando cuanto el derecho manda observar.

808. Para evitar todo abuso al pedir limosna ó al hacer colectas, ninguno se atreva á colectar públicamente limosnas por las calles ó las casas, para algún objeto piadoso, sin licencia escrita del Ordinario del lugar donde se hace la colecta. Esta disposición comprende también á los mismos Regulares y personas religiosas, salvos siempre los privilegios concedidos á las Ordenes mendicantes. Además, nunca se ha de nombrar, para colectar limosnas, á personas que no sean notoriamente piadosas y honradas. En el modo de pedir limosnas para obras pías, se evitará con sumo cuidado cuanto sea impropio, ó tenga resabios de comercio, ó pueda herir los sentimentos piadosos del pueblo cristiano. Tocará al Ordinario eliminar, con todo empeño, los abusos que se introdujeren en la colectación de limosnas. Si no se pudieren hacer las colectas fuera de la Iglesia, podrán hacerse á la puerta, ó dentro de ella, por medio de clérigos ó seglares nombrados al efecto, con tal

rate observentur. Quoad Sorores eleemosynarum collectrices, servetur decretum *Singulari quidem* S. Congregationis Episcoporum et Regularium, diei 27 Martii 1896 [1].

que se observe al pie de la letra lo mandado por el Obispo. Por lo que toca á las monjas ó hermanas colectoras, obsérvese el decreto *Singulari quidem* de la S. Congregación de Obispos y Regulares, de 27 de Marzo de 1896 [1].

[1] V. Appen. n. LXXXIX.

TITULUS XII.

DE MODO CONFERENDI ECCLESIASTICA BENEFICIA

CAPUT I.

De subiecto beneficiorum.

809. In conferendis beneficiis ecclesiasticis, et praesertim parochialibus ecclesiis, personis dignis et habilibus, quae in loco residere et per se ipsos curam exercere valeant, quantam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri III in Lateranensi, et Gregorii X in Lugdunensi generalibus Conciliis, ac Innocentii similiter III et aliorum Romanorum Pontificum editae Constitutiones testantur [1]. Et sanctae Tridentinae Synodi decretis provide consultum est, regimen ecclesiarum parochialium iis esse committendum, quorum omnis aetas, a puerilibus exordiis ad perfectiores annos, per disciplinae ecclesiasticae stipendia ita cucurrisset, ut de illorum supra alios provectione, ac potiori doctrinae, morum, ac diuturni laboris suffragio, nefas esset dubitare [2].

810. Non sufficit igitur indignorum exclusio, sed requiritur accu-

TITULO XII.

DEL MODO DE CONFERIR LOS BENEFICIOS ECLESIASTICOS

CAPÍTULO I.

Del sujeto de los beneficios.

809. Las Constituciones de Alejandro III en el Concilio general de Letrán, de Gregorio X en el de León, de Inocencio III y de otros Romanos Pontífices, nos enseñan cuánta diligencia debe emplearse en la colación de los beneficios eclesiásticos, sobre todo, cuando hay que proveer las Iglesias parroquiales de personas dignas é idóneas, que en ellas residan y ejerzan personalmente la cura de almas [1]. También el Santo Concilio de Trento con gran sabiduría, decretó, que el gobierno de las Iglesias parroquiales se confíe á aquellos cuya vida entera, desde la niñez hasta la edad madura, se haya deslizado en la práctica de la eclesiástica disciplina, de suerte que no haya lugar á dudar que, en madurez de juicio, en ciencia, en moralidad, y en méritos adquiridos en los trabajos del ministerio, son superiores á los demás [2].

810. No basta, pues, la exclusión de los indignos, sino que se

[1] S. Pius V. Const. *In conferendis*, 18 Mart. 1567. — [2] Bened. XIV. Const. *Cum illud*, 14 Dec. 1742.

rata dignorum electio vel designatio; et contraria praxis ab Ecclesia damnata fuit, ut sapienter monet Benedictus XIV dicens: « Quia vero perniciosa apud plurimos opinio sensim invaluit, Tridentini decretis non praescriptam esse dignioris electionem, sed caveri tantummodo, ne indignis ecclesiae parochiales aliaque beneficia, quibus cura imminet animarum, conferrentur, s. m. Innocentius XI, Praedecessor Noster, erroneam doctrinam a vera et sincera Patrum mente longius deflectentem damnavit, et edocuit quam prudens ac diligens esse debeat pastoralis officii dispensatio » [1].

811. Quapropter, quicumque ad praesentationem, designationem, nominationem, admissionem vel confirmationem huiusmodi beneficiatorum concurrere debet, seu ius patronatus legitimum habet, sedulo perpendat gravissima haec verba laudati Benedicti XIV, scilicet: « Nihil gravius toto vitae cursu ipsi evenire posse, quam probatissimum hominem parochiae praeficiendum suis suffragiis renuntiare... Ob eam causam non esse temere festinandum, sed assiduis precibus exorandum Deum, ut coeleste lumen liberaliter impertiat... Nam sicuti detrimenta omnia, quae ab imperitis medicis, nautis atque imperato-

necesita la acertada elección, ó designación, de los dignos; y la práctica contraria ha sido condenada por la Iglesia, como nos enseña Benedicto XIV con estas palabras: « Por cuanto ha empezado á prevalecer entre muchos, la perniciosa opinión de que los decretos del Tridentino no prescriben la elección del más digno, sino únicamente prohiben que las Iglesias parroquiales, y otros beneficios, á que está aneja la cura de almas, se confieran á los indignos, Nuestro Predecesor Inocencio XI condenó tan errónea doctrina, que dista mucho del verdadero y sincero sentir de los Padres, y enseñó cuán prudente y diligente ha de ser la dispensación del cargo pastoral » [1].

811. Por tanto, todo el que tiene que concurrir á la presentación, designación, nombramiento, aceptación ó confirmación de esta clase de beneficiados, ha de ponderar con atención estas importantes palabras del citado Benedicto XIV: « Nada puede acaecer de tanta transcendencia en el transcurso de la vida, como el dar su voto para que un varón bien probado se ponga al frente de una parroquia... Por tal motivo, no hay que precipitarse sino antes bien, hay que rogar á Dios con fervientes súplicas, que nos ilumine liberalmente con su luz celestial... Así como los perjuicios causados por médicos, marinos ó

[1] Bened. XIV, Const. *Cum illud*, 14 Dec. 1742.

ribus dimanant, ad illos, a quibus electi sunt, merito referuntur, ita, qui privatis suis cupiditatibus obsecundans, sacerdotem idoneum omnique laudis genere praestantem negligit, aliumque suffragio suo nuncupat ad animarum regimen minus accommodatum, malorum omnium, quae inde consequentur, velut auctor a Deo iudicabitur. Bona vero, quae praestantior sacerdos excitasset, si ipsi parochiae administratio delata fuisset, ab iis severissime Deus exiget, qui suffragium impertiri recusarunt. Hanc sententiam pietatis Magister Ludovicus Granatensis scriptam reliquit: *Praeferens indignum reus est omnium animarum, quae ob eius indignitatem periclitantur; reus est omnium flagitiorum, quae ex hoc crimine consequuntur; reus denique omnium, aut eleemosynarum aut aliorum bonorum, quae boni Rectoris studio perficerentur* » [1]. Et ovium Christi sanguinem, quae ex malo negligentium et sui officii immemorum pastorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus de manibus eorum est requisiturus [2].

812. Candidati autem, propriam idoneitatem ad normam iuris et ecclesiasticae modestiae comprobaturi, « verecunde, divinique obsequii desiderio, et salutis animarum causa solum adducti, suae virtutis testimonia proferant, et voluntatem

generales inexpertos, se atribuyen, no sin razón, á aquellos que los eligieron, así aquel que, cediendo á sus propias pasiones, desecha á un sacerdote idóneo y de brillantes cualidades, y da su voto á otro menos apto para el gobierno de las almas, será juzgado por Dios como autor de los males que de aquí se siguieren. De igual suerte, pedirá Dios estrecha cuenta á aquellos que le negaron su voto, de los beneficios que habría prodigado el sacerdote más eminente, si se le hubiera conferido la parroquia. Tal es la opinión del gran Maestro de espíritu Fray Luis de Granada: « *Quien prefiere á un indigno* (dice) *tiene que responder de las almas que se pierden por su indignidad; tiene que responder de los crímenes que sean consecuencia de esta falta; tiene, por último, que responder de las limosnas y de todas las buenas obras que habría llevado á cabo el celo de un buen Párroco* » [1]. Nuestro Señor Jesucristo pedirá á aquellos, cuenta de la sangre de sus ovejas, que perecieren por culpa de los pastores negligentes y olvidados de sus deberes [2].

812. Los candidatos, al probar su idoneidad, conforme á las reglas del derecho y de la modestia cristiana, con moderación y movidos sólo por el deseo de obedecer á Dios y procurar la salud de las almas, aduzcan los comprobantes

[1] Bened. XIV. Instit. 12. n. 3-5. — [2] Conc. Trid. sess. 24. cap. 1 de ref.

obtinendae parochiae declarent, si bene atque utiliter *parochianis* ita consulatur; deinde curas abiiciant, omnemque rei exitum ad supremam Dei providentiam penitus referant » [1].

813. Magistratus autem vel alii, si qui sint, quibus forte ius patronatus vel praesentationis ad aliqua beneficia competit, omnino abstineant a promissionibus circa beneficia nondum vacantia; et sciant huiusmodi promissa, adveniente etiam vacatione, nullius ponderis esse. Caeterum neminem recte iudicantem latet, « non sine piaculo huiusmodi nominationis amicitiae, aut cognationis habita ratione, fieri, sed unice spectandum esse, an cum Dei obsequio et Ecclesiae utilitate coniungantur » [2].

814. Potentes vero et magnates huius saeculi omnino abstineant ab importunis precibus circa beneficia conferenda, dicente Benedicto XIV cum Angelico Doctore: « Quando fiunt preces pro indigno, vel ab aliquo potente, qui periculum comminatur, quae *preces armatae* dicuntur, manifeste simonia committitur, si propter hoc beneficium ecclesiasticum datur; si autem pro digno fiant... si tamen principaliter moveatur favore precum, vel timore rogantis, quantum ad divinum iu-

de su propia virtud, y declaren su voluntad de obtener una parroquia, si así conviene á la felicidad y provecho de los *feligreses;* luego hagan á un lado toda zozobra, y dejen á la soberana providencia de Dios el éxito total de la empresa [1].

813. Los Magistrados, ú otros, si los hubiere, á quienes compete el derecho de patronato ó de presentación á algunos beneficios, se abstendrán por completo de toda promesa concerniente á beneficios aún no vacantes; y deben saber que tales promesas, una vez que sobrevenga la vacante, son nulas y de ningún valor. Por lo demás, á ningún hombre de sano juicio se oculta « que entrañan grave responsabilidad estos nombramientos, á que sólo mueven razones de amistad y parentesco, cuando sólo se ha de atender en ellos al honor de Dios y al provecho de la Iglesia » [2].

814. Los poderosos y magnates de este mundo, se abstendrán de importunas instancias para la colación de beneficios, atendiendo á lo que dice Benedicto XIV con el Angélico Doctor: « Cuando se hacen instancias en favor de un indigno, por algún poderoso que las acompaña con amenazas, y se llaman en este caso *súplicas armadas*, claro es que se comete simonía, si por esto se da el beneficio eclesiástico. Cuando se hacen por un sujeto digno.... si, no obstante, lo mueven principal-

[1] Bened. XIV. Instit. 12. n. 11. — [2] Bened. XIV. Ibid. n 8

dicium, simoniam committit et rogatus et rogans, si hoc intendat, sive aliquis pro se roget, sive pro alio » [1]. Unde, si grave foret peccatum Praelati, qui ad aliquod beneficium conferendum principaliter moveretur favore precum vel timore rogantis, sine comparatione gravius esset peccatum huiusmodi potentatuum, qui conscientiae et auctoritati Praelatorum vel aperte vel, quod damnabilius quodammodo est, indirecte et per obliquum violentiam inferrent; nec eos excusarent, immo moralis violentiae reatum aggravarent, rationes quae dicuntur *politicae* vel *Status:* et gravissimum undequaque dicendum esset crimen Clericorum, qui pro beneficio obtinendo ad huiusmodi intercessiones recurrerent.

815. Denique meminerint omnes Clerici protectionem potentatuum quaerentes, eorumque iniusti protectores, excommunicationi latae sententiae, Romano Pontifici reservatae, subiacere: « reos simoniae realis in beneficiis quibuslibet, eorumque complices » [2]. Igitur, si quis Clericus, quod Deus avertat, hac labe infectus fuerit, et realem simoniam sibi condonari voluerit, ante omnia hoc monitum perpendat et citissime executioni mandet, scilimente las súplicas, ó el temor del que las hace, en la presencia de Dios cometen simonía tanto el que acepta las instancias como el que las hace, si ésta es su intención, y ya sea que pida para sí ó para otro » [1]. De aquí resulta que, si grave sería el pecado del Prelado que, para la colación de un beneficio, se dejara mover principalmente por tales súplicas, ó tales temores, más grave sin comparación sería el de los potentados que hicieran violencia á la autoridad y á la conciencia de los Prelados, ya abiertamente, ya, lo que á veces es peor, indirectamente y por caminos torcidos. Ni les servirían de excusa, sino antes agravarían el reato de violencia moral, esas razones que se llaman de *política* ó de *Estado;* y sería, bajo todos aspectos, imperdonable, el crimen de los clérigos que, para obtener un beneficio, recurrieran á tales intercesores.

815. Por último, recuerden todos los clérigos que solicitan la protección de los poderosos, y sus injustos protectores, que incurren en excomunión *latae sententiae* reservada al Romano Pontífice [2]: « los reos de simonía real en cualquiera clase de beneficios, y sus cómplices ». Por tanto, si, lo que Dios no quiera, se hubiere algún clérigo contaminado con esta mancha, y quisiere obtener la absolución de simonía real, ante todo, pondere este

[1] Ben. XIV. Inst. 12. n. 12. — [2] Pius IX. Const. *Apostolicae Sedis.*

cet: « *Dimittat, moneat, restituat;* videlicet *dimittat* beneficium, quod malis artibus acquisivit; *moneat* eum, qui pretium accepit, ut illud in Ecclesiae vel egenorum commodum convertat; *restituat* fructus omnes, quos ab Ecclesia percepe-rit » [1].

consejo y póngalo en práctica cuanto antes: « *Renuncie, advierta, restituya* » es decir, *renuncie* el beneficio que con vedados artificios adquirió; *advierta* á aquel que recibió la paga, que la invierta en socorrer á la Iglesia ó á los pobres; *restituya* todos los frutos que hubiere percibido de la Iglesia [1].

CAPUT II.

De beneficiis parochialibus.

816. Episcopus unicuique parochiae vel determinatis paroeciis, si id paucitas sacerdotum exigat, suum parochum assignet [2], ita ut « nullus alterius parochiae terminos aut ius invadat; sed sit unusquisque suis terminis contentus, et taliter Ecclesiam et plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal aeterni Iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat; et non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat » [3].

CAPÍTULO II.

De los beneficios parroquiales.

816. El Obispo asignará á cada parroquia, ó á determinado número de parroquias, si la escasez de sacerdotes así lo exigiere, su propio párroco [2]; de suerte « que ninguno invada el territorio ó los derechos de otra parroquia, sino que cada cual esté contento dentro de sus propios confines, y de tal manera gobierne la Iglesia y la feligresía que se le ha confiado, que pueda rendir cuenta ante el tribunal del Eterno Juez, de todos y cada uno de los que se le han encomendado, y reciba, no castigo, sino recompensa por sus acciones » [3].

817. Quoad resignationes autem paroeciarum titulo inamovibili collatarum, « Episcopi et alii facultatem habentes, eorum dumtaxat resignationes recipere et admittere possint, qui, aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti vel vitiati, aut crimini obnoxii censurisque ecclesiasticis irretiti, ne-

817. Por lo que toca á las renuncias de las parroquias, conferidas á título inamovible, « los Obispos, y otros que para ello tengan facultad, sólo podrán admitir y aceptar las renuncias de aquellos que, ó agobiados por la vejez, ó enfermos, ó impedidos, ó defectuosos corporalmente, ó culpables de algún cri-

[1] Bened. XIV. Institut. 12. n. 12. — [2] Conc. Trid. sess. 24 c. 13 de ref. — — [3] Cap. *Ecclesias,* caus. 13. q. 1.

queunt aut non debent eccclesiae vel beneficio inservire..., qui etiam, ob capitales inimicitias, nequeunt vel non audent in loco beneficii residere securi » [1] caeterique de quibus agitur in Constitutione S. Pii V *Quanta Ecclesia Dei.* « Sed nec horum ullus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus, valeat ullo modo beneficium vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commode sustentari. Ad haec, beneficiorum et officiorum permutationes admittere, quae canonicis sanctionibus et apostolicis constitutionibus permittuntur » [2].

men, ó envueltos en censuras eclesiásticas.... no pueden ó no deben servir á la Iglesia, ó desempeñar el beneficio... como también de los que, por enemistades mortales, no pueden ó no se atreven á residir en el lugar de su beneficio » [1], y de los demás de que trata la Constitución de San Pío V, *Quanta Ecclesiae Dei.* « Pero aun de estos, ninguno, ya con órdenes sagradas, podrá renunciar el beneficio ú oficio eclesiástico, salvo para entrar en religión, si no tiene por otra parte un modo decoroso de mantenerse. A esto puede añadirse, el admitir las permutas de beneficios y oficios, permitidas por las sanciones canónicas y las constituciones Apostólicas [2].

818. Sicubi aliqui ex Parochis titulo inamovibili donati tali abutantur conditione ut turpiter et scandalose vivant, postquam praemoniti fuerint, Episcopi eos coërceant, ac castigent; et, si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficiis, iuxta sacrorum Canonum constitutiones, exemptione et appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant [3]. Quando vero ob imperitiam et inidoneitatem, vel ex gravi odio et aversione plebis, parochus paroeciae suae amplius consulere non potest, tunc, per oeconomicam provisionem, ab exercitio muneris parochialis removeri potest etiam invitus, sive ad tempus sive

818. Si, en alguna parte, hubiere algunos párrocos, nombrados á título inamovible, que abusen de su situación para vivir torpe y escandalosamente, los Obispos, después de amonestarlos, los corregirán y castigarán; y si todavía permanecieren incorregibles en su conducta, tendrán facultad de privarlos de sus beneficios, conforme á las constituciones de los sagrados Cánones, sin que haya lugar á exención ó apelación de ningún género [3]. Pero cuando, por impericia, ó ineptitud, ó por odio grave, ó aversión de la feligresía, no puede ya el cura gobernar su parroquia, entonces, por medida económica puede removérsele, aun

[1] S. Pius V. Const. *Quanta Ecclesiae Dei,* 1 April. 1568. — [2] S. Pius V. Const. *Quanta Ecclesiae Dei,* 1 April. 1568. — [3] Conc. Trid. sess. 21. cap. 6 de ref.

in perpetuum, prout natura impedimenti postulet, retento tamen beneficio: quo in casu, per Oeconomum seu Coadiutorem pleno iure paroecia regenda erit, servatis de iure servandis quoad congruam ab Ordinario designandam. Talium vero Oeconomorum seu Coadiutorum designatio a solo Ordinario fiat, non autem a parocho, qui a sua parochia quacumque de causa separetur [1].

contra su voluntad, del ejercicio de las funciones parroquiales, sea temporal sea perpetuamente, según lo requiera la naturaleza del impedimento; pero conservando el beneficio: en cuyo caso administrará la parroquia un ecónomo ó coadjutor con plenos derechos, observándose lo que manda el derecho, por lo que toca á la congrua, que señalará el Ordinario. El nombramiento de tales ecónomos, ó coadjutores, se hará únicamente por el Ordinario, y no por el cura que, sea cual fuere la causa, ha sido separado de su parroquia [1].

819. Ut autem omnes, ad quos spectat, normam habeant tutam ad dignoscendas causas privationis paroeciarum, ubi titula inamavibilia habeantur, imprimis attendant necesse est causas in iure communi et praesertim in Concilio Tridentino (*sess. 21 cap. 6 de ref.*) iam expressas, propter quas privatio officii et beneficii parochialis, sive ipso facto incurrenda, sive per sententiam condemnatoriam infligenda statuitur.

819. Para que todos aquellos á quienes concierne, tengan una regla segura para conocer las causas de privación de una parroquia, conferida á título inamovible, ante todo atenderán á las causas especificadas en el derecho común, y en especial en el Concilio de Trento (*sess. 21, cap. 6 de ref.*) por las cuales se decreta la privación del oficio y beneficio parroquial, ya sea *ipso facto incurrenda*, ya sea después de una sentencia condenatoria.

820. Praeterea implorata, quatenus opus sit, Apostolica declaratione pro tota America Latina, causae *speciales* privationis ab officio et beneficio parochiali nominatim declarantur sequentes:

820. Además, implorando para ello, si necesario fuere, una declaración Apostólica para toda la América Latina, declaramos que son causas *especiales* de privación del oficio y beneficio parroquial las siguientes:

I. Publica, perdurans graviterque culpabilis infamatio quoad mores

I. La pública, larga y gravemente culpable infamia, tocante á la

[1] Cfr. Conc. Trid. ibid.

sacerdotales, etiam post legitimam admonitionem non correctos, qua cura animarum grave damnum patiatur;

II. Temeraria et post legitimam monitionem contumaciter repetita ad matrimonium admissio eorum, qui publicis impedimentis rite non dispensatis detinentur;

III. Omissio temeraria instructionis catecheticae, diebus saltem dominicis et festis solemnibus, per maiorem anni partem, et post legitimam monitionem pertinaciter continuata. Item temeraria et post legitimam monitionem iterata negligentia in administratione Sacramentorum fidelibus in articulo mortis constitutis, etiam ex sola causa distantiae ab ecclesia parochiali admissa;

IV. Gravis, publica et post legitimam monitionem repetita iniustitia et inobedientia in exigendis taxis, praesertim occasione matrimoniorum contrahendorum aut funerum, contra leges diocesanas de taxis latas;

V. Gravis, publica, per maiorem anni partem temere protracta, atque post legitimam admonitionem pertinaciter continuata negligentia spiritualis curae et institutionis christianae Indis et Nigritis paroeciae, impendendae secundum normas in legibus dioecesanis praescriptas.

821. Quod si, ullo in casu, ex hisce legitimis causis, ad privationem ab officio et beneficio paro-

moralidad sacerdotal, no corregida aun después de la amonestación legítima, y por la cual padezca grave daño la cura de almas.

II. La admisión temeraria al matrimonio, repetida con contumacia, después de las admoniciones legales, de aquellos que tienen impedimentos no dispensados.

III. La omisión temeraria de la enseñanza del catecismo, aun los domingos y fiestas solemnes, durante la mayor parte del año, continuada pertinazmente después de las amonestaciones legítimas. Además, la negligencia temeraria y reiterada, después de dichas admoniciones, en la administración de los sacramentos, á los fieles en peligro de muerte, aun por la única causa de la distancia de la parroquia.

IV. La injusticia grave, pública y repetida después de las amonestaciones legítimas, y la desobediencia en exigir los derechos, sobre todo por los matrimonios y entierros, contra las leyes diocesanas sobre aranceles.

V. La negligencia grave, pública, y prolongada temerariamente la mayor parte del año, y continuada con pertinacia después de la admonición jurídica, en el cuidado espiritual y educación cristiana, de que han de ser objeto los indios y negros de la parroquia, conforme á los estatutos diocesanos.

821. Si se diere el caso de proceder á la privación del oficio ó beneficio parroquial, por alguna de

chiali procedatur, id nunquam fiat, nisi servata forma canonica saltem processus summarii, confecti ad tramites Instructionis S. Congregationis Episcoporum et Regularium, die 11 Iunii 1880 [1].

CAPUT. III.

De lege concursus.

822. Cum in pluribus regionibus nostris perdifficilis sit celebratio concursuum, pro collatione beneficiorum praesertim parochialium, volumus ut, in huiusmodi regionibus, implorata Apostolicae Sedis venia, omnes paroeciae titulo amovibili conferantur.

823. Quoad regiones vero ubi concursus de iudicio Episcoporum Provinciae haberi possunt, serventur normae a Sancta Sede praescriptae (imploratis, si opus fuerit, apostolicis indultis quoad modum), praesertim Constitutiones S. Pii V, *In Conferendis*, et Benedicti XIV, *Cum illud* [2].

estas causas legítimas, nunca se hará sin observar las formalidades canónicas, por lo menos del proceso sumario, instruido conforme á la Instrucción de la S. Congregación de Obispos y Regulares, de 11 de Junio de 1880 [1].

CAPÍTULO III.

Del concurso.

822. Siendo muy difícil, en muchas de nuestras regiones, la celebración del concurso, para la colación, en especial, de los beneficios parroquiales, queremos que, en esas comarcas, implorando el permiso de la Silla Apostólica, todas las parroquias se confieran á título amovible.

823. En aquellas comarcas en que, á juicio de los Obispos de la provincia, pueden tenerse los concursos, guárdense las reglas prescritas por la Santa Sede (implorando el indulto Apostólico sobre el modo, si fuere necesario) y en especial las Constituciones de San Pío V: *In conferendis* y de Benedicto XIV: *Cum illud* [2].

[1] V. Appen. n. XLV. — [2] V. Appen. n. XII.

TITULUS XIII.

DE IURE ECCLESIAE ACQUIRENDI ET POSSIDENDI BONA TEMPORALIA.

CAPUT I.

De iure Ecclesiae acquirendi et possidendi bona temporalia.

824. Ecclesia Catholica, cum sit societas visibilis atque perfecta, quae ad fines sibi proprios necessario indiget bonis temporalibus, ius quoque habet nativum et legitimum acquirendi et possidendi bona temporalia [1].

825. Quod ius Ecclesiae acquirendi et possidendi bona temporalia, ex natura rei et fine proprio, minime ad sola bona mobilia est limitatum, sed ad immobilia quoque bona extenditur. Quare Ecclesiae iura eiusque libertatem graviter laedunt, qui facultatem eidem denegant acquirendi servandique bona immobilia, ad normam sacrorum Canonum.

826. Quoad modos acquirendi dominium, nemini dubium esse potest Ecclesiam omnibus illis modis

[1] Syllab. Pii IX, prop. 26-27.

TITULO XIII.

DEL DERECHO QUE TIENE LA IGLESIA DE ADQUIRIR Y POSEER BIENES TEMPORALES

CAPÍTULO I.

Del derecho que tiene la Iglesia de adquirir y poseer bienes temporales.

824. La Iglesia Católica, siendo una sociedad visible y perfecta que, para sus fines propios, requiere necesariamente bienes temporales, tiene precisamente, por su naturaleza misma, el derecho legítimo de adquirirlos y poseerlos [1].

825. Este derecho que compete á la Iglesia, de adquirir y poseer bienes temporales, no se limita por su naturaleza misma y su objeto determinado, á los bienes muebles, sino que tiene que extenderse á los bienes raíces. Por tanto, violan gravemente los derechos y la libertad de la Iglesia, cuantos le niegan la facultad de adquirir y conservar bienes raíces, conforme á los sagrados Cánones.

826. Por lo que toca al modo de adquirir dominio, no es posible dudar que la Iglesia puede adquirir

bona temporalia acquirere posse, a quibus quilibet homo honestus ac dominii capax non est exclusus. Nulla igitur ratione prohibetur, quominus per occupationem, accessionem, praescriptionem, contractus, dominium bonorum temporalium acquirat. Inter istos autem modos magis expedire in praxi videntur liberales oblationes fidelium, fundationes piae, legata et testamenta ad causas ecclesiasticas.

827. Bona temporalia ab Ecclesia acquisita, cum, ex intentione sive dantium sive Ecclesiae, ad fines sacros destinentur, atque vere et proprie in dominio sacrarum personarum existant vel Ecclesiae vel Institutorum ecclesiasticorum, sine sacrilegio invadi, rapi et ad usus profanos converti nequeunt. Unde secundum Tridentinum excommunicationis poena, ipso facto incurrenda ac Summo Pontifici reservata, in eos infligitur qui, ausu prorsus sacrilego, cuiusque ecclesiae aut pii loci bona invadere vel usurpare vel ea emere ab usurpatoribus [1] non reformident; a qua non liberantur quamdiu Ecclesiae non satisfecerint, ac deinde absolutionem non obtinuerint [2]. Quam poenam Pius IX confirmavit in Constitutione *Apostolicae Sedis*.

828. Omnia bona temporalia, quae ex legitimis titulis huc usque recensitis ab Ecclesia acquiruntur,

bienes temporales, de todas aquellas maneras no vedadas á cualquier hombre honrado y capaz de dominio. No puede, pues, prohibírsele que adquiera el dominio de bienes temporales por ocupación, accesión, prescripción ó contrato. Pero en la práctica, lo que más conviene, son las liberales oblaciones de los fieles, las fundaciones piadosas, los legados y testamentos á favor de la Iglesia.

827. Como los bienes temporales adquiridos por la Iglesia, conforme á la intención de los donantes, se destinan á objetos piadosos y, en realidad y verdad, están bajo el dominio de personas sagradas, ó de la Iglesia, ó de Institutos religiosos, no pueden, sin sacrilegio, arrebatársele, incautarse, ni destinarse á usos profanos. Por lo cual, según el Tridentino, son castigados con la pena de excomunión mayor *ipso facto incurrenda*, y reservada al Romano Pontífice, los que, con sacrílega audacia, osaren usurpar, ó apoderarse de los bienes de alguna Iglesia ó lugar pío, ó comprarlos á los detentadores [1]; de la cual no quedan libres, mientras no satisfacen á la Iglesia y reciben la absolución [2]. Pío IX confirmó esta pena en la Constitución *Apostolicae Sedis*.

828. Todos los bienes temporales que la Iglesia hubiere adquirido, en virtud de los títulos legítimos

[1] S. Off. 8 Iulii 1874 (Coll. P. F. n. 1631). — [2] Conc. Trid. sess. 22. cap. 11 de ref.

sub suprema potestate et tutela Romani Pontificis, quae interdum altum rerum ecclesiasticarum dominium appellatur, sunt constituta. At utile et directum dominium bonorum ecclesiasticorum pertinet ad illas ecclesias particulares vel instituta ecclesiastica vel causas et societates pias, quibus in foro ecclesiastico tituli possessionis addicti sunt [1]. Quod si instituta illa ecclesiastica, ex iure civili alicuius reipublicae, per summam iniuriam, non admittuntur tamquam subiecta capacia possidendi bona temporalia, Episcoporum vel aliorum competentium Praelatorum ecclesiasticorum erit, consultis viris in iure civili peritis, et approbante Sede Apostolica, eos definire modos, quibus per titulos iure civili validos assecurentur bona ecclesiastica.

arriba enumerados, quedan sujetos á la suprema autoridad y tutela del Romano Pontífice, que suele llamarse el alto dominio eclesiástico. Empero, el dominio útil y directo de los bienes eclesiásticos, pertenece á aquellas Iglesias particulares, ó institutos, ó causas, ó sociedades piadosas, á quienes, en el fuero eclesiástico se han adjudicado los títulos de posesión [1]. Y si, con suma injusticia, las leyes civiles de alguna República no reconocen á esos Institutos eclesiásticos como sujetos capaces de poseer bienes temporales, tocará á los Obispos y demás Prelados competentes, después de consultar á eminentes jurisconsultos, y obtener la aprobación de la Silla Apostólica, determinar el modo con que puedan asegurarse los bienes de la Iglesia, con títulos reconocidos por la ley civil.

Caput II.

De bonis mobilibus.

829. Oblationes fidelium, quemadmodum sunt antiquissimus fons proventuum ecclesiasticorum, ita menti Ecclesiae atque pietati et caritati Christifidelium maxime sunt conformes. Decet enim, ut christiani, aequitate et caritate erga pastores suos et pauperes ducti, atque reverentia in cultum divinum excitati, potius sponte bona temporalia Ecclesiae afferant, quam legibus atque

Capítulo II.

De los bienes muebles.

829. Las oblaciones de los fieles, así como son la fuente más antigua de las rentas eclesiásticas, así también están en perfecta conformidad con la mente de la Iglesia, y con la piedad y la caridad de los fieles. Porque es más conveniente que los cristianos, guiados por la equidad y el amor hacia sus pastores y á los pobres, y movidos por la reverencia al culto divino, ofrezcan es-

[1] Conc. Prov. Neo-Granat. an. 1868, tit. 9, cap. 1.

poenis ad ea praestanda compellantur. Quae oblationes, quamvis saepissime sint liberae, tamen non raro etiam stricta obligatione a fidelibus sunt dandae. Id quod potissimum obtinet, si oblatio debetur per modum census vi conventionis antea factae, aut propter votum vel testamentum vel legatum, aut ob cultum divinum, pauperum subsidium, ministrorum Ecclesiae sustentationem, si aliunde non sit provisum, aut ex consuetudine legitime praescripta, aut expressa legis ecclesiasticae sanctione. Etenim ipso iure naturali obligantur fideles, ut ad sustentationem Cleri aliasque Ecclesiae necessitates suis oblationibus pro viribus concurrant. Hinc Ecclesia, auctoritate sua, oblationes illas praescribere et exigere potest, quas singuli fideles, iuxta mensuram ab Ecclesia definitam, solvere tenentur [1]. In nostris autem regionibus Ecclesia haud raro destituta est reditibus, quos ex fundationibus stabilibus pro clericis, cultu divino, seminariis, hospitalibus aliisque piis operibus percipere possit; firma igitur manet obligatio fidelium pro viribus et ex aequa Episcoporum determinatione solvendi contributiones sibi impositas ad onera Ecclesiae sustentanda. Attamen firmiter speramus, ut fideles, pro avita sua pietate et liberalitate, spontaneis oblationibus Ecclesiae concedant, quod ipsa optimo iure postulare

pontáneamente á la Iglesia socorros temporales, que no el que se vean apremiados á hacerlo por leyes y penas. Aunque estas oblaciones casi siempre son libres, á veces también tienen que darlas los fieles por estrecha obligación. Esto sucede, principalmente, cuando la ofrenda se debe por vía de contribución, en virtud de previo convenio, ó por voto, ó por disposición testamentaria ó legado, ó es para el culto divino, el socorro de los pobres, ó la sustentación de los ministros de la Iglesia, á que no se ha proveido de otra manera, ó por costumbre legítima, ó per expresa sanción de una ley eclesiástica. En realidad, el mismo derecho natural obliga á los fieles á contribuir, con sus ofrendas, á la sustentación del clero y al alivio de las demás necesidades de la Iglesia. De aquí resulta que la misma Iglesia, en virtud de su autoridad, puede prescribir y exigir esas oblaciones, y que todos los fieles están obligados á pagarlas, en la proporción que aquella determine [1]. Acaece á menudo en nuestras Repúblicas, que la Iglesia esté privada de las rentas, que pudiera percibir de fundaciones estables, para el clero, el culto, los seminarios, hospitales y otras obras plas: queda, pues, en pié la obligación de los fieles, de pagar, según sus recursos, las contribuciones que la equidad de los Obispos les impusiere para sostener

[1] S. Poenit. 25 Aug. 1887 (Mon. Eccl. V. p. 1 pag. 150).

posset [1]. Ne autem inanes fiant fidelium donationes, ad ecclesias aliaque pia loca instituenda in regionibus Missionum, videlicet quando in praefatis Missionibus verae paroeciae erigi poterunt et Ordinario tradi, volumus ut, in omnibus huiusmodi fundationibus, dotationibus etc. ecclesiarum et piorum locorum, specialis inseratur clausula, qua expressis verbis declaretur omnimodae Episcoporum iurisdictioni, proprietati et liberae administrationi tradenda fore omnia bona mobilia Missionis, quando ipsae Missiones in paroecias ordinarias constitui contigerit, servatis normis in Constitutione *Romanos Pontifices* praescriptis.

las cargas de la Iglesia. Empero, alimentamos la firme esperanza, que los fieles, con su piedad y liberalidad tradicionales, darán á la Iglesia, con ofrendas espontáneas, lo que ella con todo derecho pudiera exigirles [1]. Para que no resulten iluso rias las donaciones de los fieles, para fundar Iglesias y establecimientos piadosos en países de misiones, una vez que estas misiones se hayan podido erigir en verdaderas parroquias, y entregarse al Ordinario, queremos que en toda esta clase de fundaciones, dotaciones, etc. de Iglesias y establecimientos piadosos, se inserte una cláusula especial, declarando con palabras terminantes, que todos los bienes inmuebles de la misión han de quedar sujetos á la omnímoda jurisdicción, propiedad y libre administración de los Obispos, siempre que las mismas misiones hayan podido erigirse en parroquias ordinarias, conforme á la Constitución *Romanos Pontifices.*

830. Oblationes mere voluntariae, quae etiam nunc sive in ecclesia parochiali sive in aliis ecclesiis vel sacellis fiunt, impendantur iuxta intentionem offerentium. Quod si de particulari offerentium intentione non constet, distributio oblationum pro prudenti arbitrio Ordinarii fiat. Administratio huiusmodi voluntariarum oblationum pertinet ad parochum, nisi ecclesia vel sacellum proprium habeat administratorem.

830. Las oblaciones puramente voluntarias, que se acostumbran dar en el templo parroquial ó en otras Iglesias y capillas, gástense conforme á la intención de los donantes. Si de ésta no constare, se hará su distribución según el prudente arbitrio del Ordinario. La administración de estas ofrendas voluntarias pertenece al párroco, salvo que la Iglesia ó la capilla tengan su propio administrador, en cuyo caso

[1] V. Appen. n. CXXVII.

Talis autem administrator approbatus sit oportet ab Ordinario, cui etiam rationem de administratione reddere debet.

831. *Iura stolae*, sicuti optimo iure, iuxta laudabiles consuetudines [1], occasione quarumdam sacrarum functionum, veluti baptismi, benedictionis matrimonii, sepulturae, parochis solvenda sunt, ita a vere pauperibus perperam expetuntur, et summo cum scandalo atque animarum pernicie sub comminatione dilationis baptismi vel benedictionis matrimonii exiguntur vel extorquentur, aut privato arbitrio ad sacras functiones ab omni taxa immunes, contra canonicas sanctiones, extenduntur. Quare imprimis, in omnibus et singulis dioecesibus, taxae, occasione sacrarum functionum solvendae, ab Ordinariis locorum iuxta laudabiles consuetudines accurate definiantur atque specialibus decretis vel ordinationibus tum viris ecclesiasticis tum fidelibus apta ratione notificentur. Et ipsi Ordinarii, inspectis populi cui praesunt moribus et indole, statuent, ubi opus fuerit, quinam dicendi sint vere pauperes, in ordine ad solutionem taxarum. Sedulo omnino curandum, ut omnis avaritia et simonia, vel quoad ipsam speciem, a viris ecclesiasticis longe absit. Hinc nemo unquam vere pauperem, propter incapacitatem ad solvendum ex quocumque titulo oblationem, a sepul-

[1] Cap. 42. de simon.

éste deberá ser aprobado por el Ordinario, á quien rendirá cuentas de su manejo.

831. Deben pagarse á los párrocos los *derechos de estola* [1], establecidos con pleno derecho y conformes con laudables costumbres, con ocasión de ciertas funciones sagradas, como el bautismo, el matrimonio ó el entierro. Por otro lado, se obra mal al exigirlos á los verdaderamente pobres, y causa sumo escándalo cuando, con grave daño de las almas, se arrancan con amenazas de diferir el bautismo ó el matrimonio, ó se cobran al antojo del cura, por sagradas funciones libres de todo gasto, violando así las prescripciones canónicas. Por lo cual, en todas y cada una de las diócesis, se determinará con exactitud el arancel al cual hayan de sujetarse los derechos que se cobren por dichas funciones, siguiendo los Ordinarios las costumbres laudables, los decretos y direcciones especiales, y se notificará de un modo eficaz á eclesiásticos y á seglares. Los mismos Ordinarios, estudiando bien las costumbres y carácter del pueblo que gobiernan, determinarán, donde fuere preciso, quienes son de veras pobres, con relación al pago de los derechos. En ello se cuidará con empeño, de que se aparten los eclesiásticos de toda avaricia ó simonía, y de lo que ofrezca las apariencias

tura in coemeterio benedicto atque a quibuscumque functionibus sacris, quas merito expetit, repellere audeat. Districte vero prohibetur parochis et quibuslibet confessariis, sub quocumque praetextu aliquid exigere pro audienda confessione cuiuslibet fidelis, sive sani sive infirmi vel moribundi, adeo ut has oblationes susceptas suas facere non possint. Quod si fideles ad solvendum sint pares, multoque magis si divites sint, atque extraordinaria postulent, taxas praescriptas pro sepulturis omnino solvere tenentur. Similiter non prohibetur quominus parochus, pro more recepto, eleemosynam accipiat a mulieribus post partum ad ecclesiam accedentibus, vel ob recitationem responsorii pro defuncto, praesertim die Commemorationis omnium fidelium defunctorum; dummodo, praecipue in ista responsoriorum recitatione, sacerdotalis dignitas servetur, et omnis species avaritiae atque scandalum fidelium vitetur.

832. *Decimae,* praediales sive reales, ubicumque legitime abrogatae vel commutatae non fuerint, ab omnibus, qui obligantur, integre, legitimo tempore et loco, iuxta probatas consuetudines particulares, iis sunt solvendae, quibus debentur. Quae obligatio adeo gravis est, ut, ex iure Tridentino, qui decimas aut subtrahunt aut impediunt, excommunicandi sint, neque ab hoc crimine absolvendi, nisi plena restitutione secuta. Ubi vero, attentis praede una ú otra. Ninguno, por tanto, se atreva á negar, á quien sea verdaderamente pobre, la sepultura eclesiástica, ó algún sacramento, sólo porque no puede pagar los derechos que señala el arancel. Expresamente queda prohibido á los párrocos y confesores en general el cobrar algo, sea cual fuere el pretexto, por oir la confesión de algún fiel, sano, enfermo ó moribundo, de suerte que no le es lícito retener las ofrendas recibidas á este propósito. Si los fieles pueden pagar, y con mayor razón si son ricos, y piden cosas extraordinarias, están obligados á pagar íntegros los derechos señalados por les entierros. De igual manera, no se prohibe al párroco el recibir la acostumbrada limosna, por la bendición de una mujer *post partum*, ó por rezar un responso, sobre todo el día de la Commemoración de los fieles difuntos, con tal que se guarde la dignidad sacerdotal, y se evite todo escándalo ó apariencia de avaricia.

832. Los *diezmos*, prediales ó reales, dondequiera que no hayan sido legítimamente abolidos ó conmutados, deben pagarse por todos los que á ello están obligados, íntegros, en el tiempo y lugar debidos, conforme á las costumbres particulares, y á aquellos á quienes se deben. Tan grave es esta obligación, que según lo mandado por el Concilio de Trento, los que se apoderan de los diezmos ó impiden que se paguen, han de ser excomulgados, y

sentis temporis conditionibus, difficultas in casibus particularibus ex decimarum solutione oriatur, ad Episcopum est recurrendum, ut is, pro facultatibus quas a Sede Apostolica obtinuerit, congruum remedium per conventiones ineundas afferat.

833. Meminerint quoque fideles, qui ad solvendas decimas praediales non tenentur, ipsorum obligationem solvendi decimas personales pro sublevandis Ecclesiae necessitatibus, iuxta mensuram ab Episcopis stabilitam vel stabiliendam, ex disciplina apud nos vigente non esse sublatam.

834. Primitiae, secundum normas per laudabiles consuetudines statutas et ab Episcopis approbatas, omnino conserventur atque praebeantur.

no pueden ser absueltos sin haber hecho plena restitución. Cuando surja alguna dificultad, para el pago de los diezmos, en algunos casos particulares, sobre todo atendiendo á las circunstancias presentes, se recurrirá al Obispo, quien según las facultades que obtuviere de la Santa Sede, pondrá el oportuno remedio, haciendo arreglos equitativos.

833. Los fieles que no están obligados á los diezmos prediales, tendrán presente que la obligación que les incumbe, de pagar diezmos personales para subvenir á las necesidades de la Iglesia, en la proporción que el Obispo tenga establecida ó estableciere, no se ha derogado por la disciplina vigente entre nosotros.

834. Consérvense y páguense las primicias, conforme á las reglas determinadas por costumbres laudables, y aprobadas por los Obispos.

Caput III.
De bonis immobilibus.

835. Inter bona immobilia Ecclesiae, quae rebus benedictione vel consecratione sacris non adnumerantur, principem quemdam locum occupant bona beneficialia. Quae bona imprimis comprehendant necesse est decentem beneficiati habitationem. Maxime Episcopis atque parochis incumbit obligatio residendi penes ecclesias suas, in domo propria beneficii, ab ordinaria habi-

Capítulo III.
De los bienes raíces.

835, Entre los bienes raíces de la Iglesia, no incluidos en aquellos que se santifican con la bendición ó consagración, ocupan el primer lugar los bienes beneficiales. Estos deben comprender, ante todo, una habitación decente para el beneficiado. A los Obispos y á los párrocos particularmente, incumbe la obligación de residir junto á sus Iglesias, en casa distinta de la ha-

tatione suorum consanguineorum distincta. Ubicumque igitur huiusmodi domus propriae Episcoporum vel parochorum non existant, Episcopi, pro iure suo, ex reditibus ecclesiasticis, et sibi et parochis decentes domos aedificare possunt; atque ubi reditus speciales desint, clero et populo ad eumdem finem prudenter contributiones imponere non prohibentur.

836. In singulis dioecesibus sit domus episcopalis dignitati pontificali conveniens et prope Ecclesiam Cathedralem, quantum fieri potest, sita; in eaque, separatim ab ordinaria habitatione consanguineorum aliarumque personarum saecularium, Episcopus habitualem suam figat residentiam, nisi ratione officii alio avocetur, vel in casibus a iure permissis legitime absit [1].

837. Qua in domo Episcopus non prohibetur, quominus oratorium sibi constituat, quod iuribus atque privilegiis oratoriorum publicorum gaudet [2]; verum ut ibidem Sanctissimum Sacramentum asservare possit, indulto apostolico munitus sit oportet.

838. Universa autem domus episcopalis ab Antistite, cui in usum concessa est, sarta tectaque conservetur, et si opus sit, restauretur et reparetur, quatenus huiusmodi onera reparationis ex titulo speciali ad alios non spectent. Curent quo-

bitación ordinaria de sus parientes. Donde no existen casas para los Obispos y curas, los Obispos tienen derecho de edificar para sí y para los párrocos casas decentes, con las rentas eclesiásticas; y donde éstas no existieren, nada les prohibe imponer prudentemente, al clero y al pueblo, contribuciones con este fin.

836. En cada diócesi será el palacio episcopal correspondiente á su dignidad, y estará situado tan cerca como sea posible de la Iglesia Catedral. En él, separadamente de la habitación ordinaria de sus parientes y de seglares, fijará el Obispo su habitual residencia, salvo cuando sus deberes lo llamen á otra parte, ó cuando se ausente, en los casos que el derecho permite [1].

837. En el palacio episcopal podrá el Obispo poner su oratorio, que goza de los derechos y privilegios de oratorio público [2]; pero para tener en depósito el Santísimo Sacramento, se necesita indulto Apostólico.

838. El Obispo que disfruta de su uso, conservará en buen estado el palacio episcopal, y si fuere menester, lo restaurará y reparará, excepto en el caso de que por razón especial esto corresponda á otras personas. Cuidará el Obispo de que

[1] Cfr. decr. S. C. C., ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 2. n. 6-9. — [2] Cfr. Ferraris, verb. *Oratorium*, n. 69-70. S. R. C. 19 Maii 1896 (n. 3906).

que Episcopi, ut, accurato inventario confecto, omnia utensilia vel bona mobilia domui episcopali forte addicta atque in dominio Ecclesiae constituta ad successorem secure transmittantur; idque potissimum valet de utensilibus sacris, iuxta normas denuo statutas a Pio IX in Constitutione *Quum illud*, diei 1 Iunii 1847 [1]. Quae Pii IX ordinatio, si, obstantibus legibus civilibus, executioni mandari nequeat, praesules testamento legitime facto vel alia convenienti ratione efficere debent ut quae ibidem praescribuntur, debitum sortiantur effectum etiam in foro civili. Insuper, ad normam moniti SS. D. N. Leonis XIII, per Cardinalem Urbis Vicarium die 26 Martii 1889 editi [2], omnes Episcopi SS. Crucis Ligni particulas, quas thecis inclusas pectore prae se suspensas ferunt, successoribus suis transmittendas curent, adeo ut post ipsorum mortem (studio et opera Capituli cathedralis, vel eius qui, vacante Sede, Episcopi vices gerit) ad hos perveniant legitimo haereditatis iure. Quod de Crucis dumtaxat reliquiis intelligendum est; nam de thecis ex pretioso metallo in crucis formam affabre factis, statuant quid opportunius videbitur.

839. Inter bona beneficialia, quorum usufructus parocho est concessus, recensenda est domus parochialis, quae ex mente Ecclesiae sit

todos los muebles y utensilios pertenecientes al palacio episcopal y de propiedad de la Iglesia, se transmitan al sucesor, de modo seguro y por rigoroso inventario; y esto ha de entenderse, principalmente, de los ornamentos y vasos sagrados, conforme á las reglas establecidas por Pío IX en su Constitución *Cum illud* de 1º de Junio de 1847 [1]. Y si esta disposición de Pío IX no puede llevarse á efecto, por causa de las leyes civiles, los Prelados, con un testamento legal, ó de otro modo eficaz, harán que lo que allí se manda surta sus efectos aun en el fuero civil. Además, conforme á lo mandado por Nuestro Santísimo Padre León XIII, por medio del Cardenal Vicario de Roma, el 26 de Marzo de 1889 [2], todos los Obispos legarán á sus sucesores las reliquias del Santo Ligno que llevan en la Cruz pectoral, de suerte que, después de la muerte de cada cual, el Cabildo ó el administrador *sede vacante*, las entregará á aquellos como legítima herencia. Esto se entiende únicamente de las reliquias de la Santa Cruz; pues de los relicarios de metal precioso, en forma de cruces pectorales, dispondrán como mejor les pareciere.

839. Entre los bienes beneficiales, cuyo usufructo se concede al párroco, se cuenta la casa parroquial, que, según la mente de la Iglesia, ha de

[1] V. Appen. n. XVII. — [2] S. C. C. pluries, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 3. n. 218 seq.

propria beneficii parochialis atque distincta a domo consanguineorum et saecularium personarum, in eaque parochus habitualiter prope ecclesiam parochialem resideat [1].

840. Parochorum est domum illam sartam tectamque servare. Quare omnino prohibentur, ne quid agant, quo domus parochialis detrimentum capiat; secus suis sumptibus damna resarcire tenentur. Statis temporibus, reparationes, quae ipsis iuxta laudabiles consuetudines aut statuta dioecesana incumbunt, diligenter perficiant; neque quidquam remunerationis postulare possunt, si ordinarias reparationes ab Episcopo praescriptas peregerint, quippe quae iure accessionis in legitimum dominium Ecclesiae transierunt. Denique parochi omnino caveant, ne domum suam parochialem alii usui, quam propriae habitationis aut utilitatis ecclesiae, addicant.

841. Capta possessione beneficii, parochi inventarium faciant rerum domui parochiali adscriptarum, in forma legitima ab Episcopo approbata, ut quid acceperint accurate constet. Quod si accepta servare negligant, ea propriis sumptibus reparare tenentur, quae postea in visitatione facta iuxta tenorem inventarii non reperiantur.

842. Praeterea bona beneficialia, quantum fieri potest, ex mente Ec-

[1] Coll. P. F. n. 140.

ser propia del beneficio parroquial, distinta de la de sus parientes ú otras personas seglares, y en la cual tendrá el cura, cerca de la Iglesia parroquial, su habitual residencia [1].

840. Deber de los párrocos es conservar la casa parroquial en buen estado. Se les prohibe, por tanto, cuanto pueda deteriorarla; de otra suerte, tendrán que reparar los daños á sus expensas. Periódicamente harán las reparaciones que, según costumbres laudables ó los Estatutos diocesanos, les tocare ejecutar; y no podrán pedir por esto compensación, pues por derecho de accesión han pasado al legítimo dominio de la Iglesia. Por último, se guardarán los párrocos de dedicar la casa parroquial á otros usos, fuera de su propia habitación y la utilidad de la Iglesia.

841. Luego que haya tomado posesión del beneficio, hará el párroco el inventario de todos los objetos pertenecientes á la casa parroquial, en la forma aprobada por el Obispo, para que haya un documento en que conste lo que ha recibido. Si no cuidare de conservarlos en buen estado, tendrá que reparar á sus propias expensas, todo lo que en la visita no se encuentre conforme al inventario.

842. La mente de la Iglesia es que los bienes beneficiales, siempre

clesiae, sint bona immobilia, quorum reditus in usum beneficiariorum iuxta legem fundationis cedant. Quamvis beneficiarius bona immobilia sui beneficii per se excolere possit, tamen haud raro magis expediet, ut illa probis honestisque viris collocet. Quo in casu, circa durationem locationis, leges ecclesiasticae sunt observandae. Maxime vero in administratione bonorum beneficialium, praesertim sylvarum, cavendum est, ne beneficiarius iura domini sibi vindicet.

843. Reditus beneficiales interdum etiam percipiuntur ex censibus pecuniarum, quae in obligationibus status vel hypothecis securis frugifere sunt collocatae, quaeque proinde aliqua ratione bonis immobilibus aequiparantur. Haec species bonorum beneficialium, quamvis Ecclesiae per se minus probetur, tamen, ob temporum necessitatem, quatenus acquisitio bonorum immobilium Ecclesiae interdicatur aut parum tuta sit, ad tuenda et conservanda bona ecclesiastica utilis esse potest. Veramtamen in collocandis illis pecuniis beneficialibus leges ecclesiasticae religiose servandae sunt. Pensiones, quae a Guberniis solvuntur beneficiariis, rationem redituum beneficialium habent.

844. Omnes beneficiarii memores sint obligationis gravis superfluos reditus beneficiales, non ad ditandos consanguineos, finesque profanos,

que se pueda, consistan en fincas cuyas rentas se destinen para el uso del beneficiado, conforme á lo establecido en la fundación. Aunque el beneficiado puede administrar personalmente las fincas de su beneficio, casi siempre es mejor que las alquile á personas probas y honradas. En este caso, se observarán las leyes eclesiásticas, para el plazo del arrendamiento. En la administración de bienes beneficiales, sobre todo tratándose de bosques, se guardará el beneficiado de considerarse absoluto dueño y señor de las fincas.

843. Las rentas de un beneficio consisten á veces en los réditos de dinero colocado á interés en bonos del tesoro, ó en hipotecas seguras, lo cual se equipara, en cierto modo, á bienes raices. Aunque este género de bienes beneficiales, generalmente hablando, agrade menos á la Iglesia, no obstante, en los tiempos que corren, en que la adquisición de bienes raíces se prohibe á la Iglesia, ú ofrece poca seguridad, puede ser útil para la conservación y resguardo de los bienes eclesiásticos. Al colocar el dinero perteneciente á los beneficios, deben observarse religiosamente las leyes eclesiásticas. Las pensiones que algunos Gobiernos dan á los beneficiados, se consideran como rentas del beneficio.

844. Tendrán presente los beneficiados la grave obligación de gastar el sobrante de las rentas de los beneficios, no en enriquecer á los pa-

sed in pauperum eleemosynas vel ad causas pias erogandi.

845. *Bona fabricae Ecclesiae*, quae potissimum ad opera cultus divini sunt destinata, quantum fieri potest, ut immobilia sint pariter exoptandum est, aut saltem ut ex certis et determinatis constent reditibus. Ea vero ab iis administrentur, ad quos de iure vel legitima consuetudine spectat. Quod si laicis partes quaedam in administratione bonorum fabricae ex legitimo titulo competant, nihilominus universa administratio nomine Ecclesiae fiat, atque salvo iure Episcopi visitandi et exigendi rationes et praescribendi modum administrationis.

846. Nihil est quod magis conducat ad publicam dioeceseos utilitatem, quam *Seminarium* clericorum recte constitutum. Quod ut fini suo undequaque satisfaciat, tum quoad sanitatem, tum quoad studia litterarum ipsamque disciplinam et educationem religiosam, in domo salubri, solida, apta, dignitati status clericalis convenienti, situm sit oportet. Quare Episcopi nullis parcant curis et laboribus, ut, in singulis dioecesibus, quantum fieri potest et quamprimum, Seminarium iuxta normas Tridentinas constituatur, ubi iuvenes clerici in valetudine bona, animo hilari, in studiis litterarum atque virtute proficientes, crescant in spem Ecclesiae. Ut provideatur expensis, quae ad hunc finem sunt necessariae, Episcopi

rientes, ni en objetos profanos, sino en limosnas para los pobres ó en obras pías.

845. Es de desearse que los *bienes de la Fábrica de la Iglesia*, destinados principalmente al culto divino, consistan igualmente en fincas, ó al menos en rentas seguras y determinadas. Deberán administrarlos aquellos á quienes toca de derecho, ó por legítima costumbre. Si, por legítimo título, hay seglares que tomen parte en la administración de los bienes de la fábrica, no obstante, la administración en su totalidad se hará á nombre de la Iglesia, y salvos los derechos del Obispo, de visitar y exigir cuentas, y reglamentar la administración.

846. No hay nada que más contribuya al pùblico adelanto de una diócesi, que un *Seminario* bien organizado. Para que corresponda á su fin, tanto por lo que toca á la higiene, como por lo que respecta á los estudios literarios y científicos y la educación religiosa, conviene que se ponga en un edificio sano, sólido, amplio, y á la altura de cuanto exige la dignidad del estado eclesiástico. Por tanto, los Obispos no perdonen trabajo ni sacrificio, para que en cada diócesi haya un Seminario conforme á lo dispuesto por el Concilio de Trento, en que los aspirantes al estado eclesiástico, con buena salud y espíritu contento, y adelantando en los estudios y en la virtud, crezcan para esperanza de la Iglesia. Para proveer á los

utantur iure suo, a Concilio Tridentino ipsis concesso; atque ut in universo negotio rerum temporalium Seminarii tutius procedant, ne in subsidium vocare omittant deputationem pro rebus temporalibus, ex praecepto Concilii Tridentini instituendam [1].

847. *Domibus* sive *institutis religiosis* merito accensentur domus scholis habendis destinatae, quae nomine Ecclesiae ex piis fidelium elargitionibus et fundationibus erectae, in dominio Ecclesiae constituuntur, atque partem immobilium bonorum ecclesiasticorum efficiunt. Hae domus scholarum praesertim elementarium sive parochialium, secundum normas ab Episcopo approbatas, ita sunt aedificandae, ut non solum valetudini discipulorum, sed etiam disciplinae morum et exercitiis scholasticis optime consulatur. Hinc imprimis parochi, quorum curae atque vigilantiae instructio religiosa et moralis scholarum parochialium est commissa, etiam rem temporalem illarum domorum ita curent, ut bene conserventur, atque, ubi opus sit, augeantur, neque unquam dominio Ecclesiae subducantur.

848. *Hospitalia*, aliaeque domus ad causas pias atque opera caritatis et beneficentiae destinatae, quae vere et proprie in dominio

[1] V. Append. n. XCV.

gastos necesarios á este fin, use el Obispo del derecho que le concede el Tridentino; y para que marche mejor la administración, no deje de llamar á su socorro á la diputación para los negocios temporales, ordenada por dicho Concilio [1].

847. A las *casas* ó *establecimientos religiosos* hay que añadir los edificios destinados para escuelas, que, construidos á nombre de la Iglesia, con los piadosos donativos y fundaciones de los fieles, quedan sujetos al dominio de la Iglesia, y forman parte de los bienes raíces de la misma. Estos edificios, sobre todo los destinados á escuelas elementares ó parroquiales, han de construirse, conforme á las reglas fijadas por el Obispo, del modo más conveniente, no sólo á la higiene de los alumnos, sino á la moralidad y á los ejercicios escolásticos. Por tanto, los párrocos en primer lugar, á cuyo cuidado y vigilancia está confiada la instrucción religiosa y moral de las escuelas parroquiales, atenderán también á los asuntos temporales de las mismas, cuidando de que no sólo se conserven, sino que se amplíen cuando sea necesario, y no salgan del dominio de la Iglesia.

848. Los *hospitales* y demás edificios destinados á obras de caridad y beneficencia, que están verdadera y propiamente bajo el dominio de

Ecclesiae sunt constituta vel saltem auctoritate ecclesiastica erecta, iurisdictioni et visitationi Episcoporum, etiam tamquam delegatorum Sedis Apostolicae, sunt subiecta; nisi ex speciali iuris titulo probetur exceptio [1]. Ubi frequens est incendiorum periculum, curent Episcopi, ut de omnibus et singulis aedificiis ecclesiasticis contra damnum ex incendio oriturum ab una vel pluribus societatibus fiducia publica gaudentibus tempestive caveatur.

la Iglesia, ó al menos fueron erigidos con autorización eclesiástica, están sujetos á la visita de los Obispos, aun en su calidad de delegados de la Silla Apostólica, salvo que los exceptúe alguna disposición especial del derecho [1]. Donde es común el peligro de incendios, cuiden los Obispos de asegurar todos los edificios eclesiásticos, en alguna Compañía que goce de la confianza del público.

Caput IV.

De administratione bonorum ecclesiasticorum.

849. Ecclesia catholica, cum habeat ius nativum et legitimum acquirendi et possidendi bona temporalia pro sua natura societatis perfectae, etiam maxima gaudere debet libertate et independentia in iisdem bonis administrandis [2]. Quare suo iure utitur si bona sua temporalia titulis iustissimis acquisita, diligenter conservare, omni cura meliorare, rite applicare, contra dilapidationem munire, et deperdita recuperare studet.

850. Ius leges ferendi super administratione bonorum ecclesiasticorum, supremo perfectoque gradu competit Romano Pontifici. Summa igitur reverentia et obedientia leges pontificiae de administratione bono-

Capítulo IV.

De la administración de los bienes eclesiásticos.

849. La Iglesia Católica, teniendo el derecho que le dan la naturaleza y las leyes, de adquirir y poseer bienes temporales, siendo esencialmente una sociedad perfecta, debe igualmente gozar de libertad é independencia en la administración de los mismos bienes [2]. Por tanto, está en su pleno derecho, al procurar conservar los bienes legítimamente adquiridos, mejorarlos de cuantas maneras pudiere, aplicarlos debidamente, asegurarlos contra la dilapidación, y recuperarlos si se han perdido.

850. El derecho de legislar sobre la administración de los bienes eclesiásticos, compete en supremo y perfecto grado al Romano Pontífice. Se guardarán, pues, constantemente con suma reverencia y obediencia las

[1] Conc. Trid. sess. 22. cap. 9 de ref. — [2] Syllab. Pii IX, prop. 19, 26, 27.

rum ecclesiasticorum latae atque ordinationes Sacrarum Congregationum, quibus huiusmodi negotium commissum est, constanter sunt servandae. Episcopi vero sunt supremi administratores bonorum ecclesiasticorum, quae in dioecesi reperiuntur et iure speciali iurisdictioni Episcoporum non sunt subducta [1]. Hinc omnes inferiores administratores bonorum ecclesiasticorum, qui in dioecesi constituti sunt, Episcopo dioecesano subiiciuntur eique rationem reddere tenentur, nisi specialis probetur exceptio. Ipsae quoque Moniales exemptae et Praelatis regularibus subiectae, singulis annis, Episcopo dioecesano rationem reddere debent [2].

leyes Pontificias sobre esta materia, y las disposiciones de las Sagradas Congregaciones, á quienes están encomendadas estas funciones. Los Obispos son los supremos administradores de los bienes eclesiásticos situados en sus diócesis, salvo que por derecho especial estén fuera de su jurisdicción [1]. De aquí es que todos los administradores subalternos de la diócesi, están sujetos al Prelado diocesano, y tienen que rendirle cuentas, á no ser que se pruebe la excepción en contrario. Aun las mismas monjas exentas y sujetas á los Prelados regulares, cada año deben entregar cuentas al Obispo diocesano [2].

851. Administratio bonorum ecclesiasticorum fiat nomine Ecclesiae et iuxta normas iure communi et particulari ecclesiastico, atque in instrumento fundationis praescriptas [3]. Quicumque igitur bonorum ecclesiasticorum administratores deputati sunt, imprimis omnium rerum, redituum, bonorum sive mobilium sive immobilium suae curae commissorum accuratum conficere debent inventarium. Cuius inventarii unum exemplar tradendum est Episcopo, ut in archivio episcopali conservetur, alterum exemplar, propria administratoris manu subscriptum, inter libros ecclesiasticos est retinendum.

851. La administración de los bienes eclesiásticos se hará á nombre de la Iglesia, y conforme á las reglas prescritas por el derecho canónico común y particular, y en el documento de la fundación [3]. Los que son nombrados administradores de bienes eclesiásticos, formarán ante todo un inventario minucioso, de todos los objetos, rentas, bienes muebles y fincas que se les confian. Un ejemplar se entregará al Obispo para el archivo episcopal, y otro, firmado de propio puño del administrador, se guardará entre los libros de la Iglesia.

[1] Cap. 2. de relig. dom. in Clem.; Conc. Trid. sess. 7. cap. 15 de ref. — [2] Greg. XV. Const. *Inscrutabili*, 5 Februarii 1602. — [3] Cit. cap. 2. de relig. domib. in Clem.; Conc. Trid. l. c.

852. Porro boni administratoris est omnia documenta et instrumenta, quibus iura ecclesiastica in bona temporalia nituntur, caute conservare et rite ordinare et in archivio vel armario convenienti et apto custodire. Cum nostra aetate, ex tolerantia vel ex benigna concessione Sanctae Sedis, causae Clericorum mere civiles velut contractuum, debitorum, haereditatum, non raro a iudicibus saecularibus cognoscantur et definiantur, omnia documenta ibidem ad praescripta iuris civilis accurate sint exacta [1].

853. Administrator ecclesiasticus etiam libros teneat bene ordinatos accepti et expensi, quot pro maiori minorive ambitu administrationis necessarii sunt; insuper rationem administrationis suae legitimo tempore et ordine servato reddat, neque futurarum expensarum et redituum annuum elenchum praeparare omittat.

854. Si forma ordinata administrationis non est negligenda, multo magis res ipsa est curanda. Hinc probus administrator bonorum ecclesiasticorum substantiam bonorum conservare, meliorem efficere atque augere debet. Damna quoque a bonis ecclesiasticis avertere, domus, quae reparatione indigent, restaurare, praedia male culta melius excolere, bona dilapidata vindicare, atque iura Ecclesiae contra violationes de-

852. Deber de un buen administrador es conservar con cuidado, y clasificar, y guardar en un buen archivo ó armario, todos los documentos é instrumentos, en que se fundan los derechos de la Iglesia á sus bienes temporales. Como en nuestros días, por benigna concesión ó tolerancia de la Santa Sede, las causas meramente civiles de los clérigos, como son las de contratos, deudas ó herencias, se conocen y sentencian en los tribunales civiles, todos los documentos se ajustarán á las prescripciones del derecho civil [1].

853. El administrador eclesiástico llevará también, en toda regla, los libros de cargo y data que sean necesarios, según el mayor ó menor movimiento de la administración; dará cuenta de ella á su debido tiempo y con exactitud, y no dejará de formar el presupuesto de los gastos por hacerse, y la lista de los réditos anuales.

854. Si no se ha de descuidar la forma de la administración, con mayor empeño habrá que atender á la administración misma. Por consiguiente, el buen administrador se empeñará en conservar, mejorar y aumentar los bienes eclesiásticos á su cuidado cometidos. Tiene que evitar toda pérdida ó deterioro, restaurar los edificios que lo necesiten, cultivar mejor las haciendas mal dirigidas, vindicar los bienes dila-

[1] Cfr. decr. S. Off. 23 Ianuarii 1886 (Coll. P. F. n. 1011).

fendere tenetur. At ne inferior administrator inutilibus litibus implicetur, lites de iuribus suae administrationis non intentet, nisi praeviam Episcopi dioeceseos licentiam obtinuerit. Maxime vero caveat, ne, debitis incaute et illegitime contractis, bona ecclesiastica aere alieno gravet.

855. Quod si bona ecclesiastica constent pecunia, ex cuius legitimo foenore expensae ecclesiasticae sunt sustinendae, maxime curandum est, ut substantia rei salva existat. Idcirco pecunia cum necessariis cautionibus tuto et utiliter est investienda. Quae pecunia, iuxta sacros Canones et iteratas declarationes S. Congregationis Episcoporum et Regularium, per se et ordinarie in bonis stabilibus, tutis et frugiferis, esset investienda; et nonnisi secundo loco, et cum certis limitationibus, in subsidium admittitur investimentum pecuniae ecclesiasticae in censibus aut in tabulis debiti publici.

856. Reditus ecclesiastici a provido administratore accurate et iusto tempore exigantur et percipiantur, ne ex dilatione Ecclesia damnum patiatur, praescriptioni locus fiat, aut saltem actio vel executio iudicialis impediatur.

857. Percepti reditus, quatenus opus sit, in armario vel alio loco, pro ipsorum natura, rite conserventur, et tandem iuxta mentem fun-

pidados y defender contra toda usurpación los derechos de la Iglesia. Para que el subalterno no se enrede en pleitos inútiles, no emprenderá ningún litigio en los ramos de su administración, sin previa licencia del Obispo. Se guardará, sobre todo, de gravar los bienes eclesiásticos, con deudas contraidas contra toda prudencia y derecho.

855. Si los bienes consisten en dinero, cuyo legítimo interés haya de proveer á los gastos de la Iglesia, habrá que cuidar mucho de que quede intacto el capital. Por consiguiente, se colocará el dinero de una manera segura y provechosa, y con todas las precauciones nececesarias. Nótese que este dinero, conforme á los sagrados Cánones y á las repetidas declaraciones de la Congregación de Obispos y Regulares, debería invertirse, en circunstancias ordinarias, en fincas seguras y productivas, y sólo en segundo lugar y con ciertas restricciones, se admite el que se ponga á interés, ó en bonos del tesoro público.

856. Cóbrense las rentas eclesiásticas con exactitud y á su debido tiempo, no sea que por la dilación sufra algún perjuicio la Iglesia, y se dé lugar á la prescripción, ó por lo menos se impida la acción ó ejecución judicial.

857. Las rentas percibidas, se guardarán todo el tiempo necesario en un caja fuerte ó en otro lugar seguro, y al fin se aplicarán con-

datorum vel iuxta praescriptiones iuris communis vel particularis applicentur. Ab arbitrariis autem expensis omnino est abstinendum; extraordinariae quoque ne fiant, nisi omnibus solemnitatibus servatis, quae iure communi vel particulari praescribuntur. Idque potissimum valet, si expensae extraordinariae non ex reditibus ordinariis, sed ex debitis contrahendis essent solvendae. Maxime vero noverint omnes administratores, sibi nefas esse quamcumque summam pecuniae ecclesiasticae ex privato suo arbitrio mutuam dare, aut illa in proprium vel propinquorum commodum uti.

858. Quum non pauca, ad aptam bonorum ecclesiasticorum administrationem requisita, iuribus et consuetudinibus particularibus sint ordinanda, Episcopi, specialibus instructionibus, quibus ad minutas usque quaestiones et solemnitates sive formalitates descendatur, universum administrationis negotium ordinare curent. Qua in re praesertim commendandum est, ut ob oculos habeant normas et instructiones iam a Sede Apostolica editas vel approbatas, atque ut tribunal rationum, sive quaestorium dioecesanum, rite instituant et in praxi constanter prudenterque adhibeant.

forme á la intención de los fundadores, ó á lo prescrito por el derecho común ó particular. Hay que abstenerse absolutamente de gastos arbitrarios; tampoco se harán los extraordinarios, sino es observando todas las solemnidades de derecho común ó particular. Con más razón se atenderá á estas formalidades, si los gastos extraordinarios no han de salir de las rentas ordinarias, sino que haya que contraer deudas. Tengan bien entendido sobre todo los administradores, que no les es lícito el prestar cualquiera cantidad de dinero que fuere, á su antojo, ni invertirla en provecho propio ó de su parentela.

858. Como no pocas cosas necesarias para la buena administración de los bienes eclesiásticos, tienen que reglamentarse conforme á los derechos y costumbres particulares, cuidarán los Obispos de arreglar todo el sistema administrativo, con instrucciones en que desciendan hasta las más insignificantes cuestiones, solemnidades y formalidades. A este propósito les recomendamos que tengan siempre presentes las normas é instrucciones ya promulgadas y aprobadas por la Sede Apostólica, y que nombren un tribunal de cuentas ó intendencia diocesana, y se sirvan de él en la práctica con prudencia y constancia.

CAPUT V.

De taxa dioecesana et parochiali, vulgo « Arancel ».

859. Ecclesia, quum, nostro praesertim saeculo, in non paucis regionibus, privata fuerit bonis immobilibus atque stabilibus reditibus, praeter liberales oblationes fidelium, etiam taxas suis subditis impositas, tamquam modos percipiendi reditus ecclesiasticos iure merito retinuit. Quod ius imponendi taxas, optimo sane consilio exercetur circa reditus ecclesiasticos et bona temporalia, quae sunt in dominio Ecclesiae.

860. Quare Episcopus, singulis annis, quamdiu sit necessarium, secundum tramites a Concilio Tridentino statutos, a beneficiariis aliisque personis ecclesiasticis in iure expressis, *seminaristicum* postulare valet [1] atque *cathedraticum* pariter in forma legitima exigere non prohibetur [2]; dummodo caveat, ne iustam mensuram excedat [3].

861. Quamvis ex iure communi Episcopus *subsidium caritativum* ab ecclesiis et clericis sibi subiectis tantum extraordinarie, iusta et gravi interveniente causa, atque cum consensu Capituli, exigere possit [4]; tamen, deficientibus stabilibus reditibus

CAPÍTULO V.

Del Arancel.

859. Como la Iglesia, en nuestro siglo sobre todo, se ha visto despojada en muchos paises de sus fincas y de sus rentas seguras, con justicia y sobrada razón ha conservado, además de las liberales oblaciones de los fieles, las contribuciones impuestas á sus súbditos, como una fuente de rentas eclesiásticas. Este derecho de imponer contribuciones, se ejerce con sobrada razón sobre las rentas eclesiásticas y bienes temporales, que están bajo el dominio de la Iglesia.

860. Por lo cual el Obispo, cuando es necesario, tiene facultad para exigir cada año, según lo mandado por el Tridentino, á los beneficiados y demás personas expresadas en el derecho, la *pensión conciliar* para el Seminario [1]; y no se le prohibe pedir en la forma legítima el *cathedraticum*, ó pensión para la sustentación del Prelado [2], con tal que se guarde de exceder el justo límite [3].

861. Aunque por derecho común, sólo en casos extraordinarios, con causa grave y justa, y con el consentimiento del Cabildo, puede el Obispo exigir de las Iglesias y clérigos sujetos á su jurisdicción, el *subsidio caritativo*, no obstante [4], careciendo

[1] Sess. 23. cap. 18 de ref.; S. C. Episc. et Reg. 21 Iun. 1889 (Mon. Eccl. VI, p. 1. pag. 243). — [2] Cap. 9. 20. de censibus. — [3] Cfr. Conc. prov. Westmonaster. III. an. 1859, tit. 2. decr. 17, in Collect. Lac. tom. III. p. 1022 seq. — [4] Cap. 6. de censibus; S. C. C. in *Gerunden.* 17 Feb. 1663, 26 Ian. 1760. Cfr. Collect. Pallottini, v. *Episcopus* § XVIII.

bus pro propria sustentatione et communibus expensis dioecesis, pro more aliarum regionum, certam et determinatam contributionem annuam, aequitate canonica servata, exigere valet.

862. Merito quoque Episcopi exigunt *taxas* statutas pro quibusdam documentis per cancellariam episcopalem expeditis. Qua in re, adamussim observetur quod praescribitur a S. Congregatione Concilii, per litteras datas die 10 Iunii 1896 [1].

CAPUT VI.
De stipendiis Missarum.

863. Cum qui altari serviunt de altari quoque vivere debeant, fideles, inde ab antiquis temporibus, etiam intra Missam, suas oblationes Ecclesiae exhibuerunt. Ex his oblationibus ad sustentationem Cleri factis, paulatim orta sunt stipendia Missae; aequum enim et iustum videbatur, ut is, qui speciali ratione operam spiritualem sacerdotis implorabat, etiam speciali oblatione ad illius concurreret sustentationem.

864. Quare, cum stipendium Missae accipiatur non ut pretium, sed ex titulo sustentationis, citra omnem simoniam, licitum est sacerdoti accipere stipendium manuale consuetum aut sponte et liberaliter oblatum pro Missa, quae ex nullo alio titulo est

[1] V. Appen. n. XC.

de rentas seguras para la propia sustentación y los gastos de la diócesi, puede, siguiendo la costumbre de otros paises, cobrar una contribución anual cierta y determinada, guardando siempre la equidad canónica.

862. Con razón, pues, cobran los Obispos los *derechos* establecidos por ciertos documentos que expide la secretaría episcopal. En esta materia, obsérvese al pie de la letra lo mandado por la S. Congregación del Concilio, en su nota de 10 de Junio de 1896 [1].

Capitulo VI.
Del estipendio de la Misa.

863. Por cuanto quien sirve al altar, del altar ha de vivir, ha sido antiquísima costumbre de los fieles presentar á la Iglesia sus ofrendas aun durante la Misa. De estas oblaciones, ofrecidas para la sustentación del Clero, se originó poco á poco el estipendio de la Misa; pues parecía justo y equitativo que quien, de un modo especial, solicitaba el auxilio espíritual del sacerdote, también con una ofrenda especial contribuyera á su sustento.

864. Por cuanto el estipendio de la Misa se recibe, no como paga, sino á título de alimentos, es lícito al sacerdote, sin que haya simonía, recibir el estipendio manual acostumbrado, ó bien ofrecido espontánea y generosamente por la Misa, que por

debita. Sedulo autem ab omnibus sacerdotibus cavendum est, ne ultra stipendium ab Episcopo vel iure consuetudinario taxatum, aliquid exigant, nisi omnino sponte sit oblatum, aut nisi accedat ratio specialis incommodi non consueti, praesertim loci vel temporis causa. At propter circumstantiam favoris mere spiritualis, pro celebratione Missae v. g. in altari privilegiato vel in sanctuario miraculis claro, sine manifesta simonia, maius stipendium exigi non potest.

865. Stipendio accepto, sacerdos ex iustitia sacrum promissum sub gravi obligatione celebrare tenetur; insuper eae observandae sunt circumstantiae, quae a dante stipendium rite fuerunt impositae. Quae obligatio nullatenus patitur notabilem celebrationis dilationem nisi de consensu eius qui stipendium dedit, aut de speciali Apostolicae Sedis indulto.

866. Tot Missae sunt celebrandae, quot stipendia fuerunt accepta. Hinc ab Alexandro VII a. 1663 damnata est propositio n. 10: « Non est contra iustitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere et sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam, promissione etiam iuramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram » Atque Innocentius XII, sub interminatione divini iudicii,

ningún otro título se debe. Guárdense bien los sacerdotes de exigir un estipendio mayor del señalado por el Obispo, ó la costumbre legítima, á no ser que se ofrezca de una manera absolutamente espontánea, ó que haya el motivo especial de un trabajo adicional y no acostumbrado, como por ejemplo por causa de la hora ó del lugar. Pero por la circunstancia de un favor puramente espiritual, como, por ejemplo, por celebrar la Misa en altar privilegiado, ó en un santuario milagroso, no se puede exigir mayor estipendio, sin manifiesta simonía.

865. Una vez recibido el estipendio, el sacerdote está obligado de justicia, y con grave obligación, á celebrar el sacrificio prometido; y además, con las condiciones impuestas legítimamente por el que ha dado el estipendio. Esta obligación no consiente una dilación notable, salvo de consentimiento de quien dió el estipendio, ó por indulto special de la Silla Apostólica.

866. Hay que celebrar tantas Misas cuantas son las limosnas recibidas. A este propósito, Alejandro VII, el año de 1663, condenó esta proposición: « No es contra justicia recibir estipendio para muchos sacrificios, y ofrecer uno solo; ni falto á la fidelidad, aunque prometa, hasta con juramento, al que me da el estipendio, que por ningún otro celebraré ». Igualmente Inocencio XII, bajo amenaza del

mandavit, ut absolute tot Missae celebrentur, quot ad rationem attributae eleemosynae praescriptae fuerint, quantumcumque exigua stipendia collata fuerint [1]. Qua in re, vel ipsis Episcopis nulla hodie relicta est facultas reducendi Missas, nisi testator ipse hanc facultatem tribuisse dignoscatur; secus, ad reductionem numeri Missarum, auctoritas Sedis Apostolicae omnino est imploranda.

867. Denique mercimonium in stipendiis Missae omnino est fugiendum. Hinc nulla pars stipendii detrahi potest, si alteri sacerdoti Missae celebratio committatur, modo pro sola Missa celebranda a donatore stipendium fuerit collatum. Multo magis autem damnanda est et omnino prohibetur sub poena excommunicationis Romano Pontifici reservatae, turpissima illa mercatura circa stipendia Missarum, qua quidam colligunt eleemosynas maioris pretii pro Missis et ex iis lucrum captant, faciendo eas celebrare in locis, ubi Missarum stipendia minoris pretii esse solent [2]. Similiter omnino abstinendum est a palliata illa stipendiorum mercatura per bibliopolas aliosque mercatores exercita, quam S. Congregatio Concilii iterum proscripsit [3].

868. Cum ad Episcopum pertineat definire, quaenam fundationes piae et sub quibus conditionibus acce-

juicio de Dios, mandó que absolutamente se celebren tantas Misas, cuantas corresponden á la cantidad de la limosna ofrecida, por pequeño que sea el estipendio [1]. Sobre esto, hoy día ni á los mismos Obispos se ha dejado la facultad de reducir el número de Misas, salvo que el testador la haya concedido de cierto; de otra suerte hay que recurrir para ello á la Silla Apostólica.

867. Por último, hay que evitar todo comercio con el estipendio de las Misas. De aquí es que no se puede rebajar la más mínima parte de la limosna, si la celebración de la Misa se encomienda á otro sacerdote, siempre que el estipendio se haya dado por la sola celebración. Con mayor motivo hay que condenar, y está prohibido bajo pena de excomunión reservada al Romano Pontífice, ese torpe comercio, en virtud del cual hay quien recoja limosnas mayores y haga celebrar las Misas en lugares donde el estipendio es menor, reservándose la diferencia como ganancia [2]. También hay que evitar ese comercio disimulado, que con las limosnas para Misas ejercen algunos libreros y otros comerciantes, y que ha condenado de nuevo la S. Congregación del Concilio [3].

868. Tocando al Obispo definir qué fundaciones pías, y bajo qué condiciones, pueden aceptarse, nin-

[1] Const. *Nuper*, 23 Dec. 1697. — [2] Cfr. decr. S. C. C. 21 Nov. 1898 (Mon. Eccl. XI. pag. 9). — [3] S. C. C. Decret. *Vigilanti*, 25 Mai 1893. V. Appen. n. LXXVIII.

ptari possint, nemo fundationes ad Missarum onera sive perpetua sive ad longum tempus admittat, absque Episcopi approbatione. Quae onera iam recepta sunt, in tabella, quae in sacristia pendeat, describantur et fidelissime adimpleantur [1].

guno admita fundaciones con cargos de Misas perpetuos, ó para largo tiempo, sin aprobación del Obispo. Los cargos aceptados apúntense en una tabla, que se tendrá colgada en la sacristía, y cúmplanse con fidelidad [1].

CAPUT VII.

De alienatione bonorum ecclesiasticorum et de contractibus prohibitis.

869. Nomine bonorum ecclesiasticorum intelliguntur bona quae ad Ecclesiam pertinent, nempe ad mensam episcopalem, paroecias, aliaque beneficia, seminarium, hospitalia auctoritate ecclesiastica erecta, confraternitates, capitula, instituta religiosa, templa. Porro bonorum ecclesiasticorum alienatio prohibita est atque nulla et irrita existit, nisi iusta causa adsit et solemnitates a iure praescriptae fuerint servatae. Quae iustae causae sunt: Ecclesiae necessitas, evidens utilitas, pietas, incommoditas ipsius rei alienandae. Quod si bona immobilia vel mobilia pretiosa sint alienanda, inter solemnitates imprimis requiritur beneplacitum Sedis Apostolicae [2], nisi agatur de casibus a iure exceptis; secus lex ecclesiastica graviter laeditur, obligatio contrahitur restitutionis, atque excommunicatio ex Pii IX Constitutione *Apostolicae Sedis* incurritur. Bona exigui valoris,

CAPÍTULO VII.

De la enajenación de los bienes eclesiásticos y de los contratos prohibidos.

869. Se entiende por bienes eclesiásticos, los que pertenecen á la Iglesia, es decir, á la mesa episcopal, á las parroquias y otros beneficios, al seminario, los hospitales erigidos por la autoridad eclesiástica, las cofradías, cabildos, institutos religiosos y templos. La enajenación de los bienes eclesiásticos está prohibida, y es nula y de ningún valor, á no ser que haya causa justa, y se observen las solemnidades prescritas por el derecho. Esta son: las necesidades de la Iglesia, la utilidad evidente, la piedad, lo estorboso del objeto que se enajena. Cuando hay que enajenar fincas, ó bienes muebles preciosos, entre las solemnidades se requiere, en primer lugar el beneplácito de la S. Sede Apostólica [2], fuera de los casos exceptuados por el derecho; de otra suerte se falta gravemente á la ley de la Iglesia, se contrae la obligación de restituir y se incurre en excomu-

[1] Decret. Urbani VIII 21 Iun. 1625; Innoc. XII, Const. *Nuper*, 23 Decr. 1697. — [2] Cap. 2 de rebus Eccles. in Sext; Paul. II. Const. *Ambitiosae*, 1 Mart. 1468, in cap. unic. de reb. Eccles. in Extravag. com. V. Appen. n. I; II.

sive immobilia sive mobilia, absque beneplacito Sedis Apostolicae alienari possunt, dummodo saltem consensus Ordinarii exquiratur, et eorum quorum interest [1].

870. Cum multum pendeat a circumstantiis loci et temporis, quinam valor exiguus dici possit, a Sede Apostolica pro singulis regionibus expetenda erit hac super re opportuna declaratio.

871. Quoniam alienatio bonorum in foro ecclesiastico non tantum censetur fieri illis actibus, quibus ius proprietatis in aliud subiectum transfertur, sed comprehendit etiam omnes actus, quibus bona ecclesiastica, saltem quoad dominium utile, transferuntur, aut periculo amissionis exponuntur, aut ad longius tempus directae possessioni Ecclesiae subducuntur, aut generatim peioris fiunt conditionis; idcirco, praeter donationem, venditionem, permutationem similesque actus, etiam pignus, hypoteca specialis, emphyteusis, locatio ultra triennium, inter prohibitas alienationes recensentur [2]. Omnino quoque abstinendum est a locationibus bonorum ecclesiasticorum, quae in praeiudicium successorum in officio ecclesiastico, praesertim per anticipatas solutiones, fiunt [3].

nión, conforme á la Constitución de Pío IX *Apostolicae Sedis*. Los bienes de poco valor, muebles ó inmuebles, pueden enajenarse sin el beneplácito de le Sede Apostólica, con tal que se pida el consentimiento del Ordinario y de aquellos á quienes corresponde [1].

870. Como depende, en gran parte, de las circunstancias de los tiempos y los lugares, el que tal ó cual valor pueda llamarse pequeño, habrá que pedir á la Santa Sede una declaración oportuna sobre esta materia.

871. Como, en el fuero eclesiástico, se considera que se efectúa la enajenación de bienes, no sólo con aquellos actos con que el derecho de propiedad se transfiere á otro, sino que abraza todos aquellos con que se traslada su dominio útil, ó se exponen al peligro de perderse, ó se substraen por largo tiempo á la directa posesión de la Iglesia, ó se vuelven, en general, de peor condición; por tanto, además de la donación, venta, permuta y otros actos semejantes, también el empeño, la hipoteca especial, la enfiteusis, y el arrendamiento por más de tres años, se cuentan entre las enajenaciones prohibidas [2]. Hay que evitar también absolutamente los arrendamientos que pueden perjudicar al sucesor, sobre todo cuando el pago es anticipado [3].

[1] Can. *Terrulas*, 53. C. XII. q. 2; S. C. C. in caus. *Forosempr.*, 21 Iul. 1827. Cfr. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 7. n. 276 seq. — [2] Paul. II. Const. *Ambitiosae*. V. Appen. n. II. — [3] Conc. Trid. sess. 25. cap. 11 de ref.

TITULUS XIV.

DE REBUS SACRIS

CAPUT I.

De Ecclesiis.

872. Quemadmodum invisibilia Dei, testante Apostolo [1], per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sic virtus quoque ac divinitas sanctissimi Redemptoris nostri, in universa Ecclesia catholica, per cultum singulari sapientia et pulchritudine ordinatum refulget, piasque fidelium mentes admiratione perfundit. Cuius mirabilis cultus sedes principales sunt ecclesiae, ubi Iesus Christus, Agnus immaculatus, in sacrificio eucharistico immolatur suaque reali praesentia fideles recreat, ac pretiosissimo suo Corpore et Sanguine pascit mortales. Vere igitur ecclesiae nostrae sunt « domus Dei et porta coeli ».

873. Quapropter, ut divina mysteria in ecclesiis tanto sacrificio atque sacramento dignis celebrentur atque populi fidelis crescat pietas et devotio, in memoriam revocamus, ut omnia et singula, quae sacri Canones, Apostolicae Constitutiones et

[1] Ad Roman. I. 20.

TITULO XIV.

DE LAS COSAS SAGRADAS

CAPÍTULO I.

De las Iglesias.

872. Así como las perfecciones invisibles de Dios, según dice el Apóstol [1], 'se han hecho visibles por el conocimiento que de ellas nos dan sus creaturas, así la virtud y la divinidad de Nuestro Santísimo Redentor, resplandece en toda la Iglesia católica, y llena de admiración las almas de los fieles, por medio del culto, ordenado con singular sabiduria y hermosura. Las Iglesias son la mansión principal de ese culto admirable, pues en ellas el Cordero inmaculado, Jesucristo, se inmola en el sacrificio eucarístico, recrea á los fieles con su presencia real, y nutre á los mortales con su preciosísimo Cuerpo y su Sangre. En verdad que son nuestras Iglesias « casa de Dios y puerta del cielo ».

873. Por tanto, para que los divinos misterios se celebren en Iglesias dignas de un sacrificio y sacramento tan augustos, y la piedad y devoción de los fieles aumenten, se observarán con filial y entera obediencia, todos y cada uno de los

praesertim decreta S. Rituum Congregationis de ecclesiis statuunt, filiali et integra obedientia observentur.

874. Nova ecclesia, sive cleri saecularis sive regularis, non aedificetur, nisi obtenta in scriptis licentia Episcopi dioecesani [1]. Quae licentia non est deneganda, nisi iusta obsistendi causa subsit [2], ut si de dotatione necessaria in forma legitima non constet [3], certumve iuri alterius praeiudicium inferatur [4]. Neque fabrica est inchoanda, antequam ipse Episcopus, aut alius ab eo delegatus, locum inspexerit et approbaverit, crucem in eo fixerit ac primum lapidem benedictum in fundamentis posuerit [5]. Ne autem quod Deo dicatum est, ad profanos usus iterum destinetur, et ne ex humana cupiditate, malitia vel inconstantia, Ecclesia amittat quod ipsi pro Deo et propter Deum datum est, mandamus ut in omnibus erectionibus novarum ecclesiarum, sacellorum, capellarum seu oratoriorum publicorum, per instrumentum publicum, in tuto ponatur tum perpetua destinatio dictarum ecclesiarum et oratorium publico cultui catholico, tum perpetua dependentia eorumdem sacrorum aedificiorum a respectivis Ordinariis, tum liber accessus Sa-

preceptos dictados acerca de las Iglesias, por los Cánones, las Constituciones Apóstolicas, y los decretos de la S. Congregación de Ritos.

874. Una Iglesia nueva, sea del clero secular, sea del regular, no se construya sin la licencia por escrito del Obispo diocesano [1]. No se negará la licencia sin justa causa [2], como sería la de no constar de la dotación necesaria en forma debida [3], ó de ocasionarse perjuicio cierto al derecho ajeno [4]. Ni aun la construcción debe empezarse antes que el Obispo en persona, ó por medio de un delegado, hubiere inspeccionado y aprobado el lugar, plantado en él la cruz, y bendecido la primera piedra de los cimientos [5]. Para que lo que una vez se ha consagrado á Dios no vuelva á destinarse á usos profanos, y pierda la Iglesia por causa de la humana codicia ó inconstancia, lo que se le ha dado por Dios y para Dios, mandamos que, en todas las erecciones de nuevas Iglesias, capillas ú oratorios públicos, se asegure con documento público, tanto su perpetua consagración al culto católico, como su dependencia perpetua del Ordinario respectivo, y el libre acceso á ellos de parte de los sacerdotes aprobados por el Ordinario, y de los fieles en gene-

[1] Cap. *Auctoritate* 4, de privileg. in Sext.; Concil. Trid. sess. 25. cap. 3 de reg.; Leo XIII. Const. *Romanos Pontifices*, 8 Maii 1881. — [2] Cap. *Ad audientiam* 3, de ecclesiis aedif. — [3] Pontificale Roman., P. II. De bened. et impos. primi lapidis etc. — [4] Cap. *Intelleximus* 1, *Cum ex iniuncto* 2, de novi oper. nunt. — [5] Pontif. Rom. l. c.

cerdotum ab Ordinario approbatorum et omnium fidelium ad huiusmodi templa vel oratoria publica, iuxta normas ab Episcopo praescribendas.

875. Prae caeteris, in nova ecclesia aedificanda, *locus* aptissimus et sacris aedibus conveniens seligatur. Quare, ut servetur traditio ecclesiastica, in memoriam Iesu Christi, qui, cruentum sacrificium oblaturus, in montem Calvariae ascendit, atque ad significandam civitatem illam sanctam in monte positam, idest Ecclesiam, quantum fieri potest, ecclesiae novae in edito atque prominenti loco aedificentur [1]. Quod si fieri non possit, saltem ita super solum eleventur, ut per aliquot gradus, ut plurimum numero impares, ad ecclesiae pavimentum ascendatur [2]. Quo maior sacris aedibus honor accrescat, Episcopus, in novo opere approbando, curet, ut novae ecclesiae ab aedibus profanis, et praesertim sordidis, prorsus separatae existant. At si ex rationabili causa prope ipsam ecclesiam domus sint aedificandae, cavendum est, ne prospectus, decor et quies domus Dei impediantur.

876. Fabricae dispositio, secundum formas ab Ecclesia receptas, est ordinanda, et antequam executioni mandetur, ab Episcopo est examinanda et approbanda. Com-

ral, según las reglas que el Obispo prescriba.

875. Ante todo, para la construcción de una Iglesia, escójase un *lugar* adaptado y conveniente para el sagrado edificio. Por lo cual, para conservar la tradición eclesiástica, en memoria de Jesucristo, que al ir á ofrecer el sangriento sacrificio, subió al Monte Calvario, y para significar que la ciudad santa, es decir la Iglesia, está situada sobre un monte, en cuanto sea possible constrúyanse las nuevas Iglesias en un lugar alto y eminente [1]. Cuando no se pueda, elévense á lo menos sobre el suelo, de suerte que se suba al pavimento por un número, generalmente impar, de escalones [2]. Para mayor decoro del sagrado edificio, procure el Obispo, al aprobar el plan de una obra nueva, que la Iglesia esté separada por completo de casas profanas ó poco limpias. Si, por alguna causa racional, tiene que construirse una casa junto á la Iglesia, cuídese de que ni la vista, ni el decoro, ni la tranquilidad de la casa de Dios se menoscaben.

876. Según las formalidades recibidas en la Iglesia, los planos de la fábrica tienen que trazarse oportunamente, y, antes que se pongan en ejecución, los ha de examinar y

[1] Act. xx. 7 seq.; Matth. v. 14, 16, 18; Apoc. xxi. 10. — [2] Conc. Prov. Prag. an. 1860, tit. 5. cap. 2; Conc. Prov. Vallisolet. an. 1887, p. 4. tit. 9.

mendandum est ut novae ecclesiae, quatenus locorum dispositio permittit et naturae aedificii sacri convenit, secundum antiquissimam Ecclesiae traditionem [1], exhibeant speciem crucis, in qua salus mundi pependit; item convenit, nisi loci dispositio obsistat, ut altare principale cum presbyterio versus orientem situm sit, porta autem principalis construatur in parte occidentali ecclesiae sive frontispicio, nisi pro dispositione Ecclesiae, a sacerdote versa ad populum facie Missae sacrum in altari maiori fieri solet [2]. Quod frontispicium, ex antiquo more singulari semper ornatu decoratum est; et S. Carolus Borromaeus monet [3], ut in uniuscuiusque ecclesiae, praesertim parochialis, frontispicio, extrinsecus pingatur vel sculpatur in superiori parte principalis portae imago B. V. Mariae vel Sancti vel Sanctae, cuius nomine ipsa ecclesia appellatur. Denique externae ecclesiae dispositioni interna structura partium respondeat.

877. Quod si in aedificandis ecclesiis leges Ecclesiae et traditiones artisque christianae praecepta observentur necesse est, non minus cavendum est ab *abusibus* per Sedem Apostolicam reprobatis. Quare, in fornicibus et tectis ecclesiarum vel oratorium, in quibus sacra fiunt, ambulacra vel conclavia ad profanos usus, aut cubicula dormientibus destinata, aut loca ubi columbae vel

aprobar el Obispo. Hay que recomendar que las nuevas Iglesias, en cuanto lo permitan el local y la naturaleza del edificio [1], representen la cruz en que estuvo enclavado El que fué la salvación del mundo. Conviene igualmente, si no hubiere grandes obstáculos, que el altar mayor, con el presbiterio, esté vuelto hacia el Oriente, y la puerta principal se construya en el lado occidental de la Iglesia, ó sea en la fachada; exceptuando aquellos templos en que el sacerdote celebra la misa en el altar mayor, con la cara vuelta hacia el pueblo [2]. Cuya fachada, como es costumbre antiquísima, debe estar muy ornamentada; y S. Carlos Borromeo [3] quiere que en la misma fachada de todas las Iglesias, pero en especial de las parroquiales, se coloquen sobre la puerta principal las estatuas, ó imágenes pintadas, de Nuestra Señora, y del Santo ó Santa cuyo nombre lleva la Iglesia. Por último el arreglo interior debe corresponder á la construcción exterior.

877. En la costrucción de los templos, si bien hay que atender á las leyes y tradiciones de la Iglesia y á los preceptos del arte cristiano, hay que evitar con no menor empeño, los *abusos* reprobados por la Santa Sede. Por tanto, en las bóvedas ó techos de las Iglesias ú oratorios, en que se celebran los divinos misterios, no se fabricarán galerías ó salas destinadas á usos profanos,

[1] Conc. Prov. Prag. ibid. — [2] Act. Eccles. Mediol. I. 470. — [3] Ibid. p. 468.

alia altilia alantur, omnino non construantur [1]. Nemini absque apostolico privilegio ex contigua domo, nisi regularis vel parochialis sit, ianuam aut fenestram habere vel aperire liceat, quae in ecclesiam praebeat prospectum aut ingressum, neque tribunam vel angustam [2]; quod si habeatur praedictum privilegium, expedit, ut fenestrae vel tribunae crates apponantur [3].

878. Ubi ecclesia iam erecta novis constructionibus sit *amplificanda* aut *restauranda*, nihil est attentandum, nisi novi operis delineatio vel reparationis modus examini Episcopi fuerint subiecti atque approbatione et licentia muniti.

879. Rectores ecclesiarum statuas, imagines aliasque res similes a suis locis absque licentia Episcopi non removeant, atque, obtenta licentia, curent, ut omnes amplificationes vel innovationes, secundum delineationem ab Episcopo approbatam, adamussim executioni mandentur. Haec autem quae de aedificatione et restauratione ecclesiarum decernenda vel ad memoriam revocanda esse duximus, salvis legitimis privilegiis, praesertim Regularium, dicta intelligantur oportet.

880. Quoad imagines Servorum Dei, qui nondum beatificationis et canonizationis honores consecuti sunt, depictas vel depingendas in

ni dormitorios, ni palomares ó gallineros [1]. Sin privilegio Apostólico, nadie podrá abrir en la casa contigua, salvo que sea regular ó parroquial, puerta ó ventana que comunique con la Iglesia, ni tribuna ó balcón [2]; y si existiere el privilegio, se pondrán rejas ó persianas á la tribuna ó ventana [3].

878. Cuando se trate de ampliar ó restaurar una Iglesia ya construida, nada se emprenderá antes que el diseño de la nueva obra y los planes de reparación se hayan sujetado al examen del Obispo, y se hubiere recabado su aprobación y licencia.

879. Los rectores de las Iglesias no removerán de sus lugares las estatuas, imágenes y otros objetos semejantes, sin licencia del Obispo; y cuando ésta se hubiere obtenido, cuidarán de que todas las reparaciones é innovaciones se ejecuten al pie de la letra, conforme á los diseños aprobados por el Obispo. Cuanto hemos creido deber decretar ó recordar acerca de la construcción ó restauración de los templos, sea dicho salvos los derechos legítimos, sobre todo de los Regulares.

880. Por lo que toca á las imágenes de los Siervos de Dios, que aún no han alcanzado los honores de la beatificación ó canonización,

[1] S. R. C. 11 Maii 1641 (n. 756); 31 Aug. 1867, ad 5 (n. 3157); 4 Febr. 1898, ad 2 (n. 3978). Cfr. Mach. Tes. del Sac. n. 418. — [2] S. R. C. 4 Febr. 1898, ad 5 (n. 3978). — [3] S. R. C. 4 Sept. 1875, ad 2 (n. 3376).

parietibus vel vitris coloratis ecclesiarum, accurate serventur cautelae a S. Rituum Congregatione praescriptae [1].

881. Parochi aliique sacerdotes, ne sint plane peregrini in opere satis difficili aedificandi et restaurandi ecclesias, archaeologiae sacrae, artis christianae, iurisprudentiae canonicae principia in hoc genere tenenda diligenti studio sibi faciant familiaria, ne per ignorantiam in non leves incidant errores atque defectus. Quaecumque tamen sit Sacerdotum vel Parochorum peritia in hac re, nihil ipsi faciant absque expressa licentia Episcopi, ut praescriptum est in art. 878, 879.

882. Nova ecclesia, antequam ad divina mysteria celebranda adhibeatur, ab Episcopo est consecranda; aut, dilata ex aliqua causa consecratione, saltem est benedicenda [2]. Quae consecratio ecclesiarum soli Episcopo loci, in quo existit ecclesia consecranda, est reservata, atque sine indulto apostolico presbyteris delegari non potest [3]; at a delegando presbytero ad benedictionem ecclesiae Episcopus non prohibetur [4]. In consecrationibus et benedictionibus, ritus praescripti in Pontificali Romano et Rituali Romano diligenter sunt servandi; item recen-

que se hayan pintado ó pinten en adelante en las paredes ó vidrieras de las Iglesias, obsérvense puntualmente las precauciones prescritas por la S. Congregación de Ritos [1].

881. Para que los curas, y sacerdotes en general, no sean absolutamente ignorantes del arte nada fácil de edificar y restaurar las Iglesias, conviene que se familiaricen con los principios de arqueología sagrada, de arte cristiano y de jurisprudencia canónica, no sea que, por ignorancia, caigan en no leves errores y defectos. Pero, sea cual fuere la competencia en esta materia, de los sacerdotes y curas, nada hagan sin expresa licencia del Obispo, como se ha dicho en los artículos 878 y 879.

882. Una nueva Iglesia, antes que en ella se celebren los divinos misterios, ha de ser consagrada por el Obispo; ó, si la consagración se difiere por cualquier motivo, se bendecirá [2]. Cuya consagración está reservada únicamente al Obispo de la diócesi en que está la Iglesia, y, sin indulto Apostólico, no se puede delegar la facultad de hacerla á un simple presbítero [3]; pero sí puede dársele la facultad de bendecirla [4]. En las consagraciones y bendiciones, han de observarse cuidadosamente los ritos prescritos por el Pontifical y el Ritual Romano, como también

[1] S. R. C. 14 Aug. 1894 (n. 3835). — [2] S. R. C. 7 Aug. 1875, ad 1 (n. 3364). [3] Cap. *Aqua* 1. 10. de relig. domib.; Cap. 9 de consecr. eccl.; Conc. Trid. sess. 6 cap. 5 de ref.; S. R. C. 14 April. 1674 (n. 1505). — [4] Rit. Rom. de Benedict.

tiora S. Rituum Congregationis decreta omnino servanda sunt. Prorsus verum abstinendum est a consecratione vel benedictione solemni oratorii privati; at non prohibetur, immo decet, ut oratorium privatum simplici « benedictione loci » sanctificetur.

883. Ecclesia, quae per exsecrationem penitus consecrationem vel benedictionem amisit, divinis mysteriis celebrandis non iam inservire potest, nisi denuo benedicatur vel consecretur; censetur autem ecclesia exsecrata, si tota ecclesia vel maior pars murorum eversa sit [1]. Pariter functiones sacrae in ecclesia consecrata vel benedicta prorsus interdicuntur, si illa fuerit polluta, donec macula, quae ipsius sanctitati, per consecrationem vel benedictionem quaesitae, illata fuit, per reconciliationem legitime factam denuo tollatur [2]. Polluitur vero ecclesia per homicidium publicum, voluntarium et iniuriosum quocumque modo in ecclesia perpetratum, per voluntariam graviterque peccaminosam et publicam humani sanguinis vel seminis effusionem, per sepulturam infidelis vel excommunicati vitandi, ad formam decreti Martini V « *Ad evitanda* » [3]. Quae reconciliatio quam primum fieri debet, ne diutius laudes divinae intermittantur [4]. Si ecclesia, quae polluitur, consecrata sit, nonnisi per proprium Episcopum aut

los últimos decretos de la S. Congregación de Ritos. Hay que, abstenerse de la consagración y bendición solemne de todo oratorio privado; pero no se prohibe, sino que, por el contrario, conviene, que se santifique con la sencilla « *benedictio loci* ».

883. La Iglesia que, por profanación, ha perdido por completo la consagración ó bendición, no podrá servir de nuevo para la celebración de los divinos misterios, si otra vez no se bendice ó consagra: se considera profanada una Iglesia, cuando toda ella, ó la mayor parte de sus paredes, se ha caido [1]. Igualmente se prohiben las funciones sagradas en una Iglesia consagrada ó bendita, cuando ha sido violada, hasta que no se borre la mancha arrojada sobre la santidad que adquirió con la consagración ó bendición, por medio de una reconciliación legítima [2]. Se viola una Iglesia por un homicidio público, voluntario é injurioso, cometido en su recinto, por el derramamiento voluntario, gravemente pecaminoso y público, de sangre humana *vel seminis*, y por la sepultura de un infiel ó excomulgado *vitando*, conforme al decreto de Martino V *Ad evitanda* [3]. Cuya reconciliación debe hacerse cuanto antes, para que no se interrumpan por largo tiempo los divinos oficios [4]. Si la Iglesia violada hubiere sido con-

[1] Cap. *Ligneis* 6. 10, de consecr. eccl. — [2] Cap. *Is qui* 18, de sent. excom. 5, 11 in Sext. — [3] Cap. *Proposuisti* 4, *Consuluisti* 7, *Si Ecclesia* 10, de consecr. eccl. S. R. C. 23 April. 1875 (n. 3344). — [4] Cap. *Si Ecclesia* 10.

alium Episcopum de ipsius mandato, reconciliari valet, iuxta ritum in Pontificali Romano praescriptum, cum aqua ab Episcopo ad hunc usum rite benedicta [1]; et iuxta tenorem facultatum, quae a Sede Apostolica concedi solent, in casu necessitatis, etiam aqua non benedicta ab Episcopo. Si ecclesia fuerit solummodo benedicta, eius reconciliatio fieri potest a quolibet sacerdote, quem Episcopus delegaverit [2], atque in casu necessitatis etiam absque delegatione [3].

884. Etiamsi ecclesia solummodo polluatur propter delicta in iure speciatim expressa, tamen vi consecrationis vel benedictionis eam consecuta est *immunitatem*, quae non solum quoslibet actus illicitos, sed etiam simpliciter profanos atque sanctitati loci contrarios omnino excludit. Quare vetantur in ea negotiationes, iudicia saecularia, civiles conventus, profana colloquia, multoque magis ludi theatrales, cantus lascivi, et quidquid officium divinum perturbet ac reverentiam domo Dei debitam offendat [4]. Cum autem verba moveant, exempla trahant, ipsi sacerdotes sancta sua conversatione atque reverentia et devotione in ecclesia populum christianum efficaciter excitent ad fidelem imitationem. Quo exemplo fiet, ut

sagrada, sólo puede reconciliarse por su propio Obispo, ó por otro Obispo á quien éste delegue, conforme al rito prescrito en el Pontifical Romano, y con agua bendita con este objeto por el mismo Obispo [1]. En las facultades que suele conceder la Sede Apostólica, está la de poder hacer la reconciliación, en caso de necesidad, aun con agua no bendita por el Obispo. Si la Iglesia hubiere sido únicamente bendita, puede hacer la reconciliación cualquier sacerdote delegado por el Obispo [2]; y si el caso es urgente, aun sin delegación [3].

884. Aunque una Iglesia sólo sea violada por los delitos que especifica el derecho, en fuerza de la consagración y bendición alcanza la *inmunidad*, que excluye totalmente, no sólo los actos ilícitos, sino también los simplemente profanos y contrarios á la santidad del lugar. Por lo cual, se vedan las negociaciones en su recinto, los juicios seculares, las asambleas civiles, las conferencias profanas, y con mucha más razón, las representaciones teatrales, los cantos lascivos, y todo lo que pueda pertnrbar los divinos oficios ú ofender la reverencia debida á la casa de Dios [4]. Y como las palabras mueven y el ejemplo atrae, los mismos sacerdotes, con su santa conversación, reverencia y devoción en el templo, excitarán al pueblo cris-

[1] Cap. *Aqua* 9. — [2] Ritual. Roman. de Benedict. — [3] Cfr. Mach. Tes. del Sac. n 432. — [4] Cap. *Decet* 2. de immunit. eccles. 3. 25. in Sexto.

ipsorum monita, quibus pro officio suo modestiam fidelibus praesertim mulieribus inculcant, discolos et per ecclesiam vagantes, paterna gravitate et patientia redarguunt, eo maiorem habeant vim atque auctoritatem.

885. Rectores ecclesiarum illud praesertim curent, ut in ecclesiis omnia a squalore et sordibus et pulvere sint immunia. Quare ecclesiae, altaria, confessionalia aliaque, statis temporibus, a pulvere mundentur. Neque exteriores ecclesiae partes negligendae sunt, ne domus Dei hederis, vepribus aliisque modis suam pulchritudinem atque dignitatem amittat.

886. Cum inter praecipua ecclesiarum rectorum officia illud sit, ut ecclesias sibi commissas apte et decenter ipsi conservent, nullo modo id melius efficere possunt, quam *reparationes* necessarias suo tempore peragendo. Quae reparationes faciendae sunt expensis illorum, qui, ex iure communi aut ex speciali consuetudine, ad reparandas ecclesias obligantur. Ne autem fideles, in praesenti temporum malitia, per potestatem ecclesiasticam compellantur, ut taxis concurrant ad expensas reparationum, exoptandum est, ut pastores precibus et consiliis populi fidelis studium excitare nitantur ad necessarios reparationis sumptus liberalibus donationibus sponte subministrandos. Quod si

tiano á imitarlos. Este ejemplo dará mayor fuerza y autoridad á las reprensiones que, en cumplimiento de su deber, tengan que dirigir con paternal gravedad y paciencia, ya sea á las mujeres para que guarden la debida modestia, ya á los díscolos que vagan por el templo.

885. Los encargados de las Iglesias tendrán sumo cuidado de que todo cuanto ellas contienen esté limpio de inmundicias, suciedad y polvo. Sacúdanse, por tanto, periódicamente las Iglesias mismas, los altares, los confesonarios y todo lo demás. Y no hay que descuidar la parte exterior, para que la casa de Dios no pierda su belleza y decoro, desfigurándose con hierbas y zarzas, y otras cosas semejantes.

886. Siendo uno de los principales deberes de los encargados de las Iglesias, el conservarlas en estado bueno y decoroso, el mejor medio de lograrlo es ir haciendo, á su debido tiempo, las *reparaciones* necesarias. Estas deben hacerse á expensas de aquellos que, ó por derecho común ó por especial costumbre, á ello estén obligados. Para que los fieles, en estos tiempos de tanta malicia, no se vean obligados por la autoridad eclesiástica, á proveer á los gastos de reparación, con contribuciones forzosas, es de desearse que los pastores, con ruegos y consejos, exciten á los fieles á hacerlo con liberales donativos espontáneos. Si la Iglesia es de patronato, al patrono toca (salvo que las leyes de la fun-

ecclesia est iuris patronatus (nisi obstent leges fundationis) reparationes faciendae sunt patroni sumptibus; adeoque patrono congruus terminus praefigatur, ut ecclesiam reparet; quo inutiliter elapso, omni patronatus iure cecidisse declarari poterit [1].

887. Cum a domo Dei non solum arcendum sit quidquid indecorum atque profanum est, sed etiam in cunctis ornatus atque splendor templorum christianorum sit procurandus; etiam singulae ecclesiarum partes omniaque instrumenta cultui divino addicta, aptitudine, ordine, veraque pulchritudine emineant, atque, imprimis, legibus ecclesiasticis conformentur.

888. Quare *altare*, in quo in ecclesiis nostris sacrificium eucharisticum offertur atque augustissimum Sacramentum asservatur, uniuscuiusque ecclesiae principale sit ornamentum. Hinc, ubi fieri potest, saltem altare principale ecclesiae sit altare fixum ex una tabula lapidea, suae basi perfecte coniuncta riteque consecrata. Quod si huiusmodi altaria fixa haberi non possunt, ea erigantur altaria, quae, sive lateritia sive lignea sint, ad altaria fixa quam proxime accedant, ideoque parieti vel pavimento sint colligata, si lignea fuerint, atque mensae altaris inseratur altare portatile, quod con-

dación lo veden) hacer los gastos de reparación. Fíjesele, por tanto, al patrono, un plazo conveniente para la reparación de la Iglesia; y si este expira inútilmente, se podrá declarar que ha perdido su derecho de patronato [1].

887. Como no sólo se ha de desterrar de la Casa de Dios cuanto sea indecoroso y profano, sino que ha de procurarse, en todo y por todo, el decoro y el esplendor de los templos cristianos, se sigue que cada departamento de la Iglesia, y todos los instrumentos que sirven para el culto divino, deben brillar por sus proporciones, orden y verdadera belleza, y han de ser conformes sobre todo á las leyes eclesiásticas.

888. El *altar*, en que en nuestras Iglesias se ofrece el sacrificio eucarístico y se guarda el augustísimo Sacramento, será en cada templo el principal ornamento. El mayor, al menos, sea *fijo*, donde se pueda, es decir: conste de una sola tabla de piedra, pegada perfectamente á su base, y consagrada como prescribe el rito. Donde esto no se pueda, constrúyanse los altares de piedra, ladrillos ó madera, de tal suerte que se asemejen á los fijos; adheridos á la pared ó pavimento, si fueren de madera y con el ara incrustada en la mesa. El ara (ó altar portátil) debe ser de piedra,

[1] Benedict. XIV. Instit. C. n. 14; S. C. EE. et RR. in *Bononiensi. Aedif. Eccles.*, 15 Iunii 1855, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 1. n. 52.

stare debet ex vero lapide duro, non ex lapide puniceo sive ex gypso, et pro qualitate altaris, sufficientis sit magnitudinis ad continendum calicem et patenam. Praeterea mensa altaris tribus mappis, seu tobaleis lineis et mundis operiatur, quarum superior ex utroque latere decenter perpendeat usque ad solum. Super gradum mensae inter candelabra sit *eminens effigies* sculpta seu picta Christi Domini e cruce pendentis, collocata eiusque magnitudinis, ut, sacerdos celebrans et populus sacrificio assistens, Crucifixum, non vero solam Crucem, commode intueri possint [1].

889. Cum parochis potissimum incumbat cura deferendi ad infirmos sacrum Viaticum, ne sine Communione moriantur (Can. *Presbyter* 93. D. II. *de consecrat.*), in Ecclesiis parochialibus et in Cathedrali, quae princeps est singularum dioecesium ecclesia, decenter asservari debet sanctissima Eucharistia. Regularibus etiam permissum est, ut in suis Ecclesiis Conventualibus Eucharistiam custodiant, dummodo servetur quod Tridentina Synodus praescripsit quoad Moniales, eas videlicet non posse, ex quovis indulto aut privilegio, Eucharistiam servare intra claustra, sed in parte exteriori Ecclesiae [2]. Hoc tamen indulto gaudent dumtaxat Ordines religiosi proprie dicti; nam Congregationes quae simplicibus votis obligantur, no porosa sino dura, y no de yeso; y, según sea el altar, de tamaño suficientemente grande para contener el cáliz y la patena. Cubrirán la mesa del altar tres manteles ó toallas limpias, de lino, de las cuales la superior colgará de ambos lados hasta el suelo. Sobre la grada de la mesa, entre los candeleros, se pondrá una cruz con *la imagen de bulto* de Jesucristo crucificado, pintada ó esculpida, pero de tal tamaño que, tanto el sacerdote que celebra, como el pueblo que asiste al sacrificio, puedan ver cómodamente no sólo la cruz sino el Crucifijo [1].

889. Como uno de los principales deberes de los párrocos, es llevar el Viático á los enfermos, para que no mueran sin la sagrada comunión, en todas las Iglesias parroquiales, y en la Catedral, que es la primera Iglesia de cada diócesi, consérvese decorosamente la santísima Eucaristía. Se permite á los regulares que en sus Iglesías conventuales tengan el sagrado Depósito; pero las monjas tienen que observar lo mandado por el Concilio Tridentino, á saber: que no pueden, en virtud de ningún indulto ó privilegio, tener el Depósito dentro de la clausura, sino en parte accesible de la Iglesia [2]. De este indulto gozan únicamente las Ordenes religiosas propiamente dichas; porque las Congregaciones de votos

[1] S. R. C. 17 Sept. 1822, ad 7 (n. 2621). — [2] Conc. Trid. sess. 25 de regul. c. 10.

et religiosae domus episcopali tantum auctoritate erectae, ut sacram Eucharistiam asservare valeant, indigent Apostolica facultate [1]. Ecclesiae vero collegiales, nisi sint simul parochiales, et multo minus aliae minores ecclesiae, quae curam animarum adnexam non habent, Eucharistiam asservare absque apostolico indulto minime possunt. Neque Episcopus, si de custodia perpetua agitur, illud concedere valet, cum excedat fines suae auctoritatis; facultatem solum idem elargiri poterit pro custodia temporanea [2].

890. *Tabernaculum in medio altaris positum* ad asservandam sacratissimam Eucharistiam, quod in ecclesiis parochialibus et regularibus collocari ordinarie debet tanquam in digniori loco in ipso altari maiori, non autem in cathedralibus [3] propter functiones quae ibidem fiunt, sit, pro cuiusque ecclesiae facultatibus, affabre elaboratum, eleganterque ornatum conopeo [4] coloris officio congruentis, sin minus albi vel saltem cortinula in exteriori parte, intus vero vel deauratum vel panno serico albi coloris circumvestitum [5]; et in eo candidum sternatur corporale, quod frequenter mutandum erit. In ipso autem tabernaculo nihil praeter augustissimum Sacramentum reponere licet, non sacra olea, non Sanctorum re-

simples, ó las casas religiosas erigidas tan sólo con autoridad episcopal, han menester de facultad Apostólica, para poder conservar la sagrada Eucaristía [1]. Las Colegiatas, si no son al mismo tiempo parroquias, y mucho menos las Iglesias menores, no pueden tener el sagrado Depósito sin indulto Apostólico. Ni puede el Obispo, si se trata de conservar perpetuamente el Depósito, conceder licencia para ello, porque excede los límites de su autoridad; sólo puede darla por tiempo limitado [2].

890. *El tabernáculo colocado en medio del altar*, para conservar la sagrada Eucaristía, (que en las Iglesias parroquiales y regulares debe estar ordinariamente en el altar mayor, como en el lugar mas digno, pero no en las Catedrales [3], por razón de las funciones que allí se celebran) debe ser, según los recursos de cada Iglesia, de hechura riquísima, y adornado elegantemente con un pabellón [4], ó por lo menos con una cortina exterior, del color del día ó al menos blanco, y dorado por dentro ó forrado de seda blanca [5]; y se tenderá en él un corporal blanco, que se cambiará frecuentemente. Nada más que el augustísimo Sacramento se puede guardar dentro del sagrario: ni los santos Oleos, ni cálices, ni la pe-

[1] Bened. XIV. Const. *Quamvis iusto*, 30 Apr. 1749. — [2] S. C. C. in *Cassanen.* 12 Aug. 1747, ap. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 1. n. 98. — [3] S. R. EE. et RR. in *Lucensi* 10 Febr. 1579. Cfr. Lucidi, ibid. n. 91. — [4] Ritual. Rom. de Euchar. — [5] S. R. C. 20 Iun. 1899, ad 4 (n. 4055).

liquias, non calices, non parvam pyxidem ad Viaticum deservientem aut aliud quidpiam, quantumvis sanctum sacrumque videatur. Nihil quoque supra tabernaculum praeter crucem collocare licet, non imagines. non candelabra, non vasa cum floribus, non denique sacras reliquias, cuiuscumque sint dignitatis, etiam SS. Crucis [1], ne illud sit veluti basis ad alia sustentanda. Nequit etiam ante eiusdem ostiolum vas florum neque aliud retineri, neque in ipso imagines sculpi aut pingi, nisi Domini Salvatoris vel sacrae Eucharistiae allegoriam referentes. Ostiolum sit satis firmum suaque sera et clavi munitum, atque tale, ut sacra pyxis facile et reverenter introduci ac extrahi possit. Clavis sit argentea vel saltem deargentata et duplex, ne, una amissa, fabri ferrarii manus adhiberi necesse sit ad illud aperiendum; semperque sit apud parochum vel rectorem ecclesiae, numquam vero apud sacristam laicum.

891. *Baptisterium*, quod semper et merito ut ecclesiae nobilissima pars reputatum est, quoad fieri potest, debet esse prope ianuam maiorem ecclesiae in cornu evangelii et cancellis occlusum sera munitis; in eoque, ubi commode fieri potest, depingatur imago S. Ioannis Christum baptizantis. Fons baptismalis sit marmoreus vel saltem ex alio lapide polito et minime poroso; sin minus

queña píxide para el Viático, ni otro objeto cualquiera, por santo y sagrado que parezca. Nada debe tampoco colocarse sobre el tabernáculo, fuera de la cruz; ni imágenes, ni candeleros, ni vasos con flores, ni reliquias, aun cuando fueren del Santo Ligno [1], porque no es decoroso que sirva de base para sostener otras cosas. Delante de la puerta no deben dejarse ramilletes de flores, ni esculpirse ó pintarse en la misma otras imágenes que no sean de N. S. Jesucristo, ó alegorías relativas á la Eucaristía. La puerta será bastante sólida, con su cerradura y su llave, y de tal tamaño que el sagrado copón pueda con facilidad y reverencia meterse y sacarse. La llave será de plata, ó al menos plateada, y doble, para que si una se pierde no haya necesidad de cerrajero: siempre la guardará el párroco ó el encargado de la Iglesia; jamás el sacristán seglar.

891. El *Bautisterio*, que siempre se ha considerado, y con justicia, como una parte nobilísima de la Iglesia, deberá estar, donde se pueda, junto á la puerta mayor de la misma, del lado del Evangelio, cerrado con puertas resguardadas por su correspondiente cerradura, y en él habrá, si se puede, una imagen de San Juan bautizando al Señor. La fuente bautismal será de mármol,

[1] S. R. C. 22 Ian. 1701, ad 10 (n. 2067); 31 Mart. 1821, ad 6 (n. 2613); 12 Mart. 1836, ad 1 (n. 2740).

conficiatur ex congruo metallo; in interiori parte geminam habere potest partitionem, ut hinc sit aqua salutaris illinc eadem aqua ex capite infantis defluens accipiatur; operculo ligneo vel metallico bene tegatur atque in eius vertice crux affabre facta et deaurata emineat. Bis autem per annum, occasione nimirum novae benedictionis, sabbatis Paschae et Pentecostes faciendae, per ipsum parochum aut alium sacerdotem diligenter purgetur, aqua vero residua in sacrarium mittatur.

892. *Sedes confessionales* in ecclesiis sufficienti numero existant atque in patenti, conspicuo et apto ecclesiae loco sint positae, et crate tenuiter perforata inter poenitentem et sacerdotem instructae. Exterius autem expedit, ut aliquam habeant Crucifixi vel Bmae Virginis imaginem, ad pius affectus in poenitentium corde excitandos. Denique sedes confessionalis non solum affabre et apte, quantum fieri potest, sit facta; sed praesertim ut decentiae, dignitatis sacerdotis atque sigilli sacramentalis ratio habeatur et legitimo commodo fidelium consulatur, summopere est curandum.

893. *Suggestus* pro concione ad populum habenda, si elegantior haberi non possit, saltem in forma decenti conficiatur, atque a latere evangelii, quantum fieri possit, in loco apto et conspicuo sit positus. Re-

ó siquiera de piedra bruñida y no porosa; también podrá ser de metal. Podrá tener en el interior dos divisiones; una para guardar el agua consagrada, y otra para recibir el agua con que se ha bautizado el infante. Tendrá una cubierta de madera, ó metal, que la resguarde perfectamente, y en cuya cima aparezca una cruz de bulto, bien esculpida y dorada. Dos veces al año, antes de consagrarse el agua nueva, los sábados de Pascua y de Pentecostés, la limpiará cuidadosamente el mismo cura, ú otro sacerdote, y arrojara en la piscina el agua que sobrare.

892. Haya en todas las Iglesias suficiente número de *confesonarios*, y colóquense en lugares convenientes, conspicuos y manifiestos, y pongánseles rejas con pequeños agujeros, que separen al penitente del confesor. Por fuera es bueno que tengan alguna imagen de Jesucristo crucificado, ó de la Santísima Virgen, para excitar en el penitente santos afectos. Dichos confesonarios no sólo han da ser bien fabricados, un cuanto se pueda, sino que se han da tener en cuenta la decencia y dignidad del sacerdote, el sigilo sacramental y la comodidad á que tiene derecho el penitente.

893. El púlpito, si no puede ser elegante, hágase por lo menos decente, y colóquese, cuando se pueda, en el lado del Evangelio, en lugar conveniente y conspicuo. Los rectores de la Iglesia no deben descui-

ctores quoque ecclesiarum non negligant *chorum*, in quem cantores ad sacrum concentum conveniunt, et ubi organum pulsatur; curentque, ut a populi conspectu omnis distractionis occasio, quantum fieri potest, tollatur. Item *subsellia* et *sedilia*, quae clericis in presbyterio et laicis in ecclesiis sunt destinata, apte conficiantur riteque disponantur.

894. *Sacristia*, quae partibus ecclesiae adnumerari potest, quatenus fieri valet, versus meridiem vel orientem sita sit, ut functionibus sacris commode inserviat atque aptum habeat armarium ad conservanda utensilia liturgica. In loco conspicuo sacristiae sit Crucifixi imago; tabella quoque affigatur Missarum onera descripta referens, neque sacrarium desit. Maxime vero Rectores ecclesiarum sedulo invigilent, ut in sacristia omnia sint munda ac nitida et quantum ministrorum officia patiuntur, religiosum servetur silentium et confabulationes nugaeque puerorum arceantur, neque ibidem morentur qui ad ministerium illius non pertinent.

895. *Turris* ecclesiae ab usibus mere profanis aliena sit oportet. Item campanae ad usum ecclesiasticum destinatae, quae omnino debent benedici ab Episcopo, vel, si habeatur necessarium indultum Apostolicum, a presbytero cum aqua ab Episcopo benedicta [1], usibus profa-

dar el coro, donde se reunen los cantores y se tañe el órgano: pónganlo de modo que no pueda verlos el pueblo, y sea esto un motivo de distracción. Los bancos ó asientos, para los clérigos en el presbiterio, para los seglares en el cuerpo de la Iglesia, se construirán convenientemente y se arreglarán conforme al rito.

894. La *sacristía*, que debe considerarse parte integrante de una Iglesia, estará situada, en cuanto se pueda, hacia el mediodía ó el oriente, para que se puedan celebrar cómodamente las funciones; y tendrá un armario á propósito para guardar los vasos sagrados. En un lugar conspicuo de la misma, habrá un Crucifijo, y una tabla con la lista de los cargos de misas, y no faltará la piscina. Cuidarán los encargados de las Iglesias, de que todo en la sacristia esté limpio y aseado; y en cuanto sea compatible con los deberes de los ministros, se guardará religioso silencio y se evitarán los retozos de los monaguillos, no permitiéndose la entrada á los que no tienen alli que hacer.

895. Conviene que la *torre* de la Iglesia no sirva para usos profanos. Las campanas destinadas á los usos eclesiásticos, que deben bendecirse por el Obispo, ó si éste tiene indulto Apostólico, por un sacerdote por él delegado y con agua bendita por el mismo Obispo [1],

[1] S. R. C. 19 April. 1687 (n. 1781); 9 Maii 1857, ad 2 (n. 3042).

nis inservire non possunt [1], nisi in casibus necessitatis aut ex legitimis consuetudinibus ab Ecclesia adprobatis.

896. Quae de ecclesiis aedificandis, conservandis, restaurandis statuta sunt, servata proportione, etiam *oratoriis publicis vel semipublicis* sunt applicanda. Oratoria publica sunt aedes sacrae quae « ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta vel etiam solemniter consecrata ianuam habent in via, vel liberum a publica via fidelibus universim pandunt ingressum. Privata e contra stricto sensu dicuntur Oratoria, quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae vel familiae ex indulto S. Sedis erecta sunt. Quae medium inter haec duo locum tenent, ut nomen ipsum indicat, Oratoria semipublica sunt et vocantur » [2]. Ut oratoria publica et semipublica erigantur, requiritur et sufficit licentia Episcopi dioecesani [3]. Qua licentia obtenta, sacrificium Missae ibi celebrari atque aliae functiones sacrae iuxta modum ab Episcopo definiendum peragi possunt, salvo iure Episcopi visitandi atque reformandi.

897. Quamvis nemo prohibeatur, quominus sibi constituat oratorium *privatum*, tamen ut in illo sacrifi-

no deben servir para usos profanos [1], si no es en casos de necesidad, ó en virtud de costumbre legitima aprobada por la Iglesia.

896. Lo que se ha decretado sobre la construcción, conservación y restauración de las Iglesias, debe aplicarse en la debida proporción á los *oratorios públicos y semipúblicos*. Los oratorios públicos son edificios sagrados que « dedicados perpetuamente al culto público de Dios, benditos ó aun consagrados solemnemente, tienen puerta para la calle, ó entrada libre para todos los fieles indistintamente desde la calle pública. Llámanse, por el contrario, oratorios privados, en el estricto sentido de la palabra, los que, para comodidad de alguna persona ó familia, se erigen con indulto de la Santa Sede en las casas particulares. Los que están entre unos y otros, como su mismo nombre lo indica, son y se llaman oratorios semipúblicos » [2]. Para erigir oratorios públicos y semipúblicos se requiere y basta la licencia del Obispo diocesano [3]. Una vez obtenida, se pueden celebrar en ellos el sacrificio de la Misa y las demás funciones sagradas, conforme á lo mandado por el Obispo, y salvo sú derecho de visitar y reformar.

897. Aunque á nadie se prohibe que tenga su oratorio *privado*, para celebrar en él el sacrificio de la Misa

[1] S. R. C. 16 Iul. 1594, ad 1 (n. 52). — [2] S. R. C. 23 Ian. 1899 (n. 4007), super Oratoriis semipublicis V. Appen. n. CXVI. — [3] Can. 9. de consecr.; cap. *Auctoritate* 4, de privil. in Sext.

cium Missae celebrari possit, indultum Sedis Apostolicae omnino requiritur [1]. Conditiones in indulto Apostolico expressae accurate sunt servandae, neque ulla ratione permitti potest, ut usus privilegii, contra tenorem verborum, ad personas, loca, tempora, officia ibi non expressa, arbitrarie extendatur. Quod ne fiat, Episcopi per parochos diligenter invigilent, atque, ubi opus sit, iure suo visitandi atque reformandi utantur, prae oculis habita Encyclica *Magno cum* Benedicti XIV, 2 iun. 1751, *de tollendis abusibus ab Oratoriis privatis, quae sunt in domibus laicorum* [2]. Qua in Encyclica exposita habentur quae Episcopus tuto possit circa communiones et confessiones fidelium in privatis Oratoriis.

se requiere absolutamente indulto de la S. Sede Apostólica [1]. Las condiciones que en éste se expresen, se observarán al pie de la letra, y de ninguna manera se permitirá que se extienda arbitrariamente el uso del privilegio de oratorio, á personas, lugares, tiempos ó funciones en él no expresados. Para que esto no suceda, los Obispos velarán por medio de los párrocos, y si fuere necesario, usarán de su derecho de visitar y reformar, teniendo presente la Encicliea *Magno cum* de Benedicto XIV de 2 de Iunio de 1751, *sobre la extirpación de los abusos introducidos en los oratorios privados, en las casas de los seglares* [2]. En ella se encontrará explicado lo que el Obispo tiene facultad de permitir con respecto á las confesiones y comuniones de los fieles, en los oratorios privados.

Caput II.
De sacra supellectili.

898. Si in veteri lege, quae fuit umbra futurorum, ipse Deus per famulum suum Moysen sacrificiorum ritus, sacrorum vasorum numerum, vestes pretiosas Pontificis, sacerdotum, levitarum, praescripsit; multo magis decet, ut in nova lege quidquid in oblatione incruenti sacrificii eucharistici et sacramentorum administratione adhiberi debet, divinorum mysteriorum maiestatem com-

Capítulo II.
De los utensilios y vasos sagrados.

898. Si en la antigua Ley, que no era más que sombra de lo que había de suceder, el mismo Dios prescribió, por medio de su siervo Moisés, los ritos de los sacrificios, el número de los vasos sagrados, las vestiduras preciosas del Pontífice, de los sacerdotes y de los levitas; con mucha más razón conviene que, en la nueva Ley, cuanto haya de usarse en la oblación del

[1] Conc. Trid. sess. 22. decret. de obser. et evit. in celebr. Missae. Cfr. Lucidi, de Vis. SS. Lim. cap. 1. n. 98. — [2] Vid. Appen. n. XIV.

mendet, atque ingerat populo fideli reverentiam et devotionem.

899. *Calices,* qui ad sacrificium Missae adhibentur, itemque patenae debent esse ex auro vel argento aut saltem habere cuppam et patenam argenteam, intus deauratam [1]. Calices et patenae, antequam ad sacrificium eucharisticum adhibeantur, ab Episcopo consecrari debent [2]. Quae consecratio sine indulto Apostolico a simplice sacerdote fieri non potest [3]. Calices et patenae exsecrantur, quando ita immutantur vel franguntur, ut sancto sacrificio non iam inservire possint. Idque locum habet, si perforentur, vel cuppa calicis a pede, cui fixa est, per fractionem divellatur, vel si pars interior cuppae deaurationem amittat, nec tamen debent execrari antequam artifici tradantur [4], sed sufficit ut post novam deaurationem vel reparationem denuo consecrentur. Permittitur *catinum* seu patena specialis ad usum fidelium ad Sacram Synaxim accedentium, dummodo omnino etiam quoad formam distincta sit ab ea qua sacerdotes utuntur in Sacrosancto Missae Sacrificio, toties quoties inspicienda et purificanda, decentique in loco,

incruento sacrificio Eucarístico y en la administración de los sacramentos, corresponda á la majestad de los divinos misterios, é infunda en el pueblo cristiano reverencia y devoción.

899. Los *cálices* y patenas que se usan en el sacrificio de la Misa, deben ser de oro ó de plata, ó por lo menos la copa del cáliz y la patena han de ser de plata, doradas por dentro [1]. Unos y otras han de consagrarse por el Obispo, antes de usarse para el sacrificio Eucarístico [2]; cuya consagración, sin indulto Apostólico, no puede hacer un simple sacerdote [3]. Pierden la consagración, cuando pierden la forma ó se rompen de tal suerte, que ya no puedan servir para el Santo Sacrificio. Esto sucede, cuando se perforan, ó la copa del cáliz, por causa de alguna rotura, queda separada del pie, ó se desdora el interior de la copa [4]; pero no hay que romperlos antes de entregarlos al platero para que los dore ó repare; basta con que se consagren de nuevo, una vez que esto se haya verificado. Se permite un *platillo* ó patena especial para dar la comunión á los fieles, con tal que sea distinta y de diversa forma de la que sirve para la Misa; y se mirará bien y se purificará cada vez que se usare, guardándola en una bolsa especial cerca

[1] Missale Roman., Rit. celebr. 1. 1; Defect. in celebr. 10. 1, ubi toleratur et calix stanneus. — [2] Cap. *Cum venisset* 1. § 8. de sacr. unct. 1. 15. — [3] S. R. C. 9 Maii 1857, ad 1 (n. 3042). — [4] S. R. C. 20 Apr. 1822, ad 1 (n. 2620).

vel in speciali bursa prope tabernaculum, non autem in ipso tabernaculo asservanda.

900. *Pyxis*, sive *ciborium*, in qua conservatur vel etiam exponitur sacrosancta Eucharistia, si fieri possit, ex argento vel auro [1], utcumque vero ex solida decentique materia [2] sit confecta, atque saltem intus deaurata [3]. Quae pyxis ante usum ab Episcopo vel a sacerdote per ipsum delegato est benedicenda. Praeter ciborium maius habeatur etiam pyxis minor, eodem modo confecta, in usum infirmorum [4].

901. *Ostensorium*, in quo maior hostia publicae venerationi exponitur, quamvis summopere desiderandum ut aureum sit vel argenteum, saltem expedit ut lunulam habeat ex auro vel argento rite confectam, cum reliquae ostensorii partes etiam ex aere vel stanno vel decenti metallo albo formari possint. Permittitur tamen ut Pyxis, Monstrantia et Lunula sint ex cupro deaurato [5]. In summitate ostensorii crux visibilis omnino requiritur [6]; ipsum autem ostensorium cum lunula ab Episcopo vel, si habeatur indultum S. Sedis, a sacerdote per ipsum delegato benedicatur [7].

902. Vestes sacrae sacerdotum atque levitarum, quamvis pro dignitate tanti sacrificii pretiosae sint oportet, tamen ubi paupertas eccle-

del sagrario, pero nunca dentro de éste.

900. El *copón*, en que se conserva, y á veces se expone, la sagrada Eucaristía, debe ser de oro ó plata [1], ó de algún metal sólido y decente [2], y dorado á lo menos por dentro [3]. Debe bendecirse, antes de usarse, por el Obispo ó algún sacerdote delegado por éste. Además del copón se tendrá una píxide pequeña, de la misma materia, para llevar el Viático á los enfermos [4].

901. La *custodia*, en que se expone la hostia grande á la pública veneración, sería de desearse que fuera toda de oro ó de plata; pero si no se pudiere, sea por lo menos el viril de uno de estos metales, aunque lo demás sea de cobre, ó estaño, ú otro metal blanco conveniente. Se permite, no obstante, que copones, custodias y viriles sean de cobre dorado [5]. La custodia tendrá precisamente en la cima una cruz bien visible [6], y aquella, juntamente con el viril, ha da ser bendecida por el Obispo, ó por algún sacerdote que tenga para ello indulto Apostólico [7].

902. Las vestiduras sagradas de los sacerdotes y de los levitas, aunque conviene que sean preciosas, como corresponde á la dignidad de

[1] Caeremon. Episc. lib. II. cap. 30 n. 3. — [2] Rituale Rom. de Euchar. — [3] S. R. C. 31 Aug. 1867, ad 6 (n. 3162). — [4] Caerem. Ep. lib. II, cap. 33. n. 14. — [5] S. R. C. 31 August. 1867 ad 6 (n. 3162). — [6] S. R. C. 11 Sept. 1847 (n. 2957) — [7] S. R. C. 16 Nov. 1649, ad 5 (n. 926).

siarum obstat, saltem integrae et decenter mundae et pulchrae existant, praesertim autem quoad formam, materiam, colorem in omnibus sint liturgicis praescriptionibus conformes [1].

903. Quoad formam vero vestium sacrarum, ex disciplina nunc in Ecclesia latina vigente, receptam ac praesertim usu Ecclesiae Romanae probatam, absque venia Sedis Apostolicae nihil innovetur [2].

904. *Linea*, quae proprius inserviunt sacrificio eucharistico, nimirum mappae altaris, corporalia, pallae, purificatoria, non alia adhibenda sunt quam ex tela linea aut cannabina [3]. Albae quoque atque amictus, superpellicea et rochetta, mappa ad dispensationem sacrae Communionis destinata, aliaeque tobaleae vel mappulae, pariter ex lino aut cannabe sint, non ex gossypio vel alia quacumque materia, etsi munditie, candore ac tenacitate linum aut cannabim aemulante et aequante. Quod si S. Rituum Congregatio permisit, ut, si quae iam haberentur ex gossypio, adhiberi possent, donec consumerentur, huiusmodi permissio ad purificatoria, pallas, corporalia non est extendenda [4], atque ea permissione pauperes tantum ecclesiae utantur oportet. Signum crucis ami-

tan gran Sacrificio, no obstante, si la pobreza de las Iglesias no lo permite, estarán por lo menos en buen estado y decentemente limpias, y por lo que toca á la forma, materia y color, en todo conformes á las prescripciones litúrgicas [1].

903. Por lo que toca á la forma de las vestiduras sagradas, aceptada conforme á la disciplina vigente en la actualidad en la Iglesia latina, y aprobada especialmente por el uso de la Iglesia Romana, ninguna innovación se introduzca, sin permiso de la Silla Apostólica [2].

904. Los *lienzos* que más de cerca sirven para el sacrificio Eucarístico, á saber, los manteles del altar, los corporales, hijuelas y purificadores, no serán de otra tela que no fuere de lino ó de cáñamo [3]. Las albas, los amitos, las sobrepellices y los roquetes, el mantel para la comunión y las otras toallas y servilletas, serán igualmente de lino ó de cáñamo, y no de algodón ni de otra sustancia cualquiera, aunque sea parecida, ó igual, á aquellos, en limpieza, blancura y consistencia. Y aunque la S. Congregación de Ritos haya permitido, que se siguieran usando, hasta pue se acabaran, los objetos de algodón que ya existían, este permiso de ninguna manera comprende los purificadores, hijuelas y corporales [4], y es únicamente para las Iglesias pobres. En el centro del amito

[1] Missale Roman. Rubr. Gen. XVIII-XX; Ritus celebr. 1. 2. — [2] Conc. prov. Ultraiect. an. 1865, tit. cap. 2. — [3] S. R. C. 23 Iun. 1892, ad 1. 2 (n. 3779); 15 Maii 1819 (n. 2600). — [4] S. R. C. 15 Maii 1819 (n. 2600).

ctui in medio est omnino insuendum [1]; ad albas vero exornandas reticulata texta minime requiruntur.

905. *Cingula* sint funiculi linei seu cannabini et albi coloris; possunt tamen esse serici vel lanei et coloris paramentorum. Quoniam vero per cingulum significantur funes et flagella, quibus Christus Dominus ligatus et caesus est, penitus reprobamus cingula, quae ex panno plus minusve ornato confecta sunt atque potius zonam sive fasciam referunt. Tolerari tamen possunt huiusmodi cingula hucusque adhibita donec consumentur [2].

906. Planetae, dalmaticae, tunicellae, stolae, manipuli, pluvialia, ex tela linea vel gossypio vel lana, quamvis coloribus praescriptis tincta vel depicta sint, omnino prohibentur, sed ex pannis sericis vel argenteis vel aureis conficiantur; at etiamsi omnino desiderandum sit, ut paramenta sacra ex opere holoserico tantum confecta sint, tamen, attenta ecclesiarum paupertate, pro paramentis sacris etiam illud panni genus *tolerari* potest, quod ex parte externa et oculis intuentium apparente, integre ex filo serico contegitur, operis autem textilis fulcimentum in gossypio, lana vel in lino habet [3].

907. *Coloris* [4] tantum albi aut viridis aut violacei aut nigri sint paramenta sacra. Quare color aureus et

ha de haber necesariamente una cruz [1]: no son necesarios los encajes en las albas.

905. Los *cíngulos* serán cordones de lino ó de cáñamo, y de color blanco; pueden ser de seda ó de lana, y del color de los ornamentos. Como el cíngulo significa los cordeles y azotes con que fué atado y flagelado Nuestro Señor, reprobamos absolutamente esos cíngulos de género más ó menos bordado, que són más bien bandas ó fajas. Pueden tolerarse los que están actualmente en uso hasta que se acaben [2].

906. Las casullas, dalmáticas, tunicelas, estolas, manípulos y capas pluviales de lino, algodón ó lana, aunque estén teñidas con los colores prescritos, quedan absolutamente prohibidas, y han de fabricarse de tela de seda, plata ú oro. Sería de desearse que fueran todos los ornamentos de seda pura; pero atendiendo á la pobreza de las Iglesias, pueden *tolerarse* los géneros que parecen de seda, aunque esté mezclada con lana, lino ó algodón [3].

907. El *color* [4] de los ornamentos ha de ser únicamente blanco, rojo, verde, morado ó negro. El amarillo ó

[1] Missal. Rom., Rit. celebr. 1. 3. — [2] S. R. C. 24 Nov. 1899, ad 6 (n. 4048) — [3] S. R. C. 23 Martii 1882 (n. 3543). — [4] Missale Roman. Rubr. gen. XVIII.

flavus coloribus liturgicis non sunt adnumerandi [1] sed ab omnibus paramentis sunt exclusi. Item paramenta sacra ex serico confecta atque aliis coloribus et floribus ita contexta, ut vix dignoscatur color primarius et praedominans, pro albo, rubro et viridi mixtim usurpari non valent [2]; hinc conficiantur ex panno sive textili unius coloris, vel saltem unus color in fundo ita dominetur, ut facile uti primarius dignoscatur atque unius potius quam alterius coloris dici possint. Paramenta sacra, quae ex auro sint contexta, pro albis, rubris, viridibus tolerari possunt [3]; coerulei autem coloris adhiberi nequeunt [4], nisi ex privilegio Apostolico in Missis Immaculatae Conceptionis Bmae Virginis Mariae. Velum humerale subdiaconi, in Missa solemni adhibendum, coloris sit Missae convenientis; illud vero celebrantis, in expositione SSmi Sacramenti vel in benedictione cum ipso danda, nunquam nisi coloris albi sit; similiter vela ciborii et baldachinum pro deferendo venerabili Sacramento [5].

color de oro no es litúrgico [1], y debe excluirse. Igualmente, los ornamentos de seda tejidos con tantos colores y flores, que no se conozca cuál predomina, no han de usarse indistintamente como blancos, verdes ó rojos [2]. Fabriquense de tela de un color absolutamente, ó con fondo de un color que sea el que predomine, á pesar de los adornos, y distinga el ornamento. Los ornamentos de tisú de oro pueden tolerarse, y usarse como blancos, rojos y verdes [3]: los azules [4] sólo con privilegio Apostólico pueden usarse en las Misas de la Inmaculada Concepción de Nuestra Señora. El velo humeral del subdiácono en la Misa solemne, debe ser del color correspondiente á la Misa; el del sacerdote, en la exposición del Santísimo Sacramento, ó en la bendición que se da con el mismo, no ha de ser más que blanco: lo mismo será el velo del copón y el palio para las procesiones del Santísimo Sacramento [5].

908. In paramentis nigri coloris nullae imagines mortuorum vel cruces albae ponantur et multo minus ethnicorum signa appareant [6]. Stemmata vero gentilitia donantis in sacris paramentis licet apponere [7].

908. En los ornamentos negros, no se pondrán figuras de muertos, ni cruces blancas, ni menos atributos paganos [6]. Puede, sí, ponerse en los ornamentos el escudo de armas del donante [7].

[1] S. R. C. 26 Martii 1859 (n. 3082); 5 Dec. 1868, ad 4 (n. 3191). — [2] S. R. C. 23 Sept. 1837, ad 5 (n. 2769). — [3] S. R. C. 5 Dec. 1868, ad 4 (n. 3191). — [4] S. R. C. 23 Febr. 1839, ad 2 (n 2788). — [5] Caeremon. Ep. l. 1. cap. 14. n. 1; Rit. Rom. de Euchar. Cfr. S. R. C. 9 Iul. 1678, ad 7 (n. 1615). — [6] Caerem. Episc. lib. II. cap. 9. n. 1. — [7] S. R. C. 7 Dec. 1844 (n. 2875).

909. Bursa corporalium crucem habeat in parte superiori. Manipulus et stola tres cruces habeant necesse est, scilicet in medio et in extremitatibus. Velum quo calix tegitur, debet esse sericum et eiusdem coloris atque paramenta sacra, et tam longe lateque patens ut ex omni parte calicem tegat [1].

909. La bolsa de corporales tendrá una cruz en la parte superior; el manípulo y la estola llevarán tres: una en el centro y dos en las puntas. El paño del cáliz será de seda, del color del ornamento, y bastante grande para cubrir todo el cáliz [1].

910. Paramenta sacra ab Episcopo iuxta sanctiones iuris sunt benedicenda. Quam facultatem benedicendi, Episcopus, si indulto Sedis Apostolicae sit munitus, etiam simplicibus sacerdotibus delegare potest. Praelati autem regulares, qui huiusmodi privilegio benedicendi paramenta sacra instructi sunt, meminerint, illud pro suarum tantum, non aliarum ecclesiarum usu, ipsis a Sede Apostolica esse concessum

910. Toca al Obispo, conforme á derecho, bendecir los ornamentos sagrados; pero si tiene para ello indulto Apostólico, puede delegar á simples sacerdotes la facultad de bendecirlos. Recuerden los Prelados regulares, que gozan de este privilegio, que la Silla Apostólica se lo concede sólo para sus Iglesias, y no para los ornamentos pertenecientes á otras.

911. Vestimenta sacra, lacera et usu trita, quae restaurari iam non possunt, certe in usus sordidos et profanos non sunt convertenda, sed comburantur et cineres in sacrarium proiiciantur. Quod si, ratione artis christianae, alicuius pretii reputentur, quid agendum sit, ab Episcopo expetatur.

911. Los ornamentos sagrados rotos y usados, que ya no pueden remendarse, de seguro que no se pueden destinar á usos indignos ó profanos, sino que han de quemarse, arrojándose las cenizas á la piscina. Si acaso, por razón del arte cristiano, se consideraren de algún valor, se preguntará al Obispo lo que haya de hacerse con ellos.

912. Denique universos rectores ecclesiarum monemus, ut in sacris paramentis reficiendis et renovandis atque augendis, assidui sint et diligentes. Quod si ipsorum ecclesiae forte pretiosis vestibus sacris non praestent, saltem omnia munda sint

912. Por último, recomendamos á todos los encargados de las Iglesias, que sean muy diligentes y asiduos en remendar, renovar y aumentar los sagrados paramentos. Si no pueden sus Iglesias sobresalir por la riqueza de sus ornamentos,

[1] Rit. celebr. Miss. I. n. 1.

atque decentia, ideoque praesertim sacra lintea in forma a iure praescripta frequenter abluantur. Qua cura illi proprio satisfaciunt officio, populi fidelis sibi commissi excitant devotionem et maiorem divinae maiestatis procurant gloriam.

que todos estén por lo menos limpios y decentes; por consiguiente, los objetos de lienzo se han de lavar con frecuencia en la forma que el derecho prescribe. Con esta diligencia, llenarán sus deberes, moverán á devoción á los fieles á su cuidado cometidos, y contribuirán á la mayor gloria de Su Divina Majestad.

Caput III.
De Coemeteriis

913. Ecclesia catholica fideles, quos sacro baptismate renatos per totam vitam suorum beneficiorum consortes effecit, etiam post mortem suis officiis prosequitur; firma enim fide credit in vitam aeternam carnisque resurrectionem atque in purgatorium, ubi animae fidelium detentae suffragiis Ecclesiae militantis iuvari possunt. Hinc, iam a primis saeculis, corpora fidelium in loco sacro sive in coemeteriis recondita sunt; nam christiani in suis monumentis non tam quiescere quam dormire censentur, usquedum in universali resurrectione corpora veluti a prolixiore sommo ad aeternam felicitatem suscitentur. Nostra autem aetate, Ecclesia merito damnat et reprobat machinationes eorum, qui, pravis doctrinis imbuti, cremationem cadaverum [1] propugnant et promovent, aut coemeteria mere civilia erigunt, ubi, neglecto discrimine inter eos qui cum pace Ecclesiae mortui sunt aut qui extra illam

Capítulo III.
De los Cementerios.

913. La Iglesia sigue prestando sus servicios después de la muerte á los fieles, á quienes después de haber hecho renacer con el santo Bautismo, ha colmado de beneficios durante su vida; y cree también firmemente en la vida eterna, en la resurrección de la carne y en el purgatorio, donde los sufragios de la Iglesia militante pueden aliviar á las almas de los fieles allí detenidas. De aquí resulta que, desde los primeros siglos, los cuerpos de los fieles se depositaron en lugar sagrado, ó en los cementerios; porque juzgamos que los cristianos, más bien que descansar en sus sepulcros, duermen aguardando el día de la resurrección universal, en que se despertarán como de un largo sueño, para entrar en la eterna felicidad. En nuestros días, la Iglesia con justicia condena y reprueba las maquinaciones de aquellos que, empapados en perversas doctrinas, defienden y promueven la cremación de los cadáveres [1], ó erigen ce-

[1] S. Off. 19 Martii 1886 (Coll. P. F. n. 1609).

decesserunt, contemptisque sacris ritibus ecclesiasticis, omnes pari honore sepeliuntur.

914. Quapropter haec Plenaria Synodus, inprimis solemniter asserit ius Ecclesiae in omnia coemeteria catholica in dominio ipsius constituta vel saltem sacra benedictione iurisdictioni ecclesiasticae subiecta; omnesque Praesules ac fideles hortatur et obsecrat, ut totis viribus omnibusque mediis legitimis usurpationes et profanationes ab huiusmodi coemeteriis avertant, aut si quid iniuriae iam sit Ecclesiae illatum, in defendendis et recuperandis sacris illis iuribus, nullo parcant labori.

915. Quod si de novis coemeteriis erigendis agatur, ad Ecclesiam spectat ius indubitatum ea pro suis fidelibus constituendi, quae illis solis sint reservata. Ordinarie autem unaquaeque parochia proprium habeat coemeterium, nisi forte in civitatibus, quae pluribus constant parochiis, unum coemeterium sit praeferendum.

916. Nemo, etiamsi sit parochus, ad novum coemeterium ecclesiasticum constituendum procedat, antequam Episcopus loci consilium ratum habuerit atque universi negotii conditiones approbarit. Quod approbatio ea facilius obtinebitur, si locus

menterios puramente civiles, en que, sin hacer distinción entre aquellos que han muerto en el seno de la Iglesia, y los que fuera de ella han fallecido, despreciando los sagrados ritos eclesiásticos, todos se sepultan con iguales honores.

914. Por lo cual este Concilio Plenario, ante todo, solemnemente declara el derecho que tiene la Iglesia católica sobre todos los cementerios católicos, puestos bajo su dominio, ó por lo menos sujetos por la bendición ritual á la jurisdicción eclesiástica; y exhorta y conjura á todos los Prelados y fieles, á que con todas sus fuerzas, y por todos los medios legítimos, evíten la usurpación y profanación de los cementerios, y donde ya se ha consumado tal atentado, no descansen hasta que hayan recobrado sus sagrados derechos.

915. Tratándose de erigir nuevos cementerios, es indudable el derecho que compete á la Iglesia, de establecer camposantos reservados exclusivamente á sus fieles. Ordinariamente, cada parroquia debe tener el suyo propio, á no ser que, en las ciudades divididas en varias parroquias, se prefiera tener uno solo.

916. Ninguno, ni el mismo párroco, proceda á establecer un nuevo cementerio, antes que el Obispo del lugar haya ratificado sus planes y aprobado las condiciones de la empresa en su totalidad. Fácil será obtener la aprobación, si se escoge

eligatur aptissimus, sat amplus, siccus, quatenus regionis natura permittit, aliquatenus saltem editior, omnibusque qualitatibus hygienicis praeditus; insuper, non nimis dissitus, sed commodus, ut exequiae absque impedimento celebrari et ipsa coemeteria a fidelibus, suadente devotione et caritate, frequentari queant.

917. Ut a coemeteriis, utpote locis sacris, cuiuscumque profanationis periculum facilius arceatur, firmis undique septis ea munita sint valvisque bene instructa. Potissimum crux in medio coemeterio est collocanda, in altum erecta, solidissima basi suffulta et pro facultatum modo decorata. Decet quoque ut in coemeterio oratorium erigatur, congruo altari et necessaria supellectili provisum, ut ibidem sacrificium Missae celebrari possit.

918. Coemeterium, ut Christifidelium sepulturis sit aptum, praevia benedictione est sanctificandum. Quae benedictio aut ab Episcopo loci [1] aut per presbyterum ab Episcopo delegatum, in forma a iure praescripta [2], est perficienda.

919. Qua benedictione cum coemeterium fiat locus vere sacer, omnino a rectoribus ecclesiarum curandum est, ut, in epitaphiis, elo-

un lugar conveniente, bastante amplio, seco, en cuanto lo permita el clima, un poco elevado, y con todos los requisitos que la higiene prescribe; y que, además, no esté muy apartado, de modo que las exequias puedan celebrarse cómodamente y sin obstáculos, y los fieles acudir á visitar los sepulcros de sus deudos, siempre que se lo sugieran la devoción y la caridad.

917. Para que los cementerios, siendo, como son, lugares sagrados, estén al abrigo de todo peligro de profanación, se resguardarán con buenas cercas por todos lados, y tendrán puertas sólidas y seguras. Se colocará una cruz en el centro, alta, con base sólida, y lo mejor adornada que se pudiere. Conviene también que haya en el cementerio una capilla, con su correspondiente altar, y provista de ornamentos y vasos sagrados, para que pueda celebrarse el santo Sacrificio de la Misa.

918. El cementerio, para que pueda servir para la sepultura de los fieles, tiene previamente que santificarse con la bendición de rito, cuya bendición debe darse por el Obispo del lugar [1], ó por un sacerdote por él delegado, y en la forma prescrita [2] por el derecho.

919. Como, con la bendición, queda el cementerio convertido en lugar sagrado, tengan cuidado los curas de evitar absolutamente que

[1] Pontifical. Rom. P. II. De bened. coemet. — [2] Ritual. Roman. de Benedict.

giis, statuis, monumentis, omnia quae sunt absona et profana, omnino arceantur. Quamvis autem non deceat, ut coemeteria veluti voluptarii horti colantur, tamen cavendum quoque est ne sacrata cristianorum coemeteria iusto decore et ordine sint destituta.

920. Sacerdotum et clericorum cuiuscumque ordinis sepulchra, ubi fieri potest, a tumulis laicorum separata sint, et, prout Rituale Romanum praecipit, decentiori loco sita.

921. Pro vetusta et laudabili ecclesiarum consuetudine, etiam infantes baptizati, et parvuli, qui ante annos discretionis obierunt, speciales in coemeteriis sepulturas habeant, quatenus commode fieri potest; alias sepeliri possunt in sepulchris maiorum vel in promiscuis coemeteriorum tumulis [1].

922. In coemeterio parochiali, praesertim ubi coemeterium peculiare pro acatholicis non habetur, pars aliqua non benedicta separetur muro vel crate, vel alio modo convenienti, a parte benedicta, ut ibidem ii sepeliri possint, qui a sepultura ecclesiastica excluduntur.

923. Cum sepultura ecclesiastica sit ritus sacer atque coemeterium locus sacer, ad solam Ecclesiam spectat ius declarandi quibusnam sepultura ecclesiastica sit danda vel

en los epitafios, elogios, estatuas y monumentos, haya nada inconveniente y profano. Aunque no es decoroso que los cementerios se cultiven como jardines de recreo, tampoco es conveniente que los camposantos cristianos carezcan del orden y decoro debidos.

920. Donde sea posible, los sepulcros de los sacerdotes y clérigos de inferior grado, estarán separados de los de los seglares, y como el Ritual Romano prescribe, en lugar más decente.

921. Conforme á la antigua y laudable costumbre de varias Iglesias, los infantes bautizados, y los párvulos que han fallecido antes del uso de razón, tendrán sus sepulturas especiales, si puede hacerse cómodamente; si no, se sepultarán en las tumbas de sus padres ó en las comunes y ordinarias de los camposantos [1].

922. En el cementerio parroquial, en los lugares en que no hay uno exclusivamente para los no católicos, sepárese una porción sin bendecir, de la parte bendita, con una cerca, pared, reja ó de otro modo conveniente, para enterrar á aquellos á quienes no se puede dar sepultura eclesiástica.

923. Siendo la sepultura eclesiástica un rito sagrado, así como el cementerio es lugar sagrado, á la Iglesia sola compete el derecho de declarar á quienes se ha de dar,

[1] Ritual. Rom. de Exequiis.

quibus sit deneganda. Quo iure Ecclesia sapienter usa est, atque a suis coemeteriis et sepultura ecclesiastica praesertim excludit omnes qui per baptismum in Ecclesiam non sunt ingressi; tum etiam notorios apostatas, haereticos, schismaticos, excommunicatos, qui usque ad mortem contumaces permanserunt [1]; item morientes in duello, etiamsi ante mortem non incerta dederint poenitentiae signa [2], et seipsos occidentes ob desperationem vel iracundiam, non tamen ex insania. Et si dubium supersit, utrum quis ob desperationem vel iracundiam, an ex insania, seipsum occiderit, sepultura ecclesiastica est concedenda, sed vitatis pompis et solemnitatibus exequiarum [3]. Denique a sepultura ecclesiastica repelluntur omnes publici et manifesti peccatores, qui absque poenitentia impie decesserunt. Quod si in casu aliquo particulari dubium occurrat, res ad Episcopum est deferenda [4]. Si vero, ratione distantiae vel alterius gravis impedimenti, Episcopus adiri non possit, parochi normam christianae lenitati et misericordiae magis conformem teneant, praesertim cum res sit de fidelibus subitaneo languore e vivis sublatis, qui poenitentiae signa haud exhibere potuerunt.

924. Coemeterium iisdem modis polluitur, quibus ecclesiae pollui dicuntur; atque polluta ecclesia,

y á quienes se ha de negar, la sepultura eclesiástica. De cuyo derecho la Iglesia ha usado siempre con discreción, y excluye de la sepultura eclesiástica, primero á los que no han entrado á la Iglesia por el bautismo; luego á los notorios apóstatas, herejes, cismáticos, y excomulgados que fueron contumaces hasta la muerte; [1] también á los que mueren en desafío, aunque antes de morir hayan dado señales inequívocas de arrepentimiento [2], y á los que por desesperación ó ira, pero no por locura, se matan á sí mismos [3]. Si hay alguna duda en este último caso, se concederá la sepultura eclesiástica, pero sin pompa, ni solemnes exequias. Por último, se niega á los pecadores públicos y manifiestos, que han fallecido impenitentes y de una manera impía. Cuando ocurriere alguna duda en algún caso particular, se acudirá al Obispo [4]; y si esto no se puede, por razón de la distancia ó de otro grave obstáculo, sigan los párrocos la conducta mas conforme á la suavidad y á la cristiana misericordia, sobre todo cuando se trata de fieles fallecidos repentinamente sin poder dar señales de arrepentimiento.

924. Se viola el cementerio del mismo modo que la Iglesia; y si ésta se viola, queda violado el ce-

[1] Ritual. Rom. de Exequiis. — [2] Conc. Trid. sess. 25. cap. 19 de ref.; Bened. XIV. Const. *Detestabilem*, 10 Nov. 1752. — [3] S. Off. 16 Maii 1886 (Coll. P. F. n. 1605). — [4] Ritual. Rom. l. c.

etiam coemeterium polluitur, si illud ecclesiae sit contiguum [1]: attamen ex sepultura indignorum coemeterium fit pollutum, non solum si infideles, sed etiam si haeretici, apostatae, schismatici eorumque fautores publice denuntiati, aut excommunicati vitandi in eo sepeliantur.

925. Quoniam aliquibus in locis Confraternitates existunt, quae exemptionem totalem habere contendunt circa sepulturam ecclesiasticam; ut omnia rite procedant et in tuto posita sint iura parochorum, volumus, ut Ordinarii diligenter examinent tenorem documentorum, quibus tales exemptiones concessae dicantur, omnes abusus contrarios litterae et menti praefatorum documentorum et praetensiones parochis iniuste gravosas e medio tollant; et si aliqua gravis difficultas occurrat, rem deferant Sanctae Sedis iudicio solvendam.

926. Ne autem multiplicentur difficultates in sepultura indignorum, parochi, paternae praevidentiae normas prae oculis habentes, et praesertim caritatis officia totis viribus adimplentes, infirmos catholicos qui vitam a christianis institutis alienam duxerunt, cum publico fidelium scandalo, prudenter et sollicite disponant, ut christianus sit eorum ab hac mortali vita discessus: quod si inanes fuerint vel inutiles futuri praevideantur conatus ad conversionem obtinendam, opportuna consilia et

menterio cuando está á ella contiguo [1]. Con la sepultura de los indignos queda violado el cementerio, no sólo si estos son infieles, sino cuando en él se entierra á los herejes, á los cismáticos, á sus fautores, denunciados públicamente, ó á los excomulgados vitandos.

925. Por cuanto, en algunos lugares, existen cofradías que pretenden gozar de total exención con respecto á la sepultura eclesiástica; para que todo camine en orden, y se aseguren los derechos de los curas, queremos que los Ordinarios examinen cuidadosamente el tenor de los documentos, en que tales exenciones se conceden, y destierren todos los abusos contrarios á la letra y al espíritu de los mismos, así como las pretensiones injustamente gravosas para los párrocos; y si alguna dificultad seria se presentare, sujétenla al fallo de la Santa Sede.

926. Para que no se multipliquen las dificultades en la sepultura de los que no la merecen, los párrocos, teniendo presentes las normas de una previsión paternal, y cumpliendo, ante todo, con todas sus fuerzas, los deberes de la caridad, con prudencia y empeño dispongan á los enfermos católicos, que han llevado una vida poco conforme con los principios cristianos, escandalizando con ella á los fieles, para que al menos mueran cristianamente: y si se prevee que han de ser

[1] Cap *Si Ecclesiam* unic. de consecr. in Sext.

mandata ab Episcopo exquirere non omittant.

927. Ad vitandas profanationes christiane fidelium sepulturae, nullae fiant exhumationes cadaverum vel cinerum eorum, qui in domino quiescunt, absque expressa Episcopi licentia, quamvis agatur de coemeteriis saecularizatis vel profanatis; quod si casus ita urgeat ut recursus ad Ordinarium fieri nequeat, exquiratur saltem licentia Vicarii foranei vel parochi, qui sollicitam curam habebunt de honestate et religiositate novae sepulturae.

928. Si coemeterium fuerit pollutum, reconciliatione opus est, quae aut ab Episcopo loci, in forma a iure statuta [1], aut a sacerdote per ipsum delegato, iuxta formam Ritualis Romani [2] est perficienda.

929. In locis ubi coemeteria saecularizata vel profanata fuerunt per civiles leges, prae oculis habeatur responsum Sancti Officii diei 13 Febr. 1862 [3], quo dantur normae opportunae parochis catholicum coemeterium haud habentibus, scilicet: 1.° curandum est Episcopo, ut catholici coemeterium habeant a coemeterio acatholicorum distinctum; 2.° si id effici non possit, experiendum est utrum saltem in eodem coemeterio distinctus locus pro tu-

inútiles y vanos los esfuerzos para convertirlos, no dejen de acudir oportunamente al Obispo, pidiéndole instrucciones y órdenes.

927. Para evitar la profanación de las sepulturas cristianas de los fieles, no se haga exhumación alguna de los cadáveres, ó cenizas, de los que descansan en el Señor, sin expresa licencia del Obispo, aun cuando se trate de cementerios secularizados ó profanados; y si el caso es tan urgente que no haya tiempo de recurrir al Ordinario, pídase, por lo menos, licencia al Vicario Foráneo ó al cura, quienes cuidarán que la nueva sepultura sea decente y religiosa.

928. Cuando se viola el cementerio, necesita reconciliación, que practicará el Obispo del lugar en la forma prescrita por el derecho [1], ó un sacerdote por él delegado, según la fórmula del Ritual Romano [2].

929. En los lugares donde los cementerios han sido profanados, ó secularizados por las leyes civiles, téngase presente la respuesta del Santo Oficio de 13 de Febrero de 1862 [3], en que se dan reglas oportunas para los párrocos que no tienen cementerio católico, á saber: 1.° Procurará el Obispo que los católicos tengan su propio cementerio; 2.° si esto no se pudiere, se verá si al menos se puede tener en el mismo cementerio un lugar dis-

[1] Pontificale Rom. P. II De reconc. coemet. — [2] De Benedict. — [3] Coll. P. F. n. 1604.

mulatione catholicorum haberi possit; 3.° si neque id possibile sit, usquedum praedicta facultas non obtineatur, singulis vicibus, cum catholici cadaver ad sepulchrum defertur, sepulturae locus debet benedici.

tinto, para la sepultura de los católicos; 3.° si ni aun esto es posible, mientras se consigue la licencia, cada vez que se sepulta el cadáver de un católico, bendígase el lugar de la sepultura.

TITULUS XV.

DE IUDICIIS ECCLESIASTICIS

Caput I.

De Curiis episcopalibus et earum Officialibus.

930. Episcopi, quasi magnae familiae patres, cum omnia per seipsos administrare non valeant; ut eo, quo par est, studio, grave absolvant atque perplexum « ius cuique suum tribuendi » officium; et « ut negotiorum et causarum ordinatissima ratio constet, sublatisque rerum confusionibus et noxiis dilationibus, iudiciales controversiae non minus rectum, quam expeditum cursum et finem obtineant » [1]; ad id muneris idoneos viros destinant, qui proinde curiam episcopalem constituunt.

931. Quaelibet episcopalis curia constat in primis *Vicario Generali*, qui deputatus habetur cum generali potestate, ut, exceptis iis quae mandatum speciale postulant, vel iis quae Episcopus expresse sibi reservaverit, ordinariam ipsius Episcopi iurisdictionem exerceat; eique, virtute officii, competit cognitio causarum totius dioecesis. Unum idem-

TITULO XV.

DE LOS JUICIOS ECLESIASTICOS.

Capítulo I.

De las Curias episcopales y sus Oficiales.

930. Los Obispos, á fuer de padres de numerosa familia, no pudiendo administrar todo personalmente; para poder cumplir, con el empeño debido, el grave y complicado deber de « dar á cada uno lo que es suyo » y « para que haya orden perfectísimo en el despacho de las causas y de los negocios, y, evitando confusiones y perjudiciales tardanzas, las controversias judiciales tengan un curso y un término, no menos recto que expedito » [1]: confieren este cargo á varones á propósito, que constituyen la curia episcopal.

931. Toda curia episcopal consta ante todo de un *Vicario General*, que se considera delegado con poder general para ejercer la jurisdicción ordinaria del Obispo, con excepción de aquellas cosas que requieren mandato especial, ó que éste se reserva especialmente. En virtud de su oficio, le compete el conocimiento de las causas de toda

[1] Benedictus XIV. Const. *Instiliae et pacis*, 9 Oct. 1746.

que tribunal cum Episcopo constituit; quocirca a Vicarii Generalis sententia ad Episcopum non datur appellatio.

932. Alter episcopalis curiae officialis est *promotor fiscalis*, qui etiam procurator fiscalis nuncupatur. Generale eius officium est iustitiam et legem tueri. Quapropter ad ipsum spectat, quotiescumque adversus aliquem criminaliter agendum est, libellum seu querelam iudici porrigere. Quemadmodum enim in civilibus necessaria est petitio actoris, sic in criminalibus querela promotoris fisci, quatenus non adsit accusator privatus, vel non procedatur per viam inquisitionis aut denuntiationis. Et usque ad exitum litis, omnia, quae in civilibus praestare solent periti, probi atque diligentes actores, in causis criminalibus explet fisci procurator. Officium promotoris fiscalis non cessat, cessante iurisdictione Episcopi: hinc, vacante sede, ille assistentiam suam praestare debet Vicario Capitulari.

933. Tertius demum officialis est *cancellarius*, qui etiam actuarius vel notarius audit. Cancellarii munus est acta curiae, nedum iudicialia, verum etiam extraiudicialia, fideliter conscribere: actis, decretis, sententiis, eorumque authenticis exemplaribus subscribere. Nec quidquam pro singulis sui officii actibus ei licet accipere ultra taxam a legitimo superiore determinatam. Etsi Con-

la diócesi. Constituye, con el Obispo, un solo y el mismo tribunal; por lo cual no se da apelación al Obispo, de la sentencia del Vicario General.

932. El segundo funcionario de la curia episcopal es el *promotor fiscal*, que se llama también procurador fiscal. Su deber, en general, es defender la justicia y la ley. Le toca, por tanto, siempre que hay que proceder criminalmente contra alguno, presentar al juez la citación ó demanda. Así como en los juicios civiles se requiere la demanda del actor, así en los criminales es necesaria la querella del promotor fiscal, siempre que no haya acusador privado, ó no se proceda por inquisición ó denuncia. Hasta el fin del litigio, cuanto acostumbran hacer en los juicios civiles los actores peritos, probos y diligentes, lo efectuará en los criminales el procurador fiscal. No acaba el cargo de promotor fiscal al cesar la jurisdicción del Obispo; de aquí es que *sede vacante*, debe prestar sus servicios al Vicario Capitular.

933. El tercer oficial es el *Cancelario*, que se llama también notario ó actuario. Deber del cancelario es redactar fielmente los autos de la Curia, tanto judiciales como extrajudiciales, y firmar los autos, decretos y sentencias, y las copias de estos. No le es lícito recibir pos éstos actos de su oficio más de lo que permite el arancel, autorizado por el superior legítimo.

cilium Tridentinum [1] haud vetet notarium e laicali coetu eligi, hortamur tamen, ut hoc munus nonnisi ecclesiasticis viris committatur.

934. Vicario Generali, procuratore fiscali et cancellario, ut plurimum, constant episcopales curiae. Nonnunquam tamen, in gravioribus potissimum causis, vel quandocumque Vicarius non censeatur ab omni prorsus partium studio immunis, Episcopus per seipsum Vicarii Generalis partes explet. Notarius quoque sive cancellarius, ad actus iudiciales omnino requiritur. Praeterea, in omnibus actis causarum criminalium necessarius est procurator fiscalis, quando proceditur iuxta instructionem S. Congregationis Episcoporum et Regularium [2], et quando non adest accusator privatus, neque proceditur per viam inquisitionis aut denuntiationis.

935. Praeter Vicarium Generalem, ab antiquissimis temporibus, in more habuerunt Episcopi constituere *vicarios foraneos*, qui extra civitatem, in pagis et oppidis sibi adsignatis, ius dicerent in quibusdam levioris momenti causis et iurisdictionem exercerent, ad certos dumtaxat actus limitatam, non unumidemque tribunal cum Episcopo constituentes, permissa proinde ab eorum sententiis ad eumdem Episcopum provocatione. Quoniam vero

Aunque el Concilio Tridentino [1] no prohibe que el notario sea seglar, recomendamos que este cargo sólo se desempeñe por eclesiásticos.

934. Las Curias episcopales se componen generalmente del Vicario General, el procurador fiscal y el cancelario. Algunas veces, sobre todo en las causas de mayor importancia, y siempre que el Vicario no se considere del todo libre de parcialidad, el Obispo desempeñará personalmente las funciones de Vicario General. El notario ó cancelario se requiere indispensablemente para los autos judiciales. Además, en todos los autos de las causas criminales, es indispensable el procurador fiscal, cuando se procede conforme á la instrucción de la S. Congregación de Obispos y Regulares [2], y cuando no hay acusador privado, ni se procede por vía de inquisición ó denuncia.

935. Además del Vicario General, acostumbraron los Obispos, desde los tiempos más remotos, nombrar *Vicarios Foráneos*, que fuera de la Ciudad, en las aldeas y pueblos que se les señalaban, fallaran en las causas de menor importancia, y ejercieran jurisdicción, limitada á ciertos actos, no constituyendo un mismo tribunal con el Obispo, y por consiguiente, con lugar á apelación de sus sentencias al mismo Obispo. Y por cuanto la

[1] Sess. 22. cap. 10 de ref. — [2] Instructio S. C. EE. et RR. 11 Iun. 1880. V. Appen. n. XLV.

clericorum vitae honestas et exemplaris integritas, studiumque diligens in adimplendis officiis, salutare praestat remedium, ne mala impune grassentur, cum magno populi scandalo et animarum pernicie, volumus ut, ubi nondum forte existant, quamprimum constituantur, in praecipuis saltem dioecesium locis, vicarii foranei, quocumque demum nuncupentur nomine (Archipresbyteri, Decani etc.), qui, prout ipsorum exigit munus, ex mera ipsius Episcopi delegatione acceptum, excubent, ut parochi, aliive presbyteri suae iurisdictioni supposití, ea qua par est diligentia, prudentia et caritate officium suum adimpleant; statim ac compererint quempiam in sibi commisso munere deficere aut non omnem effugere peccati suspicionem, eum paterne moneant, quatenus paternam monitionem profuturam esse confidant; si vero insordescat, vel monitio inutilis prorsus appareat, aut adhibita optatum effectum sortita minime sit, illum absque mora Ordinario denuntient.

936. Cum autem maxime expediat Praelatis, ut sint apprime edocti de suorum subditorum statu, et praesertim de clericorum vita, officiis et beneficiis quae habent et possident in Ecclesia, statuimus et mandamus, ut vicarii foranei, sub finem cuiuslibet anni, scriptam relationem ad Ordinarium mittant,

honestidad de vida y la integridad ejemplar de los clérigos, y su empeño en el exacto cumplimiento de sus deberes, sirve de remedio saludable para que el mal no se disemine impunemente, con gran escándalo del pueblo y destrucción de las almas, queremos que, donde todavía no existieren, se establezcan cuanto antes, al menos en los principales lugares de la diócesi, y sea cual fuere el nombre que se les dé, de Arciprestes, Decanos etc., Vicarios Foráneos que, como lo exige su cargo, recibido por mera delegación del Obispo, vigilen para que los párrocos y demás presbíteros sujetos á su jurisdicción, cumplan con su deber con la diligencia, prudencia y caridad que es justo; y que, apenas percibieren que alguno falta en el desempeño de sus funciones, ó no escapa á sospechas de pecado, lo amonesten paternalmente, si preven que le aprovecharán las admoniciones paternales; pero si se hace el sordo, ó parece que no le servirán las advertencias, ó no surten efecto los remedios empleados, lo denuncien sin demora al Ordinario.

936. Siendo importantísimo para los Prelados, el estar perfectamente informados de la condición de sus súbditos, y especialmente de la vida de los clérigos, y de los oficios y beneficios que poseen en la Iglesia, decretamos y mandamos que los Vicarios Foráneos, al fin de cada año, manden al Ordinario una relación

qua ipsum de statu et vita parochorum aliorumque sacerdotum et clericorum proprii districtus, deque eorumdem gestis praecipuis instruant, potissimum vero de excessibus et delictis quae forte commisisse repererint, ut eorum spirituali saluti et morum reformationi, ut decet, consuli valeat. Quod si excessus talis fuerit, ut dilationem non patiatur correctio, illum absque mora denuntient. Hanc autem relationem Ordinarius in secreto tabulario episcopali asservabit, notitias inibi contentas prae oculis habiturus, nedum cum adversus quempiam illorum forsan agendum erit, verum etiam cum officia vel beneficia erunt conferenda, ut ea meritis, viribus atque ingenio cuiusque accommodet.

escrita, del estado y vida de los párrocos y demás sacerdotes de su distrito respectivo, y lo instruyan acerca de su conducta en general, y principalmente de los excesos y delitos que hubiesen descubierto, para que pueda determinar lo que es conveniente para la salvación de su alma y la reforma de sus costumbres. Y si los excesos fueren tales que la corrección no admita esperas, denúncienlo inmediatamente. El Ordinario guardará esta relación en el archivo secreto, para tomar nota de las noticias en ella contenidas, no sólo cuando haya que proceder contra alguno, sino también cuando hayan de conferirse oficios y beneficios, para que los distribuya conforme á los méritos, capacidad y talento de cada uno.

Caput II.

De modo procedendi in causis matrimonialibus.

937. Quanti sint momenti matrimoniales causae, vel ex eo liquet, quod per eas in discrimen adducitur coniugale illud foedus, quod indissolubile ab initio institutum (« *erunt duo in carne una* ») sacramenti dignitate et virtute a Christo Domino auctum est. Indissolubilis scilicet viri uxorisque societas perpetuam et summam Christi ipsius cum Ecclesia coniunctionem atque ineffabilem et immensum eius erga suam sponsam amorem mirifice significat. Ait enim Paulus Apo-

Capítulo II.

Del modo de proceder en las causas matrimoniales.

937. La inmensa importancia de las causas matrimoniales, se deduce claramente del hecho que por ellas se pone en peligro el pacto conyugal, que, declarado indisoluble desde el principio *(serán dos en una misma carne)* fué enriquecido por Cristo Nuestro Señor con la dignidad y valor de sacramento. La indisoluble sociedad del varón y la mujer, significa maravillosamente la perpetua y estrecha unión del mismo Cristo con la Iglesia, y su inefable é inmenso amor para con su

stolus (*Eph.* v. 25, 32): « *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea... Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia* ».

938. Eapropter matrimonialium causarum cognitio quibusvis iudicibus inferioribus, non obstante quocumque privilegio ac praescriptione, sublata est, atque Episcoporum tantum examini e iurisdictioni reservata, etiam prae Abbatibus *vere nullius*, licet cardinalitia dignitate fulgentibus, iuxta S. Congregationis Concilii resolutiones; hinc tutius erit, ut nedum sententia proferatur, verum etiam acta processus per Episcopum, vel per ecclesiasticum virum specialiter ab eo delegandum, conficiantur [1].

939. Adamussim servetur quod Benedictus XIV in Constitutione *Dei miseratione* decrevit [2], ut nempe omnibus hisce iudiciis intersit matrimonii defensor ex officio adhibitus, cuius est voce et scriptis matrimonii validitatem tueri, eaque omnia deducere, quae ad matrimonium sustinendum necessaria censebit. Quaecumque vero, eo non legitime citato aut intimato, in iudicio peracta fuerint, erunt nulla,

esposa. Dice el Apóstol San Pablo (Eph. v, 25, 32): *Vosotros, maridos, amad á vuestras mujeres, así como Cristo amó á su Iglesia y se sacrificó por ella... Sacramento es este grande, más yo hablo con respecto á Cristo y á la Iglesia.*

938. Por esta razón, el conocimiento de las causas matrimoniales se ha quitado á los jueces inferiores, sean quienes fueren, y no obstante cualquier privilegio ó prescripción, y se ha reservado al examen y jurisdicción de los Obispos exclusivamente, exceptuando aun á los Abades verdaderamente *nullius*, aunque estén revestidos de la dignidad cardenalicia, según las resoluciones de la S. Congregación del Concilio: por tanto, será más seguro que el Obispo no sólo pronuncie la sentencia, sino que forme también los autos del proceso, por sí ó por algún eclesiástico especialmente delegado al efecto [1].

939. Obsérvese al pie de la letra lo que Benedicto XIV decretó en su Constitución *Dei miseratione* [2], á saber, que en todos estos juicios esté presente el defensor del matrimonio, llamado *ex officio*, á quien toca, de palabra y por escrito, defender la validez del matrimonio, y alegar cuanto creyere necesario, para defender el mismo matrimonio. Todo lo que se efectuare en el juicio, sin que se le cite é intime legiti-

[1] Instruct. S. C. C. 22 Aug. 1840. V. Appen. n. XVI. — [2] Bened. XIV. Const. *Dei miseratione*. V. Appen. n. X.

irrita, cassa et pro nullis atque irritis habenda, perinde ac si citata et intimata non esset ea pars, cuius citari intererat, et quam, iuxta legum et canonum praescripta, ad legitimam iudicii validitatem citari aut intimari omnino necessarium erat.

940. Meminerint tamen illi, ad quos spectat, praefatam Benedicti XIV Constitutionem *Dei miseratione*, ac Instructionem S. Congregationis Concilii, diei 22 Augusti 1840 [1], agere solummodo de causis, in quibus disputatur de ipso matrimonii vinculo, non vero de causis in quibus res est de simplici coniugum cohabitatione seu separatione, aut de sponsalibus. Rursum matrimonialibus causis accensentur ea quae concernunt matrimonialia vincula, in facie Ecclesiae, non autem solo actu civili contracta; ceu declaravit S. Congregatio Concilii in *Treviren.*, die 29 Ianuarii 1853.

941. Si agatur solummodo de matrimonio rato et non consummato, supplex libellus Romano Pontifici, sive directe, sive per Episcopum, porrigendus est; in quo, ut praescripsit Benedictus XIV in citata Constitutione, plena et accurata totius facti species contineatur, et causae omnes exprimantur, quae ad

[1] V. Appen. n. X; XVI.

mamente, será nulo, vano y de ningún valor, y por nulo y de ningún valor se tendrá, como si no se hubiese citado ó intimado aquella parte, á quien interesaba se citase, y á la cual, conforme á las prescripciones de las leyes y de los cánones, era absolutamente necesario citar é intimar, para la validez legítima del proceso.

940. Recuerden, no obstante, aquellos á quienes corresponde, que la citada Constitución de Benedicto XIV, y la Instrucción de la S. Congregación del Concilio de 22 de Agosto de 1840 [1], tratan exclusivamente de las causas en que se disputa sobre el vínculo mismo del matrimonio, y no de aquellas en que se trata de la simple cohabitación ó separación de los cónyuges, ó de los esponsales. Además, sólo se cuentan entre las causas matrimoniales las que conciernen á los lazos matrimoniales contraidos *in facie Ecclesiae*, y no únicamente por un acto civil, como declaró la S. Congregación del Concilio, *in Treviren.* de 29 de Enero de 1853.

941. Si sólo se trata de un matrimonio rato y no consumado, se dirigirá una solicitud al Romano Pontífice, bien directamente, bien por conducto del Obispo; en la cual, como manda Benedicto XIV en la citada Constitución, se expondrá una plena y exacta historia del caso todo, enumerándose todos los mo-

obtinendam petitam dispensationem conducere posse a supplicante censentur. Episcopi vero in huiusmodi causis prae oculis habeant declarationem S. Congregationis Concilii, in *Varsavien.*, die 16 Iunii 1894 [1].

942. Igitur cum Episcopus inquirere debeat, an de nullitate alicuius matrimonii constet vel an consulendus sit Romanus Pontifex pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, iudicem, si velit, delegabit; deinde ipse vel iudex delegatus in ius vocabit defensorem matrimonii, quatenus in curia iam existat, et sin minus, Episcopus illum constituet pro illa vice, eligendo virum idoneum, si fieri poterit, ex coetu ecclesiastico, iuris scientia pariter et vitae probitate praeditum. Defensor, cui munus matrimonii tuendi committitur, iuramentum inprimis praestabit fideliter officium suum obeundi.

943. Deinde matrimonii defensor facta ab actore in supplici libello enarrata attente perleget, et post maturum examen concinnabit questiones coniugi actori proponendas; quas quaestiones ita digeret, ut, antequam de principali controversiae facto, de aliis facto huic affinibus quaerat; et quaestiones concipiet verbis, ex quibus ille, qui examini supponitur, non facile ar-

tivos que el suplicante crea que pueden servir, para alcanzar la dispensa pedida. Los Obispos, en estas causas, tendrán presente la declaración de la S. Congregación del Concilio *in Varsavien.*, de 16 de Junio de 1894 [1].

942. Por tanto, cuando el Obispo deba investigar, si consta de la nulidad de algún matrimonio, ó si se ha de acudir al Romano Pontífice para la dispensa del matrimonio rato y no consumado, si le pluguiere, delegará un juez; luego él mismo, ó el juez delegado, llamará al tribunal al defensor del matrimonio, si ya existiere en la Curia; y si no, el Obispo lo nombrará por esa vez, escogiendo un varón idóneo, si posible fuere, de entre los eclesiásticos, y notable por su conocimiento del derecho al par que por su probidad de vida. El defensor, á quien se da el cargo de defender el matrimonio, prestará, ante todo, juramento de desempeñar con fidelidad sus funciones.

943. Luego, el defensor del matrimonio leerá atentamente los hechos narrados por el actor en el memorial, y después de maduro examen, formará el interrogatorio á que habrá de sujetarse al cónyuge actor; y de tal suerte ordenará las preguntas, que antes de hablar del hecho principal de la controversia se toquen otros hechos en relación con éste; y redactará las cuestio-

[1] V. Appen. n. LXXXI.

guere possit nexum, qui inter factum, de quo in ea quaestione agitur, et factum principale intercedit: quod etiam in proponendis quaestionibus alteri coniugi ac testibus servabit.

944. In actu vero examinis, iudex et matrimonii vindex curabunt, ne responsiones ad propositas quaestiones, datae ab examinato, sint incompletae. Studeant scilicet circumstantias eruere, quae in causae decisionem influxum exercent: urgeant examinatum ut rationem seu causam scientiae reddat. Nam testis respondere debet assignando causam dictae scientiae, ita ut si respondere nolit aut nequeat, multo magis si neget vel falsam causam aut ineptam alleget, fides ei omnino adimatur et probatio nulla sit.

945. Nec facile contenti sint iis responsionibus, quibus examinatus non ipsa facta peculiaria una cum circumstantiis refert, sed factis ipse proprio marte pondus et consequentiam adscribit. Testes, nisi facta ipsa cum singulis circumstantiis atque adiunctis temporis et loci in medium afferant, nihil vel fere nihil probant. Testium enim est facta cum circumstantiis narrare, ut exinde possit iudex narrata facta pensare et dignoscere iuris consequentiam.

946. Tolerandi pariter non sunt, sive coniuges, sive testes, qui, exa-

nes con palabras de las cuales no pueda el examinado conocer fácilmente la conexión entre el hecho de que se trata y el principal: lo cual se observará igualmente en el interrogatorio del otro cónyuge.

944. En el acto del examen, el juez y el defensor del matrimonio procurarán que las respuestas al interrogatorio no sean incompletas. Hagan, pues, por averiguar las circunstancias qne puedan influir en la decisión de la causa, y urjan al examinado para que dé las razones ó motivos de lo que sabe. Porque el testigo debe responder, señalando la causa de lo que sabe; de tal suerte que, si no puede ó no quiere responder, y más si niega, ó alega una causa falsa ó vana, se le negará la fe por completo y la prueba será nula.

945. No se contentarán con esas respuestas, en que el examinado no refiere los mismos hechos particulares juntamente con sus causas, sino que atribuye á los hechos una importancia y consecuencias de su propria invención. Los testigos, si no aducen los hechos mismos juntamente con todas las circunstancias y pormenores de tiempo y de lugar, no prueban nada ó casi nada. Pues toca á los testigos narrar los hechos con las circunstancias, para que pueda el juez ponderar los hechos narrados, y deducir la consecuencia de dereeho.

946. Tampoco se tolerará que los cónyuges, ó los testigos sujetos á

mini supposití, divagantur a quaestione sibi proposita, prolixam recitantes orationem. Ii adducendi sunt, ut ad singula quaestionis membra conceptis verbis respondeant. Nam ii, quandoque, antequam ad examen accedant, memoriae mandant depositionem in iudicio faciendam, studio partium, potius quam veritatis amore moti. Caeterum profusi sermones molem processus augent absque necessitate; dum e contra, ut veritas eniteat, evitanda est nedum sterilitas, verum etiam orationis superfluitas: inimicus enim veritatis aeque est excessus ac defectus actorum.

examen, divaguen de la cuestión propuesta, recitando un prolijo discurso. Se les debe exigir que respondan categóricamente á cada miembro de la pregunta. Porque á veces, antes de ir al examen, aprenden de memoria la deposición que han de hacer ante el juez, movidos de un espíritu de parcialidad, más bien que por el amor á la verdad. Por lo demás, los discursos largos aumentan sin necessidad el volumen del proceso; mientras, por el contrario, para que la verdad resplandezca, hay que evitar no sólo la esterilidad, sino lo superfluo en los discursos; pues tanto el exceso, como el defecto, en los autos, son igualmente enemigos de la verdad.

947. Post examen coniugis actoris, excutiendus est alter. Compluries hic aegre fert iudicio se sistere. Tunc iudex, hortationibus, suasionibus, eum monens non tam agi de iure tuendo, quam de adimplendo conscientiae onere, studeat adducere, ut vadimonium obeat. Nemo enim melius quam alter coniux cognoscere potest causae cardinem; et veritas sine contradictore non facile erumpit. Deinde, si hic vadimonium promittat, matrimonii assertor quaestiones ei proponendas concinnabit, ob oculos habens facta ab actore, nedum supplici in libello, verum etiam in iudiciali examine asserta. Ad finem vero examinis coniugis istius, prout etiam examinis coniugis actoris, iudex illos in-

947. Después del examen del cónyuge actor se procede al del otro. Este, las más veces, se resiste á presentarse. En este caso el juez, con exhortaciones y buenos consejos, advirtiéndole que no se trata tanto de defender sus derechos como de un deber de conciencia, procure inducirlo á que comparezca el día señalado. Ninguno mejor que el otro cónyuge puede conocer el hilo de la causa; y la verdad sin contradicción no se descubre fácilmente. Si promete comparecer, el defensor del matrimonio redactará un interrogatorio, teniendo á la vista no sólo los hechos consignados en el memorial, sino los que en el examen judicial se hayan afirmado. Al fin del examen de este cónyge, lo mismo

vitabit, ut testes in causa audiendos designent.

948. Duplici ex causa testes matrimonialibus in controversiis excuti solent. Primum, ut clara in luce ponant facta, quae sive pro, sive contra intentionem actoris militant: deinceps, ut diiudicari possit fides coniugibus habenda.

949. Si alter coniux apud iudicem se sistere vel testes inducere obstinate recuset, aut quomodocumque defensor matrimonii ex actis iam confectis deprehendat, praeter testes a coniugibus inductos, alios existere de re instructos, hos etiam opportune citabit, ut examini subiiciantur. Si praetendatur coniuges coire non potuisse, corporali obstante aliquo vitio, periti physici, quos coniuges consuluerunt, ad examen adducendi erunt, et subinde corpus per peritos medicos, inter celebriores tum quoad scientiam tum quoad religionem et honestatem a iudice electos, si agatur de viro, si de muliere, per obstetrices, explorandum erit, servata forma a iure praescripta.

950. Ad exitum perductis testium examinibus aliisque probationibus, finis imponitur inquisitioni et publicatur processus, edito super hoc per iudicem decreto, factisque subscriptionibus ab eo; a defensore matrimonii, et a cancellario. Et quatenus res sit de dispensatione super

que después del del actor, el juez los invitará á señalar los testigos que han de oirse en la causa.

948. Por dos razones hay examen de testigos, en las causas matrimoniales. Primero, para que pongan en evidencia los hechos que militan en pro ó en contra de la intención del actor; segundo, para que pueda juzgarse del crédito que merecen los cónyuges.

949. Si el otro cónyuge rehusa obstinadamente comparecer ante el juez, ó presentar sus testigos; ó el defensor del matrimonio colige de los autos ya acordados, que además de los testigos presentados por los cónyuges, hay otros bien informados del asunto, citará también á éstos para ser examinados. Si se pretende que los cónyuges no han podido tener acceso carnal, por algún defecto corporal, se examinarán los peritos médicos á quienes consultaron los cónyuges, y después se hará el examen corporal, guardando la forma prescrita por el derecho, por los médicos más insignes por su ciencia, religiosidad y honradez, que designará el juez, tratándose del marido; por matronas, si se trata de la mujer.

950. Terminado el examen de los testigos, y las otras pruebas, se da fin á la instrucción, y se publica el proceso, con decreto expreso del juez, y firmando éste, el defensor del matrimonio y el cancelario. Tratándose de matrimonio rato y no consumado, los autos se remitirán

matrimonio rato et non consummato, acta ad Sanctam Sedem sine mora transmittantur. Quatenus vero in controversiam adductus sit matrimonii valor, tunc locus est defensionibus. Iudex scilicet ea ponderat, quae adversus matrimonium in iure deducit actor vel eius patronus, et quae advertit in favorem matrimonii sacramenti assertor. Et cum nihil amplius deducendum censuerit defensor matrimonii, et iudex, auditis etiam, si opus sit, uno sive pluribus in Theologia et sacrorum Canonum disciplina peritis, causam satis ventilatam existimet, definitivam sententiam proferet.

951. Huc rebus perductis, ad normam Benedictinae Constitutionis, n. 8, « *si a iudice pro matrimonii validitate iudicabitur et nullus sit qui appellet, ipse etiam* (defensor matrimonii) *ab appellatione se abstineat: idque etiam servetur, si a iudice secundae instantiae pro validitate matrimonii fuerit iudicatum, postquam iudex primae instantiae de illius nullitate sententiam pronuntiaverat; sin autem contra matrimonii validitatem sententia feratur, defensor inter legitima tempora appellabit, adhaerens parti, quae pro validitate agebat; cum autem in iudicio nemo unus sit, qui pro matrimonii validitate negotium insistat, vel si adsit, lata contra eum sententia, iudicium deseruerit, ipse ex officio ad superiorem iudicem provocabit* ».

sin demora á la Santa Sede. Si la validez del matrimonio es la que ha estado á discusión, entonces ha lugar la defensa. Pondera el juez, lo que contra el matrimonio alega el actor, ó su abogado, y en favor suyo el defensor; y cuando éste ya nada tenga que alegar, y el juez, oyendo también, si fuere necesario, á uno ó más peritos en Teología y Derecho Canónico, juzgare la causa bastante ventilada, pronunciará la sentencia definitiva.

951. Llevadas las cosas á este punto, conforme á la Constitución Benedictina n. 8: « *si falla el juez en favor de la validez del matrimonio, y no hay quien apele, también el defensor del matrimonio se abstendrá de apelar; lo cual se observará, si en segunda instancia se falla en favor de la validez, habiendo el juez de primera instancia pronunciádose por la nulidad; pero si la sentencia es contra la validez del matrimonio, el defensor, adhiriéndose á la parte que sostenía la validez, apelará dentro del plazo señalado por la ley: y cuando en el juicio no hay uno solo que continúe defendiendo la validez, ó si lo hay, abandona el litigio una vez pronunciada la sentencia en contra, él apelará* ex officio *al juez superior* ».

952. Ad normam decreti S. Officii, diei 5 Iunii 1889 [1], rigor Benedictinae Constitutionis aliquantisper remitti potest nonnullis in casibus, videlicet: « Quando agitur « de impedimento disparitatis cul- « tus, et evidenter constet unam « partem esse baptizatam et alte- « ram non fuisse baptizatam; quando « agitur de impedimento ligaminis, « et certo constet primum coniu- « gem esse legitimum et adhuc vi- « vere; quando denique agitur de « consanguinitate et affinitate ex « copula licita aut etiam de cogna- « tione spirituali, aut de impedi- « mento clandestinitatis, in locis « ubi decretum Trident. *Tametsi* « publicatum est vel uti tale diu « observatum; dummodo ex certo « et authentico documento, vel, in « huius defectu, ex certis argumen- « tis evidenter constet de existentia « huiusmodi impedimentorum, su- « per quibus Ecclesiae auctoritate « dispensatum non fuerit: hisce in « casibus, praetermissis solemnita- « tibus in Constitutione Apostolica « *Dei miseratione* requisitis, matri- « monium poterit ab Ordinario de- « clarari nullum, cum interventu « tamen defensoris vinculi matri- « monialis, quin opus sit secunda « sententia ».

953. Praecedenti igitur decreto cautum est, ne matrimoniales causae citra necessitatem prolatentur, quod saepe saepius contingeret, si,

952. Conforme al decreto del Santo Oficio de 5 de Junio de 1889 [1], el rigor de la Constitución Benedictina puede relajarse algún tanto en ciertos casos, á saber: « Cuando « se trata del impedimento de dis- « paridad de culto, y consta evi- « dentemente que una parte está « bautizada y la otra no; cuando se « trata del impedimento de *liga- « men*, y consta que el primer cón- « yuge era legítimo y vive todavía; « cuando, por último, se trata de « consanguinidad, ó afinidad por có- « pula lícita, ó de parentesco espi- « ritual, ó de impedimento de clan- « destinidad en los lugares en que « el decreto del Tridentino *Tametsi* « ha sido publicado, ó se ha obser- « vado como tal; con tal que, por « cierto y auténtico documento, ó « á falta de éste, por argumentos « ciertos, conste evidentemente la « existencia de tales impedimentos, « de que no ha dispensado la auto- « ridad de la Iglesia: en estos casos, « omitiendo las solemnidades reque- « ridas en la Constitución Apostó- « lica *Dei miseratione*, podrá el « matrimonio ser declarado nulo « por el Ordinario; pero siempre « con intervención del defensor del « vínculo matrimonial, sin que sea « necesaria una segunda sentencia ».

953. En el precedente decreto, se ha cuidado de que las causas matrimoniales no se dilaten sin necesidad, lo cual sucedería muy á me-

[1] Coll. P. F. n. 1575

in causis recensita impedimenta concernentibus, altera aut etiam tertia sententia indiscriminatim expectanda esset. Hisce enim in causis iudex, ut plurimum, e codicibus a parochialibus aliisve monumentis, veritatem, absque ulla errandi formidine, assequi cito potest. Quibus vero in casibus non ita sit, integrum est matrimonii defensori ad alium iudicem provocare. Ii enim casus expresse excipiuntur in memorato decreto, et manet in suo vigore generale Benedicti XIV principium in citata Constitutione, n. 14: *Nullo in casu matrimonii vinculum dissolutum censeatur, nisi defensor matrimonii crediderit non appellandum.*

954. Et certe impedimentum praesertim *disparitatis cultus* controversias plus semel suppeditat, nec facile, nec una tantum sententia dirimendas. Nam inter ipsos catholicos nonnunquam succrescit proles in parochiali baptizatorum libro non adnotata, *secreto* tamen ab alterutro coniuge aqua piaculari abluta. Fere inextricabiles vero esse solent quaestiones, quae ex hoc capite oriuntur circa matrimonia acatholicorum. Qua in re, prae oculis habeantur decreta Sancti Officii, praesertim decretum diei 1 Augusti 1883 [1].

955. Nec suis caret omnino nodis impedimentum *ligaminis*. Coniuges enim ab invicem separati

[1] Coll. P. F. n. 662.

nudo, si en aquellas que tratan de los impedimentos que hemos enumerado, hubiera siempre que esperar una segunda y tercera sentencia. En estas causas, casi siempre puede el juez averiguar pronto la verdad, por los libros parroquiales y otros documentos. En los casos en que así no suceda, puede el defensor del matrimonio apelar á otro juez. Esos casos quedan siempre exceptuados en el referido decreto, y permanece en vigor el principio general de Benedicto XIV en la citada Constitución, n. 14: « *En ningún caso se considerará disuelto el vínculo del matrimonio, á no ser que el defensor juzgue que no se debe apelar* ».

954. El impedimento de *disparidad de culto*, más de una vez da lugar á controversias, que no pueden dirimirse fácilmente, ni con una sola sentencia. Porque, entre los mismos católicos, muy á menudo crece la prole, sin que estén los nombres asentados en el libro de Bautismos, y sin embargo habiéndola bautizado *en secreto* alguno de los cónyuges. Inextricables son los cuestiones que por este motivo suelen surgir acerca de los matrimonios de los no católicos. Sobre esto ténganse presentes los decretos del Santo Oficio, particularmente el de 1° de Agosto de 1883 [1].

955. Tampoco carece de dificultades el impedimento de *ligamen*. Los cónyuges separados, á veces vi-

quandoque regiones incolunt inter se longe distantes, et arduum negotium nonnunquam est certiorari de alterutrius coniugis morte. Cum huiusmodi casus contigerit, sive res sit de matrimonio ab alterutra parte contracto sive de contrahendo, ob oculos habenda omnino est Instructio Sancti Officii anni 1868 [1].

956. Frequentius etiam quaestiones difficiles secum fert impedimentum *clandestinatis*, his Concilii Tridentini verbis definitum [2]: « *Qui aliter, quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus, matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et huiusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti decreto irritos facit et annullat* ». Cum vero nupturientes pluribus in paroeciis versati sunt, quaeritur quandoque an parochus, qui matrimonialem eorum consensum excepit, ille sit qui ex Tridentini Concilii lege assistere debebat. Et quamvis sententia invaluerit iuxta quam duo ad hoc requirantur ac sufficiant, habitatio nempe alterutrius saltem nupturientis in ea parochia, in qua matrimonium contrahitur, atque animus ibidem permanendi per maiorem anni partem; verumtamen argumenta, queis de praedicto nupturientium animo constare possit, nonnunquam

ven en países muy distantes entre sí, y es arduo negocio cerciorarse de la muerte de uno de ellos. Cuando se presente una de estas causas, ya se trate de matrimonio contraido por alguna de las partes, ó de matrimonio por contraer, téngase muy presente la Instrucción del Santo Oficio de 1868 [1].

956. Más frecuentemente presenta cuestiones difíciles el impedimento de *clandestinidad*, definido con estas palabras del Concilio de Trento [2]: « *Á aquellos que intentaren contraer matrimonio, sin la presencia del párroco, ó de otro sacerdote con licencia del mismo párroco ó del Ordinario, y de dos ó tres testigos, el Santo Concilio los declara inhábiles para contraer de esta manera, y decreta que tales contratos sean nulos y de ningún valor, como por el presente decreto los hace irritos y anula* ». Cuando los contrayentes han vivido en muchas parroquias, á veces se duda si el párroco que recibió su consentimiento matrimonial sea el que deberá asistir conforme á la ley del Concilio de Trento. Aunque se ha generalizado la sentencia que afirma que dos cosas se requieren y bastan, á saber; la habitación de uno al menos de los contrayentes en la parroquia en que se celebra el matrimonio, y la intención de permanecer allí la mayor parte del año; no obstante, los argumentos que pueden probar esta intención,

[1] V. Appen. n. XXX. — [2] Sess. 24. cap. 1 de ref. matrim.

praesto minime sunt. Ad indicia tunc recurrendum est: quae res est deceptionum periculis plena.

957. Et quoniam in matrimoniis coram sacerdote de *ipsius parochi seu Ordinarii licentia* celebratis, licentiam reapse intercessisse idoneis argumentis demonstrare, opus quandoque laboriosum est, quia praefata licentia compluries datur oretenus, quod caeteroquin a Concilio Tridentino non improbatur, et nonnunquam parochorum negligentia parochialibus in libris minime adnotatur; in huiuscemodi casibus, quam maxime interest an parochus sive Ordinarius, qui matrimonio assistere debuisset, vel potius nupturientes, licentiam locum non habuisse contendant. Parocho enim vel Ordinario, non autem coniugibus aliisve eam denegantibus creditur, si intentionem suam opportunis argumentis haud communiant.

958. Sunt etiam aliquando, qui licentiam quidem collatam esse concedunt, eius tamen valorem inficiantur, contendentes eam esse vagam, generalem, non vero, prouti de iure, definitam atque determinatam. Inquiunt enim, sacerdotem, qui sacramenta in ea paroecia administrandi potestate non polleat, posse quidem ad determinatum aliquod matrimonium delegari; sed, si ad plura matrimonia uno eodemque contextu delegetur, delegationem illam, nedum illicitam, verum etiam iuris firmitate destitutam esse. Rurno siempre se encuentran á mano. Entonces hay que recurrir á indicios, y es cosa llena de peligros de engañarse.

957. Por cuanto en los matrimonios celebrados ante *un sacerdote con licencia del párroco ó del Ordinario,* cuesta á veces mucho trabajo demostrar con argumentos fehacientes, que ha habido en realidad tal licencia, porque muchas veces se da de palabra, lo cual por otra parte no reprueba el Concilio de Trento, y á veces por negligencia de los curas no se asienta en los libros parroquiales; en estos casos es de sumo interés saber si el párroco, ó el Ordinario, que debieron asistir al matrimonio, ó más bien los contrayentes, alegan que no existió la licencia. Porque al párroco ó al Ordinario, pero no á los cónyuges y demás que lo niegan, se da crédito, si no corroboran su intención con argumentos oportunos.

958. Hay á veces algunos, que conceden que se dió la licencia; pero atacan su validez, pretendiendo que fué vaga y general, y no como lo exige el derecho, definida y determinada. Dicen que el sacerdote, que no tiene potestad de administrar los sacramentos en aquella parroquia, puede ser delegado para un matrimonio determinado; pero que si se le delega para varios matrimonios, en uno y el mismo documento, aquella delegación es no sólo ilícita, sino que carece de toda validez legal. Además juzgan que no

sum, iuris effectum existimant non sortiri licentiam eidem vel eisdem matrimoniis assistendi, quae non uni sed pluribus sacerdotibus a parochia extraneis conferatur. Hanc doctrinam, quatenus concernit delegationis volorem, esse a veritate alienam liquet, praesertim ex causa *Colonien.* apud S. Congregationem Concilii ventilata [1].

959. His aliisque istiusmodi salebrosis casibus exceptis, iudicium, in causis concernentibus impedimenta per memoratum Sancti Officii decretum expressa [2], una, in aliis vero, duabus conformibus sententiis absolvitur: et si matrimonium nullum atque irritum iudicatum sit, integrum erit coniugibus alias habilibus, novas nuptias inire, nisi sententia vel sententiae eae sint, ut eis salva conscientia defensor matrimonii acquiescendum non putet.

960. Hoc in casu, sacramenti assertor intra decennium, a lata sententia vel ab eius habita notitia computandum, appellationem interponit: deinde acta ad iudicem, ad quem provocat, in forma authentica transmitti curat. Interim firma manet utrique coniugi prohibitio ad alia vota transeundi; quod si aliud matrimonium contrahere ausi fuerint, priusquam vel alia adversus matrimonium prodeat sententia, vel

surte los efectos legales la licencia de asistir al mismo ó á varios matrimonios, concedida no á uno sino á varios sacerdotes extraños á la parroquia. Que esta doctrina, en lo tocante á la validez de la delegación, es contraria á la verdad, se deduce principalmente de la causa *Colonien.* ventilada ante la S. Congregación del Concilio [1].

959. Con excepción de estos y algunos otros casos escabrosos, el juicio en las causas que conciernen á los impedimentos expresados en el referido decreto del Santo Oficio [2], se termina con una, ó á lo sumo con dos sentencias conformes: y si el matrimonio se declara nulo y de ningún valor, pueden los cónyuges si por otra parte son hábiles, contraer nuevas nupcias; á no ser que la sentencia ó sentencias sean tales que el defensor del matrimonio juzgue que no pueden verificarlo en conciencia.

960. En este caso, el defensor del sacramento, en el término de diez años contados desde que se pronunció, o se notificó, la sentencia, interpone apelación: luego manda que se remitan los autos en forma auténtica al juez á quien apela. Entretanto, queda en vigor para ambos cónyuges la prohibición de contraer otras nupcias; y si lo hicieren antes que se pronuncie otra sentencia contra el matrimonio, ó el defensor de-

[1] Dub. *Matrim.* 18 Martii 1893. V. Appen. n. LXXVII. — [2] S. Off. 6 Iun. 1889. V, sub. art. 952.

defensor matrimonii declaret se ab interposita appellatione desistere, poenis contra polygamos a sacris Canonibus constitutis omnino subiacent.

961. Abs re non erit advertere, matrimoniale illud vinculum, quod in locis, in quibus non viget lex Concilii Tridentini (sess. 24. cap. I de reform. matrim.), ex iure Decretalium ipso facto exsurgebat, si vir et mulier, alias de iure habiles, post inita sponsalia, carnaliter copularentur, non amplius obtinere. Etenim SS. D. N. Leo XIII, per Constitutionem *Consensus mutuus* editam die 15 Februarii 1892 [1], ob oculos habitis populorum moribus, decrevit ac mandavit, ut deinceps, illis in locis in quibus coniugia clandestina pro validis habentur, a quibusvis iudicibus ecclesiasticis, in quorum foro causas eiusmodi matrimoniales agitari et iudicari contigerit, copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex iuris praesumptione coniugalis contractus censeatur, nec pro legitimo matrimonio agnoscatur seu declaretur.

962. Causae matrimoniales, quandocumque nova res, quae non deducta vel ignorata fuerit, detegatur, resumi possunt, et rursum in iudicialem controversiam revocari. Idque nedum locum habet, quum sententia, quae errore inniti putatur, contra matrimonium, verum etiam cum in clare que desiste de la apelación interpuesta, incurren en las penas decretadas por los sagrados Cánones contra los polígamos.

961. No es inútil recordar que aquel vínculo matrimonial, que en los lugares en que no está vigente la ley del Concilio Tridentino, resultaba *ipso facto* conforme al derecho de las Decretales, si el hombre y la mujer, por otra parte hábiles, se unían carnalmente después de contraidos esponsales, ya no vale en la actualidad. Además, Nuestro Santísimo Padre León XIII, por la Constitución *Consensus mutuus* de 15 de Febrero de 1892 [1], considerando las actuales costumbres, decretó y mandó, que en adelante, en aquellos lugares en que los matrimonios clandestinos se tienen por válidos, los jueces eclesiásticos, en cuyo tribunal se ventilen y juzguen esas causas matrimoniales, no consideren ya la unión carnal después de los esponsales, como contrato conyugal por presunción de derecho, ni se reconozca ó declare, como legítimo matrimonio.

962. Las causas matrimoniales, cuando se descubre alguna cosa nueva, que antes no se había alegado ó se ignoraba, pueden reasumirse y de nuevo discutirse en el juzgado. Y esto tiene lugar, no sólo cuando la sentencia que se juzgaba fundada en un error, es contra el ma-

[1] V. Appen. n. LXXIII.

favorem matrimonii lata sit. Etenim sententia, quae per errorem renuntiat validum matrimonium quod reipsa irritum est, vel e contra nullum proclamat matrimonium de facto validum, facere minime potest, ut mutetur rei natura.

963. Iudex autem, antequam decernat an sit novo iudicio locus, summariam causae cognitionem praemittit, non citato adversario, et nonnisi ea apparente iusta, sinit instaurari iudicium.

964. In extraordinario tamen hoc novo iudicio, circumspectius quam in ordinariis iudex et matrimonii defensor se gerant oportet. Is enim, qui cum se defendere posset, id praestare neglexit, non veritatis amore, ut plurimum, movetur, atque ansam praebet fraudis suspicionibus. Praesertim autem in testibus post attestationum publicationem inductis timenda est subornatio. Hac sane ratione, aliis in iudiciis, post publicatas attestationes et in appellationis causa vetitum est testes audire [1].

trimonio, sino también cuando se ha pronunciado en su favor. Porque la sentencia que por error declara válido un matrimonio, que en realidad es nulo, ó por el contrario, proclama nulo un matrimonio válido de hecho, no puede hacer que se cambie la naturaleza de las cosas.

963. El juez, antes de decretar si ha lugar á nuevo juicio, anticipa un sumario conocimiento de la causa, sin citar al adversario; y sólo en el caso de que parezca justa, se permite que se entable el nuevo juicio.

964. En este nuevo juicio extraordinario, conviene que, tanto el juez como el defensor del matrimonio, se porten con mayor circunspección que en los ordinarios. El que, cuando pudo defenderse no lo hizo, no se mueve las más veces por amor á la verdad, y da lugar á sospechas de fraude. Particularmente, en los testigos que se presentan después de la publicación de los testimonios, hay que temer el soborno. Por esta razón, en los demás juicios, está prohibido oir nuevos testigos en una causa de apelación, después que se han publicado los testimonios [1].

Caput III.

De modo procedendi in causis Clericorum.

965. Cum praesentium iniquitate temporum arduum sit Episcopis forum agere solemnitate anteactis saeculis invecta, SS. D. N. Leo XIII,

Capítulo III.

Del modo de proceder en las causas de los Clérigos.

965. Como, por lo aciago de los tiempos actuales, sería para los Obispos ardua empresa, administrar justicia con la solemnidad acostum-

[1] Cap. *Testibus* 2. de testib. II 8. in Clem.

die 11 Iunii 1880, per S. Congregationem Episcoporum et Regularium, instructionem promulgavit, ad praesentem Ecclesiae conditionem accommodatam, quam prae oculis habere debent ecclesiastici iudices [1].

966. In praefata Instructione res est solummodo de clericis. Sed si Episcopi, prout certi sumus, eo, quo flagrant, animarum zelo, in clericorum causas praesertim disciplinares et criminales incumbant, laicorum etiam coetus meliorem vitae rationem facile inibit.

967. Episcopus igitur, statim ac comperiat clericum in eo esse, ut pastoralem sollicitudinem excitet, officii sui partes, ea qua par est prudentia et caritate, expleat oportet, mora haud interiecta, nec ullo habito respectu ad personam. Iustitia enim oculos non habet, ut videat personas.

968. Ut autem clericorum vitae rationem penitus cognoscat, parochis urbium, in quibus sedem habet Episcopus vel episcopalis curia, Episcopus eiusve Vicarius in spiritualibus Generalis sollicita cura invigilabit, illisque mandabit ut de clericorum, si qui in parochia versentur, gestis, moribus et conversatione accurate referant. Quod vero spectat ad parochos et clericos aliarum urbium, oppidorum, pagorum, rubrada en los siglos pasados, N. Santísimo Padre León XIII, el 11 de Junio de 1880, por medio de la S. Congregación de Obispos y Regulares, promulgó una instrucción acomodada á la presente situación de la Iglesia, que deben tener á la vista los jueces eclesiásticos [1].

966. En dicha Instrucción se trata únicamente de los clérigos. Pero si los Obispos, como estamos ciertos, con aquel celo por la salvación de las almas que los distingue, se dedican á las causas disciplinarias y criminales de los clérigos principalmente, también los seglares llevarán mejor vida.

967. Así, pues, el Obispo, apenas viere que un clérigo se porta de tal suerte, que necesite de su solicitud pastoral, cumpla con su deber con la prudencia y caridad que es justo, sin tardanza ninguna, y sin respeto á las personas, pues la justicia no tiene ojos para verlas.

968. Para conocer á fondo la vida de sus clérigos, el Obispo (ó su Vicario General) vigilará con solicitud singular á los curas de la ciudad de su residencia, ó donde la Curia episcopal tiene su asiento, y les mandará que le den razón exacta de los hechos, costumbres y trato de los clérigos que hubiere en su parroquia. En cuanto á los clérigos de las demás ciudades, pueblos, aldeas y cortijos, hará que

[1] V. Appen. n. XLV.

rium, per vicarios foraneos scriptis et oretenus studeat instrui.

969. Inquisitio instituenda, aut generalis, aut specialis erit, pro diversitate casuum. Inquisitioni generali locus erit, quando Episcopo seu Vicario Generali denuntiatur aliquod delictum, quod secum ferat scandalum aut aliud christianae reipublicae detrimentum, non tamen designatur delinquentis nomen. Tunc Episcopus sive Vicarius Generalis secreto inquirent an facinus illud reapse patratum sit; ita tamen generice quoad delicti auctorem inquiret, ut caveat ne contra quempiam in particulari suspicionem ingerat.

970. Speciali inquisitioni locus erit, quando ad praelatum uno eodemque actu defertur delictum et nomen delinquentis, nec non quando ex inquisitione generali sufficientia indicia contra quempiam emergant. Haud gravia ad hanc inquisitionem instituendam indicia requirunt, quia non grave exinde inquisitus, si innocens sit, damnum persentit, cum inquisitio sit secreta; alicuius tamen ponderis ea sint oportet, quia nullus omnino potest in suspicionem adduci, nisi ex causa secundum iuris definitionem verisimili.

971. Praeterea considerabit an denuntiatio facta sit ab iis, qui ratione officii, clericorum moribus custodiendis invigilare debent, seu potius ab aliquo alio. In posteriori enim hoc casu, perpendendum in

los vicarios foráneos le dén informes de palabra y por escrito.

969. La averiguación que se haga será general, ó especial, según la diversidad de los casos. Tendrá lugar la averiguación general, cuando al Obispo ó al Vicario General se denunciare algún delito, que traiga consigo escándalo, ú otro daño á la República Cristiana, sin que se señale el nombre del delincuente. Entonces el Obispo (ó el Vicario General) indagará, en secreto, si en realidad se ha cometido aquel crimen; y sus indagaciones sobre el autor del delito serán tan generales, que no sugieran sospecha contra alguno en particular.

970. Tendrá lugar la averiguación especial, cuando en el mismo acto se denuncian al Prelado el delito y el nombre del delincuente, y cuando de la averiguación general resultan suficientes indicios contra alguno. No se requieren graves indicios para esta averiguación, porque, siendo secreta, no se sigue grave daño al denunciado, si es inocente; pero sí deben ser de algún peso, porque ninguno puede ser tenido por sospechoso, sino es por una causa verosímil, según la definición del derecho.

971. Considerará, además, si la denuncia se ha hecho por alguno de los que, por razón de su cargo, tienen que vigilar la conducta de los clérigos, ó por algún otro. En este último caso, hay que ponderar ante

primis est, an citra culpam is, cui hoc onus incumbit, rem ignorare atque celare praelato potuerit. Nam parochus vel vicarius foraneus, cui subest insimulatus clericus, quique potissimum in negotiis secretae inquisitionis, ex officii sui debito, praelato auxiliari debet, huic muneri, hoc saltem in casu, impar certe erit, si, nullo intercedente iusto impedimento, ignoravit aut rem ad Superiorem deferre omisit. Quod si ille qui clericum accusavit, non publico, sed privato commodo proprio movetur, seu non *criminalem*, sed *civilem* causam agit, id postulans quod clericus ex contractu vel etiam ex delicto sibi debet, tunc iudex ob oculos habebit S. Caroli monitum, in Concilio Provinciali Mediolanen. VI: « Antequam litis reive alicuius iudicium constituatur, studeant (iudices), omni aequitatis officio paternoque consilio, lites dirimere, controversias sedare et transactionibus litigantes reconciliare »[1].

todo, si aquél á quien incumbe tal deber, ha podido, sin culpa, ignorar el hecho y ocultarlo al Prelado. Porque el párroco, ó el vicario foráneo, á quien está sujeto el clérigo acriminado, y que sobre todo en negocios de averiguación secreta, debe, en virtud de su cargo, ayudar al Prelado, sería de cierto, al menos en este caso, indigno de sus funciones, si, no mediando justo impedimento, ignoró el hecho, ó no lo denunció al superior. Si el que acusó al clérigo no tiene por motivo el bien público, sino su propio interés particular; es decir, si no intenta una causa *criminal*, sino *civil*, pidiendo lo que el clérigo le debe en virtud de contrato, ó de delito, entonces el juez tendrá á la vista esta admonición de S. Carlos, en el VI Concilio Provincial de Milán: « Antes que se entable el litigio ó cualquiera otro juicio, procuren los jueces, con toda equidad y paternales consejos, dirimir los pleitos, aplacar las controversias y reconciliar á los litigantes, por medio de una transacción »[1].

972. Speciali inquisitione ad exitum perducta, ponderat Episcopus, an indicia adversus inquisitum collecta sint gravia vel levia: si levia, ulteriori processu supersedet, acta in secreto curiae tabulario, pro futuro quocumque eventu, asservat, et interim vigilat. Si gravia sint, ad ulteriora procedit; non tamen iudicium extemplo aggreditur, sed rem

972. Terminada la averiguación especial, ponderará el Obispo si los indicios recogidos contra el acriminado son graves ó leves: si leves, sobreseerá en el proceso, guardará los autos en el archivo secreto, para cualquier evento futuro, y entretanto estará en acecho. Si son graves, procederá adelante, pero sin abrir inmediatamente el juicio, sino tra-

1 Acta Eccles. Mediolan. I. pag. 255

paterne componere studet, si natura et gravitas abusus vel delicti de quo inquiritur, sinat. Igitur inquisitum arcessit, accusationes ei manifestat, celatis tamen nomine denuntiantis et habitae notitiae origine, quatenus non res sit de iudicio civili, et inquisito quid agere debeat suadere obnititur. Dum de hisce eum admonet, abstinet se a quacumque poenae comminatione. Fas vero est Episcopo paternas huiusmodi monitiones facere per epistolam vel etiam per interpositam personam.

973. Si inquisitus accedat, et accusationis vim destruat, vel paratum se ostendat ad meliorem frugem se recipere, scandala vel damna illata sarcire, idque pro viribus praestet, nihil ultra agendum erit. At si accedere detrectet, aut paternas spernat monitiones, Episcopus mature perpendit, adhibito etiam prudentum consilio, an indicia, argumenta, contra inquisitum collecta, attenta quoque eius agendi ratione quoad paternas monitiones, adeo gravia sint ut semiplenam probationem constituant, an non. Nam, si ad semi-probationis gradum minime assurgant, satius erit abstinere a poenarum comminatione et a iudiciali processu. Sed contentus erit Praelatus speciali modo eidem invigilare, poenis negativis eum afficere, nova ei officia denegando, atque subtrahendo, quatenus sine iniustitia et scandalo fieri potest, quae ad vitam haud collata sunt. Si vero semiplenam probationem

tando de arreglar paternalmente el negocio, siempre que lo permita la naturaleza ó gravedad del delito que se está investigando. Llamará, pues, al acusado y le manifestará las acusaciones, pero ocultando el nombre del denunciante y el origen de la noticia, cuando no se trate de un juicio civil; y procurará persuadir al acusado que obre como conviene. Al hacer ésto, se abstendrá de toda amenaza de castigo. Podrá el Obispo hacer estas paternales admoniciones, por carta ó por interpósita persona.

973. Si el acusado se presenta, y destruye la fuerza de la acusación, ó se muestra preparado á la enmienda, y á reparar los escándalos y perjuicios, no se procederá ulteriormente. Pero si rehusa presentarse, ó desecha las admoniciones paternales, el Obispo ponderará maduramente, aun tomando consejo de varones prudentes, si los indicios y argumentos recogidos contra el acusado, teniendo también en cuenta su modo de obrar en cuanto á las admoniciones paternales, son tan graves que constituyan prueba semiplena, ó no. Porque, si no llegan al grado de semi-prueba, lo mejor es abstenerse de toda amenaza de castigo y de proceso judicial. Se contentará el Prelado con vigilarlo de un modo especial, y castigarlo con penas negativas, negándole nuevos cargos y quitándole, si puede hacerlo sin injusticia ni escándalo, los que no sean vitalicios. Pero si constituyeren prueba semiplena, in-

constituant, inquisito, quid agere debeat quidve vitare, accurate insinuat, eodemque contextu congruum eidem indicit terminum, intra quem ille constare faciat, num ea accepto habeat, quae inibi praefinita sunt, adiiciens iudicium adversus eum necessario institutum iri, nisi ea adamussim praestet.

974. Pastoralis haec praesulis cum subdito agendi ratio perutilis est clericis, quos compluries lenibus istis remediis arcet a barathro, ab infamia atque a litibus temerariis: congruit autem Episcopo, ne populorum, quorum filialis amor ad munus suum utiliter gerendum maxime ei necessarius est, animos a se abalienare, sibique molestias et offensiones sine causa parare videatur. Dum vero cum clerico ita agit, poterit quidem ob oculos ei ponere incommoda litium; at sedulo studeat oportet suam celare opinionem circa favorabilem vel adversum litis exitum. Quam maxime enim est inconveniens, ut iudex causam, non visis videndis, nec considerandis consideratis, adiudicet.

975. Antedictae monitiones omittuntur, quando natura delicti aut controversiae ita suadeat. Sed nunquam, in criminalibus causis, antequam in ius vocetur inquisitus, praetermittatur iudicis decretum, quo promotori seu procuratori fiscali fit potestas iudicium adversus illum

dicará al acusado circunstanciadamente lo que debiere hacer y evitar, y en el mismo documento le señalará un plazo conveniente, dentro del cual haga constar si acepta lo que en aquél se determina, añadiendo que, si no lo cumple al pie de la letra, habrá necesidad de entablar juicio en su contra.

974. Este modo pastoral del Prelado en el trato con el súbdito, es sumamente útil á los clérigos, á quienes las más veces, con estos remedios suaves, retrae de la perdición, de la infamia y de litigios temerarios; conviene también al Obispo, para no enajènarse las voluntades de los pueblos, cuyo filial amor le es tan necesario para desempeñar sus funciones con fruto, y no parecer que se anda buscando sin motivo molestias y disgustos. Al tratar así con el clérigo, le podrá hacer ver los inconvenientes de los pleitos; pero pondrá especial empeño en ocultarle su opinión sobre el éxito favorable ó adverso del litigio. Gravísimo es el mal que puede resultar de que el juez falle en una causa, sin ver lo que hay que ver, ni considerar lo que hay que considerar.

975. Se omitirán las referidas admoniciones, cuando así lo sugiera la naturaleza del delito ó de la controversia. Pero nunca, en las causas criminales, antes de llamar á juicio al acusado, se omita el decreto del juez, en que se concede facultad al promotor fiscal, de entablar juicio

instituendi, prout de iure, et prosequendi actionem. Quatenus vero agatur de iudicio civili, iudex, instante actore, clericum in ius vocabit, nisi in iis versetur locis, in quibus per Summos Pontifices foro ecclesiastico, sive per concordata sive per speciale indultum, ita derogatum est, ut actori iura sua persequi tantummodo detur apud iudices laicos, servata norma decreti Sancti Officii 23 Ian. 1886 [1]. Hoc enim in casu, actor tenetur veniam petere a proprio clerici Ordinario, qui eam non denegabit, postquam pro viribus controversiae inter partes conciliandae frustra operam dederit.

976. Procurator fiscalis, viso praedicto iudicis decreto, attente perpendit facta, quae ope secretae inquisitionis adversus reum adducta fuerunt, subinde libellum concinnat, quo in libello, nisi ad normam instructionis S. C. Episcoporum et Regularium (11 Iunii 1880) [2], prudentia vetet, facta per extensum exponit in reum per inquisitionem congesta, et libellum concludit, per generica verba instans ut provideatur, prout de iure. Quod si, ob delicti naturam vel alia ob adiuncta, prudens non sit culpas reo in citatione patefacere, fisci promotor peculiaria facta in libello minime narrat, sed generice affirmat facta ad curiam adversus eum clericum de-

contra él, como es de derecho, y de proseguir el juicio. Cuando se trata de un juicio civil, el juez, á instancia del actor, llamará al clérigo á juicio, á no ser en aquellos lugares en que, los Sumos Pontifices, ó los concordatos, ó algun indulto especial, han derogado á tal grado el fuero eclesiástico, que sólo quede al actor el recurso de sostener sus derechos ante jueces laicos, guardando las reglas del decreto del Santo Oficio de 23 de Enero de 1866 [1]. En este caso, el actor está obligado á pedir permiso al Ordinario del clérigo, quien no lo negará, después que sus esfuerzos por conciliar las partes hayan resultado vanos.

976. El Procurador fiscal, visto el referido decreto del juez, ponderará atentamente los hechos que de la averiguación secreta resultaron contra el reo, y formará un expediente en el cual, salvo que la prudencia lo vede, conforme á la Instrucción de la S. C. de Obispos y Regulares, de 11 de junio de 1880 [2], expondrá extensamente los hechos aglomerados contra el reo por la averiguación, y concluirá instando con palabras generales, á que se provea como haya lugar en derecho. Si por la naturaleza del delito, ó por otras circunstancias, no fuere prudente exponer en la citación las culpas del reo, el promotor fiscal no narrará en el expediente los

[1] V. Appen. n. LVI. — [2] V. Appen. n. XLV.

lata esse, quae ea sunt, ut ille in ius vocandus sit.

977. Praedicto a fiscali procuratore oblato libello, iudex reo terminum definit, intra quem ille possit et debeat in iudicium sisti. Quod iudicis decretum, una cum libello, reo insinuatur vel per apparitorem curiae vel alio legitimo modo.

978. Si reus stato tempore ad iudicium non accedat, iudex congruum alium ei indulget terminum, addita hac vel simili clausula: *causam in contumacia decisum iri, si reus vadimonium non obeat.* Huiusmodi vero clausulam iudex nedum secundae, verum etiam primae citationi, si necessitas ita postulet, adiicere potest. Citatio autem hac clausula munita audit peremptoria. Si peremptoriae citationi reus haud obtemperet, promotor fiscalis (actor autem in iudicio civili) instat ut, reo amplius non citato, et habito perinde ac si in sui defensione plene succubuerit, attendatur solummodo quidquid ipse in probatis habeat vel habebit, novis etiam adductis probationibus, quatenus desiderentur, ad intentionem suam concludenter firmandam. Hac habita petitione, iudex decernit procedi ad ulteriora, non obstante rei contumacia. Et quamvis contra contumacem omnia iura clament, obtinebit tamen, si bonum ius faveat.

hechos particulares, sino que afirmará, en general, que han sido denunciados á la curia tales hechos contra aquel clérigo, que obligan á llamarlo á juicio.

977. Presentado el expediente por el procurador fiscal, el juez fijará un plazo al reo, dentro del cual tenga que comparecer en juicio. Este decreto del juez, juntamente con la acusación, se notifica al reo por medio del alguacil de la curia, ó de otro modo legítimo.

978. Si el reo no comparece en el plazo fijado, el juez le concederá otro, añadiendo esta cláusula ú otra semejante: *se fallará en contumacia, si el reo no compareciere.* Podrá el juez añadir esta cláusula no sólo en la segunda citación, sino aun en la primera, si así lo pide la urgencia del caso. La citación corroborada con esta cláusula se considera perentoria. Si ni aun á ésta obedeciere el reo, el promotor fiscal (ó el actor en juicio civil) instará para que, sin nueva citación del reo, y considerándosele como si hubiera sucumbido en su defensa, se atienda sólo á lo que él haya probado, ó probare en adelante, aduciendo nuevas pruebas, si acaso faltaren, para corroborar su demanda de una manera concluyente. Presentada esta petición, el juez decretará que se proceda adelante, no obstante la contumacia del reo. Y aunque todas las leyes clamen contra el contumaz, ganará si su buen derecho le favorece.

979. Si vero reus intra praefinitum terminum iudicio se sistat, iudiciali examini supponitur, adstante procuratore fiscali et actuario. Heic iudex ea quae supra dicta sunt prae oculis habebit.

980. Nonnunquam accidit, ut reus confugiat ad exceptiones: quas inter praeeminent exceptiones contra iudicem, quem ut declinet, non legitimum proclamat aut suspectum. Quorum primum eveniret, si iudex extra territorium suum vel inter homines ius diceret sibi non subiectos, vel iurisdictionis modum excederet; alterum autem si cum reo iudex graves inimicitias gerat, si, quae sit in quaestione animi sui sententia, ante tempus manifestaverit, vel alia praesto sit iusta causa. Huiusmodi exceptiones, ceu planum est, inter exordia litis opponendae sunt, nisi postea innotescant. Si iudex exceptionem tamquam iniustam reiiciat, permissum est reo ab hac iudicis sententia provocare; et tunc iudex supersedet processu, donec de exceptione cognoscat iudex ad quem appellatum est. Nulla vero alia appellatio actorum cursum retardabit, nisi sit a sententia *definitiva, vel a definitivae vim habente, et cuius gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat*, vel nisi causa sit a iudice usque ad biennum retardata [1].

979. Si el reo comparece en el plazo fijado, se le sujeta á examen judicial, en presencia del procurador fiscal y del actuario. Aquí tendrá el juez presente cuanto se ha dicho arriba.

980. Succede á veces, quel el reo recurre á excepciones; entre las cuales la principal ha lugar contra el juez, y para recusarlo lo proclama no legítimo ó sospechoso. Lo primero sucedería, si el juez administrara justicia fuera de su territorio, ó entre los que no están sujetos á él, ó que se excediera en la jurisdicción: lo segundo, si median graves enemistades entre el juez y el reo, ó si aquél manifestó su opinión en la cuestión que se agita antes de tiempo, ó si hubiese otra causa justa. Estas excepciones, como es claro, deben oponerse en el principio del litigio, á menos que sólo se conozcan después. Si el juez desecha la excepción como injusta, puede el reo apelar de esta sentencia; y entonces el juez sobreseerá en el proceso, hasta que el juez á quien se ha apelado conozca de la excepción. Ninguna otra apelación retardará el curso de los autos, salvo que sea de la *sentencia definitiva ó que tenga fuerza de definitiva, y cuyo gravemen no pueda repararse, sino por apelación de la definitiva*, ó que la causa se haya retardado por el juez más de dos años [1].

[1] Conc. Trid. sess. 24. c. 20 de ref.

981. Quod si exceptio respiciat omissas iudiciorum solemnitates, non est cur iudex de hac exceptione sit valde sollicitus. Sibi enim licet, vigore saepe memoratae Instructionis S. Congr. Episcoporum et Regularium, omittere multiplices illas iudiciorum solemnitates, quae intimam iudicii naturam minime attingunt; et sibi dicta habeat verba *cap. 2. de verbor. signif.* in Clementin.

